This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 858,371



RECEIVED IN EXCHANGE
FROM
Univ. of Missouri

Plinius secundus, C

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIA.

D. DETLEFSEN

RECENSUIT.

VOL. III.

LIBRI XVI—XXII.

BEROLINI

APUD WEIDMANNOS

MDCCCLXVIII.

Exch.
Univ. of Missouri
6-26-30

PRAEFATIO.

In tertio Naturalis Historiae volumine, quod continet libros XVI—XXII, minora atque in prioribus subsidia sunt, quae praestant vetustioris ordinis codices, recentiorisque generis manuscripti optimi nonnullis locis ita lacunis corrupti sunt, ut inferioris notae codex *d* in auxilium vocandus sit. Hi enim praesto sunt

vetustioris ordinis libri:

Codex Parisinus latinus 9378 (*P*), qui ex multorum librorum reliquiis consutus folium unum praebet litteris uncialibus saeculo fere VI exaratum, in quo leguntur l. XVIII, 87—99, quae descripsi anno 1863.

Codex Parisinus latinus 10318 sive *suppl. lat.* 685 (*Q*) saec. VII vel VIII, olim Claudii Salmasii, qui praeter anthologiam et varia scripta foliis 262—290 excerpta continet ex Nat. Hist. libris XVIIII, 3—XX, 253, inter quae sex codicis folia interierunt, in quibus l. XX, 73—218 legebantur. Errore factum est, quod Salmasius et Duebnerus, cuius exemplum Silligius editionis maioris volumini quinto praemisit, Pseudo-Appuleii fragmentum de remediis salutaribus id inscriberent. Ipse codicem a. 1863 denuo contuli, perpauca Duebneri errata sustuli.

Accedunt quae altera manus saec. fere XII (vid. vol. I praef. p. 6. vol. II praef. p. 3) adscripsit

codici Vaticano latino 3861 (D^2),

codicis Parisini latini 6796 (G^2) parti, quae continet l. XVIIII, 189—XX, 10. 162—186,

codici Leidensi Vossiano fol. n. LXI (V^2), qui codices temporum iniuria divolsi unius olim libri partes erant (vid. infra).

Codicis Leidensis Lipsii n. VII altera manus (F^2) saec. fere XII ex consimili archetypo haud pauca correxit.

Praeter hos codices in l. XVIIII, XX exhibui varias lectiones (*S* nota significatas), quas in exemplo editionis Geleni, Basil. 1545, in bibliotheca Barberiniana Romae adservato vir doctus margini adpinxit, quarum magnam partem ex optimi generis codice aliquo nunc, ut videtur, deperdito descriptam esse, in *Rhein. Mus. N. F. XV*, 287.390 pronuntiavi.

Lectorem autem moneam, ne in scripturae varietate, quam adscribam, ubi codicum illorum nota adpicta non erit, ex silentio de iis quidquam arguendum esse credat; istis enim locis qui non adhibentur codices, omnino deficiunt.

Recentioris ordinis libris his utar;

codice Lucensi (*H*) saec. VIII, qui inter varia argumenti maxime sacri Nat. Hist. l. XVIII finem inde a § 309 praebet (vid. *Rhein. Mus. N. F. XV*, 268), quem contuli a 1858,

codice Parisino latino 6795 (*E*, Silligio *a*) saec. X vel XI (vid. vol. I praef. p. 6. vol. II praef. p. 4), qui continet l. XVI—XXI, 161 et l. XXII finem inde a § 65. Libros XVI, XVII, XVIII Duebnerus contulit, XVIIII, XX Ianus, reliquos ego. Quae vero secunda manus (E^2) his in libris adscripsit, aut ex ipsius codicis archetypo petita, aut a librario conficta esse videntur.

Codex Riccardianus (*R*) scriptus circa a. 1100 huius voluminis libros tantum XXI—XXII, 144 complectitur, quos contulit Ianus. Hanc vero codicis partem a reliquis prorsus alienam cum codice *E* maxime congruere et in *Rhein. Mus. N. F. XV*, 279 sq. argumentis demonstravi et lectiones quas referam comprobabunt.

Codex Vaticanus latinus 3861 (*D*) saec. XI (vid. vol. I praef. p. 6. vol. II praef. p. 4) continet libros XVI—XVIII, 167. 230—XVIIII, 50. 69—156, quos omnes contuli. Partem autem eius quondam fuisse

codicis Parisini latini 6796 (*G*, Silligio *c*) folia 52, 53, quae praebent l. XVIIII, 189—XX, 10. 162—186, in *Rhein. Mus. N. F. XVIII,* 327 exposui; item

codicem Leidensem Vossianum fol. n. LXI (*V*), qui continet l. XX, 186—XXII, cum his olim coniunctum fuisse, et ibi et iam in *Rhein. Mus. N. F. XV,* 273 demonstravi. Codicem contulit Nauta.

Codex Parisinus latinus 6796 (*G*) praeter supra scripta praebet l. XVI—XVII, 33. 220—XVIII, 134. 337—XVIIII, 189, quae partes scriptae sunt saec. XI, et libros XXI, 2—68. 81—172. XXII, 71—135 manu saeculo fere antiquiore exaratos. Librum XVIIII Ianus contulit, ego reliquos.

Codex Leidensis Lipsii n. VII (*F*) saec. XI (vid. vol. I praef. p. 7. vol. II praef. p. 4) integros quidem libros XVI—XXII complectitur, quorum contuli tantum XVIII, XVIIII, XX. Reliquis in libris quamquam raro *cod. Chiff.* id est codicis Chiffleti nota ex Dalecampi editione exhibebitur, quem codicem ab illo non diversum esse vol. I praef. p. 6 adfirmavi.

Denique quod iam supra dixi, quibusdam in partibus

codicis Parisini latini 6797 (*d*) saec. XIII auxilium subpeditandum erit, quod maxime fiet l. XVII, 33—220. XXI, 172—XXII, 65. 144—fin. Codicem contulit Ianus. Originem eius et auctoritatem qualem esse putem, vol. I praef. p. 4 videas.

Quo vero commodius hac editione utaris, codicum, qui quoque loco adhibebuntur, tabulam addam notarumque, quae in scripturae varietate reperientur, indicem subiciam.

Tabula.

Codex	L. XVI.	L. XVII.	L. XVIII.	L. XVIIII.	L. XX.	L. XXI.	L. XXII.
P	.	.	87—99.	.	.	.	.
Q (exc.)	.	.	.	3 —	— 73. 218 — 253.	.	.
D^2 (corr.)	—	—	-167. 230-	-50. 69—156.	.	.	.
G^2 (corr.)	.	.	.	189 —	— 10. 162 — 186.	.	.
V^2 (corr.)	.	.	.	.	186 —	—	—
F^2 (corr.)	.	.	—	—	—	.	.
S (corr.)	.	.	.	—	—	.	.
H	.	.	309 —	.	.	.	.
E	—	—	—	—	—	— 161	65 —
R	.	.	.	.	.	1 — .	— 144
D	—	—	-167. 230-	-50. 69—156.	.	.	.
V	.	.	.	.	186 —	—	—
G	—	—33. 220-	-134. 337-	—	— 10. 162 — 186.	2-68. 81-172.	71 — 135
F	.	.	—	—	—	.	.
d	.	33—220.	.	.	.	172 —	— 65. 144-

Notae.

C = codices *DEFGHRVd* sive universi sive quot quoque loco servati sunt.
D = cod. Vaticanus lat. 3861.
E = cod. Parisinus lat. 6795.
F = cod. Leidensis Lipsii n. VII.
G = cod. Parisinus lat. 6796.
H = cod. Lucensis.
P = cod. Parisinus lat. 9378.
Q = cod. Parisinus lat. 10318.
R = cod. Riccardianus.
S = varia scriptura in margine ed. Geleni.
V = cod. Leidensis Vossianus fol. n. LXI.
d = cod. Parisinus lat. 6797.
r = codices reliqui praeter eos qui quoque loco nominatim sunt adscripti.
v = lectio vulgata.
cod. vel. *codd. det.* = codex vel codices deteriores.
cod. Tol. = codex Toletanus.
schol. Germ. = scholiasta Germanici ed. a Breysigio, Posnaniae 1865.
coni. = coniecit.
corr. = correctura.
dist. = distinxi, distinxit.
interp. = interpunxi, interpunxit.
lac. = lacuna.
ras. = rasura.
transp. = transposuit.
Barb. = Barbarus.
Brot. = Broterius.
Chiff. = Chiffletius.
Dal. = Dalecampus.

Gel. = Gelenus.
Gron. = J. F. Gronovius.
Hard. = Harduinus.
Pint. = Pintianus.
Sab. = Sabellicus.
Salm. = Salmasius.

Scripsi Tychopoli Holsatorum a. d. VI Kal. Jun.
MDCCCLXVIII.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBRI XVI—XXII.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XVI.

(Sect. 1.) Pomiferae arbores quaequae mitioribus sucis 1
voluptatem primae cibis attulerunt et necessario alimento de-
licias miscere docuerunt, sive illae ultro ab homine didicere
blandos sapores adoptione et conubio, — idque munus etiam
5 *a* feris volucribusque didicimus — intra praedictas constan*t*.
proximum erat narrare glandiferas, quae primae victum mor-
talium aluerunt nutrices inopis ac ferae sortis, ni praeverti
cogeret admiratio usu conperta, quaenam qualisque esset vita
sine arbore ulla, sine frutice viventium.

10 Cap. 1. Diximus et in oriente quidem iuxta oceanum 2
complures ea in necessitate gentes. sunt vero et in septen- 13, 139
trione visae nobis C*h*aucorum qui maiores minoresque appel-
lantur. vasto ibi meatu bis dierum noctiumque singularum
intervallis effusus in inmensum agitur oceanus, operiens
15 alternam rerum naturae controversiam dubiamque terrae sit
an partem maris. illic misera gens tumulos optinet altos 3
*ce*u tribunalia extructa manibus ad experimenta altissimi
aestus, casis ita inpositis, navigantibus similes cum integant
aquae circumdata, naufragis vero cum recesserint, fugientes-
20 que cum mari pisces circa tuguria venantur. non pecudem
his habere, non lacte ali ut finitimis, ne cum feris quidem di-
micare contingit omni procul abacto frutice. ulva et palustri 4

---

3. ultro] ultro sive, *v.* 5. a] *ego coll. l. 17, 99. om. Cv.* dedicimus, D^1 dedimus, D^2. constat, *C.* 6. quae] *ego.* que, D^2. quoque, *r.* 7. ni] in, *DG.* 8. cogeret] congreget, *DG.* conferta *DG.* 12. caucorum *C.* 15. alternam] D^2. aeternam, *rv.* dubiumque *E.* 16. optinet, D^2. 17. ceu] *ego.* sub, D^2. aut, *rv.* 22. abaucto *DG.*

iunco funis nectunt ad praetexenda piscibus retia, captumque manibus lutum ventis magis quam sole siccantes terra cibos et rigentia septentrione viscera sua urunt. potuus non nisi ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus. et hae gentes, si vincantur hodie a populo Romano, servire se dicunt! ita est profecto: multis fortuna parcit in poenam.

5 (2.) Aliud e silvis miraculum: totam reliquam Germaniam operiunt adduntque frigori umbras, altissimae tamen haut
2 procul supra dictis Chaucis circa duos praecipue lacuus. litora ipsa optinent quercuus maxima aviditate nascendi, suffossaeque fluctibus aut propulsae flatibus vastas conplexu radicum insulas secum auferunt, atque ita libratae stantes navigant, ingentium ramorum armamentis saepe territis classibus nostris, cum velut ex industria fluctibus agerentur in proras stantium noctu, inopesque remedii illae proelium navale adversus arbores inirent.

6 2. In eadem septentrionali plaga Hercyniae silvae roborum vastitas intacta aevis et congenita mundo prope inmortali sorte miracula excedit. ut alia omittantur fide caritura, constat attolli colles occursantium inter se radicum repercussu aut, ubi secuta tellus non sit, arcus ad ramos usque et ipsos inter se rixantes curvari portarum patentium modo, ut turmas equitum tramittant, 3. glandiferi maxime generis omnes, quibus honos apud Romanos perpetuus.

7 4. (3.) Hinc civicae coronae, militum virtutis insigne clarissimum, iam pridem vero et clementiae imperatorum, postquam civilium bellorum profano meritum coepit videri civem non occidere. cedunt his murales vallaresque et aureae, quamquam pretio antecedentes, cedunt et rostratae, quamvis in duobus maxime ad hoc aevi celebres. M. Varrone e pi-
raticis bellis dante Magno Pompeio, itemque M. Agrippa tri-
8 buente Caesare e Siculis, quae et ipsa piratica fuere. antea rostra navium tribunali praefixa fori decus erant, veluti p. R. ipsi corona inposita. postquam vero tribuniciis seditionibus calcari ac pollui coepere, postquam vires ex publico in privatum agi singulisque civium quaeri et sacrosancti omnia pro-

3. et rigentia] sed rigentia, *d.* sed (set, D^2) rigantia, *D.* ed rigantia, *r.* 4. hae gentes] D^2. accente, *E.* accentes, *r.* 6. parcior, *E.* 8. operiunt] *ego.* referunt, *E.* reperiunt, *r.* 9. caucis, *d.* causis, D^1. chausis, *r.* 11. complexu, *d.* complexa, *E.* conplexa, *r.* 12. insulas] D^2d. silvas, *E.* in silvas, *r.* libratae] *d.* librata, *r.* 14. ex] D^2. *om. r.* prora, *d.* prospera, *r.* 17. herciniae, *d.* hirciniae, *G.* hircaniae, *E.* 31. pompe, D^1G. itemque] quae, D^1Gd. 36. agi] *cod. Chiff.* agis, *C.*

fana facere, tum a pedibus eorum subiere in capita civium rostra. dedit hanc Augustus coronam Agrippae, sed civicam a genere humano accepit ipse.

(4.) Antiquitus quidem nulla nisi deo dabatur. ob id 9
Homerus caelo tantum eam et proelio universo tribuit, viritim vero ne in certamine quidem ulli, feruntque primum omnium Liberum patrem inposuisse capiti suo ex hedera. postea deorum honori sacrificantes sumpsere victimis simul coronatis. novissime et in sacris certaminibus usurpatae, in 10
quibus hodieque non victori dantur sed patriam ab eo coronari pronuntiatur, inde natum ut et triumphaturis conferrentur in templis dicandae, mox ut et ludis darentur. longum est nec instituti operis disserere quis quamque Romanorum primus acceperit; neque enim alias noverant quam bellicas. quod certum est, uni gentium huic plura sunt genera quam cunctis.

(5.) Romulus frondea coronavit Hostum Hostilium, quod 11
Fidenam primus inrupisset. avos hic Tulli Hostilii regis fuit. P. Decium patrem tribunum militum frondea donavit exercitus ab eo servatus imperatore Cornelio Cosso cos. Samnitium bello. Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex aesculo Iovi sacra, variatumque et cum quercu est ac data ubique quae fuerat custodito tantum honore glandis. Additae leges 12
artae et ideo superbae quasque conferre libeat cum illa Graecorum summa quae sub ipso Iove datur cuique muros patria gaudens rumpit: civem servare, hostem occidere, ut ne eum locum in quo sit actum hostis optineat eo die, ut servatus fateatur — alias testes nihil prosunt —, ut civis fuerit. auxilia quamvis rege servato decus non dant, nec crescit 13
honos idem imperatore conservato, quoniam conditores in quocumque civem summum esse voluere. accepta licet uti perpetuo. ludis ineunti semper adsurgi etiam ab senatu in more est, sedendi ius in proximo senatui. vacatio munerum omnium ipsi patrique et avo paterno. XIIII eas accepit Siccius Den- 14
tatus, ut retulimus suo loco, VI Capitolinus, is quidem et de 7, 102
duce Servilio. Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam. o mores aeternos qui tanta opera honore solo donaverint et, cum reliquas coronas auro commendarent, salutem

---

5. ea, *EGd.* 13. institutio, *E.* oneris, *DG.* 21. inligno, *d.* iligno, *r.* 22. sacra] D^2. sara, *r.* vastatumque, D^1EG. 26. civem] D^2G. quem, *r.* 26. ut ne] *Ianus.* utque, *C.* 28. civis] D^2. cives, *r.* 32. ineunti] *codd. Barb.* ineventis, *E.* inoventis, *DG.* innovanti, *d.* 33. vacatio] *d.* vocatio, *r.* 33. numerum, *DG.*

*c*ivis in pretio esse noluerint, clare professi ne servari quidem hominem fas esse lucri causa!

15 5. (6.) Glande opes nunc quoque multarum gentium etiam pace gaudentium constant. nec non et inopia frugum arefactis emolitur farina spissaturque in panis usum. quin et hodieque per Hispanias secundis mensis glans inseritur. dulcior eadem in cinere tosta. cautum est praeterea lege XII tabularum ut glandem in alienum fundum procidentem liceret 16 colligere. Genera earum multa. distant fructu, situ, sexu, sapore. namque alia fageae glandi figura, quernae alia et ilignae, atque inter se quoque generum singulorum differentiae. praeterea sunt aliquae silvestres, aliae placidiores quae culta optine*nt*. iam in montuosis planisque distant, sicut et sexu mares ac feminae, item sapore. dulcissima omnium fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat 17 Cornelius Alexander. Genera distinguere non datur nominibus, quae sunt alia alibi, quippe cum robur quercumque vulgo nasci videamus, aesculum non ubique, quartam vero generis eiusdem quae cerrus vocatur ne Italiae quidem maiore ex parte nota*m* esse. distinguimus ergo proprietate naturaque et, ubi res coget, etiam Graecis nominibus.

18 6. (7.) Fagi glans nucleis similis triangula cute includitur. folium tenue atque e levissimis, populeo simile, celerrime flavescens et media parte plerumque gignens superne parvolam bacam viridem cacumine aculeatam. fagum muribus gratissimum est, et ideo animalis eius una proventus, glires quoque saginat, expedit et turdis. Arborum fertilitas omnium fere alternat, sed maxime fagi.

19 (8.) Glandem quae proprie intellegitur ferunt robur, quercus, aesculus, cerrus, ilex, suber. continent hispido calyce per genera plus minusve conplectente. folia praeter ilicem gravia, carnosa, procera, sinuosa lateribus, nec, cum cadunt, flavescentia ut fagi, pro differentia generum breviora vel longiora. Ilicis duo genera. ex his in Italia folio non *ita* multum ab oleis distant milaces a quibusdam Graecis dictae;

---

1. civis] quis, *C.* professi ne] *cod. Chiff.* professeone, *G*[1]. professione, *r.* 3. glande] *Ianus.* grande, *DG.* grandes, *Ed.* opes nunc] *d.* opes (oppes, *DG*) sunt, *r.* 5. molitur, *E.* emollitur, *d.* 10. alia] *d.* in alia, *r.* queronae, *DG.* alia et] *Ianus.* et alia, *C.* 13. optinet, *C.* 19. currus, *D*[1]*G.* eurrus, *d.* 20. nota, *C.* 21. cogit, *d.* 23. populeo] *D*[2]. populo, *r.* 25. fagum] in facum, *D*[1]*G.* 26. gratissimum] *D*[1]*d.* gratissimam, *E.* gratis sunt, *D*[1]*G.* est] esse, *d.* eius] ei, *DG.* 27. expetitur, *DGd.* 31. minusve] *D*[2]*d.* minus item, *E.* minus ite, *r.* 34. ita] *Ianus.* t, *D*[2]. ut, *r.*

in provinciis aquifoliae sunt ilices. glans utriusque brevior et gracilior, quam Homerus aculon appellat eoque nomine a glande distinguit. masculas ilices negant ferre. Glans optima 20
in quercu atque grandissima, mox aesculo. nam robori parva,
5 cerro tristis, horrida, ec*h*inato calyce ceu castaneae. sed et in querna alia dulcior molliorque feminae, mari spissior. maxime autem probantur latifoliae ex argumento dictae. Distant inter se magnitudine et cutis tenuitate, item quod aliis subest tunica robigine scabra, aliis protinus candidum corpus. probatur et 21
10 ea cuius in balano utrimque ex longitudine extrema lapidescit duritia, melior cui in cortice quam cui in corpore, utrumque non nisi mari. praeterea aliis ovata, aliis rotunda, aliis acutior figura, sicut et colos nigrior candidiorve qui praefertur. amaritudo in extremitatibus, mediae dulces. quin et pediculi bre-
15 vitas proceritasque differentiam habet. In ipsis vero arboribus 22
quae maximam fert hemeris vocatur, brevior et in orbem comosa alasque ramorum crebro cavata. fortius lignum quercus habet et incorruptius, ramosa et ipsa, procerior tamen et crassior caudice, excelsissima autem ae*gilo*ps, incultis amica.
20 Ab hac proxima latifoliae proceritas, sed minus utilis aedificiis 23
atque carboni, dolata vitiis obnoxia est, quamobrem solida utuntur. carbo in aerariorum tantum officinis conpendio, quoniam desinente flatu protinus emoriens saepius recoquitur, ceterum plurumus scintillis. idem e novellis melior. acervi
25 consertis taleis recentibus luto caminantur, accensa strue contis pungitur durescens calix atque ita sudorem emittit. Pessuma 24
et carboni et materiae haliphloeos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex et plerumque cavus fungosusque. nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. quin et fulmine
30 saepissime iacitur, quamvis altitudine non excellat. ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas habetur. Eidem rara glans et, cum tulit, amara, quam praeter sues nullum attingat animal, ac ne hae quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoque inter reliqua neglectae religionis est, quod emortuo carbone
35 sacrificatur. Glans fagea suem hilarem facit, carnem cocibilem 25
ac levem et utilem stomacho, iligna suem angustam, nitidam, strigosam, ponderosam. querna diffusam, gravissima et ipsa

---

1. *dist. ego.* ilices] D^2. ilicis, *Ed.* ilici, *r.* et] *d.* e, E^1. *om. r.* 2. gracilior] *om. DG.* 4. roboris, D^1EG 5. cinato, *E.* ecynato, *r.* ceu] *E.* seu, *r.* 13. qui praefertur] *d.* quippe fertur, *r.* 19. ezops, *d.* aezops, *r.* 20. hac] *d.* haec *r.* 21. dotata, D^1EG. 22. carbo in] *Hard.* carboni, *C.* aerariarum, *E.* erariarum *DG.* 24. cetero, *DGd.* 25. paleis, D^2. 32. attingit, *E.* atongat, *G.* 37. diffusam] D^2.

glandium atque dulcissima. proximam huic cerream tradit
Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. iligna
temptari sues, nisi paulatim detur. hanc novissimam cadere.
fungosam carnem fieri aesculo, robore, subere.
26 (9.) Quae glandem ferunt omnes et gallam alternisque 5
annis glandem, sed gallam hemeris optimam et coriis perfi-
ciendis aptissimam, similem huic latifolia, sed leviorem multo-
que minus probatam. fert et nigram — duo enim genera
27 sunt —, haec tinguendis lanis utilior. 7. Nascitur autem galla
sole de geminis exeunte erumpens noctu semper universa. 1
crescit uno die candidior et, si aestu excepta est, arescit pro-
tinus neque ad iustum incrementum pervenit, hoc est ut
nucleum fabae magnitudine habeat. nigra diutius viret cre-
scitque, ut interdum mali conpleat magnitudinem. optima
Commagena, deterrima ex robore. signum eius quod caverna 1
tralucet.
28 (10.) Robur praeter fructum plurima et alia gignit.
namque fert et gallae utrumque genus et quaedam veluti
mora, ni distarent arida duritie, plerumque tauri caput imi-
tantia quibus fructus inest nucleis olivae similis. nascuntur
in eo et pilulae nucibus non absimiles, intus habentes flocco
molles lucernarum luminibus aptos. nam et sine oleo flagran
sicuti galla nigra. fert et aliam inutilem pilulam cum capillo
29 verno tamen tempore melliginis suci. gignunt et alae ramo
rum eius pilulas corpore non pediculo adhaerentes, candicanti
bus umbilicis, cetera nigra varietate dispersa. media coc
colorem habent, apertis atra inanitas est. aliquando et pumi
ces gignit nec non et e foliis convolutas pilulas et in foliorur
venis aquosos nucleos candicantes ac tralucidos, quamdiu molle
sint, in quibus et culices nascuntur. maturescunt in *nodu*
ad parvae levis gallae modum.
30 8. (11.) Ferunt robora et cachrym. ita vocatur pilul
in medicina urendi vim habens. gignitur et in abiete, larici
picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hiem
durans. continet nucleum pineis similem. is crescit hiem
aperitur vere. pilula tota cadit, cum folia coepere crescer

---

diffusa et, D^1. diffusaa, *G.* diffusa///, *d.* diffusa, *E.* 9. lanis] D^2. *o*
16. tralucet] D^2. tralucent, D^1G. translucent, *r.* (?) 18. quae
quae iam, *C.* 20. nucleis] *d.* nucleus, *r.* 24. alae] *codd. Gel.*
C. 25. 26. candicantibus] D^2. candicantes, *r.* 27. atra] *Pint.* a
C. 28. 29. foliorum venis] D^2. folio rubens, *r.* 30. 31. nodum—g
Ianus coll. Theophr. h. pl. 3, 7, 5. om. C. 32. Serunt, *C.* 36.
D^1G. *dist. ego.*

tam multifera sunt, tot res praeter glandem pariunt robora, 31
sed et boletos suillosque, gulae novissima inritamenta, qui
circa radices gignuntur, quercus probatissimos, robur autem
et cupressus et pinus noxios. robora ferunt et viscum et
5 mella, ut auctor est Hesiodus, constatque rores melleos e
caelo, ut diximus, cadentes non aliis magis insidere frondibus. 11, 30
cremato quoque robore cinerem nitrosum esse certum est.

(12.) Omnes tamen has eius dotes ilex solo provocat 32
cocco. granum hic primoque ceu scabies fruticis, parvae
10 aquifoliae ilicis. scolecium vocant. pensionem alteram tri-
buti pauperibus Hispaniae donat. usum eius *ac* rationem in
conchyli mentione tradidimus. gignitur et in Galatia, Africa, 9, 140
Pisidia, Cilicia, pessimum in Sardinia. sq.

(13.) Galliarum glandiferae maxime arbores agaricum 33
15 ferunt. est autem fungus candidus, odoratus, antidotis effi-
cax, in summis arboribus nascens, nocte relucens. signum
hoc eius, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quae
vocatur ae*gilo*ps fert pannos arentes, muscoso villo canos,
non in cortice modo verum et e ramis dependentes cubitali 12, 108
20 magnitudine, odorat*os*, uti diximus inter unguenta. Suberi 34
minima arbor, glans pessima et rara, cortex tantum in fructu,
praecrassus ac renascens atque etiam in denos pedes undique
explanatus. usus eius ancoralibus maxime navium piscantium-
que tragulis et cadorum obturamentis, praeterea in hiberno
25 feminarum calceatu. quamobrem non infacete Graeci corticis
arborem appellant. Sunt et qui feminam ilicem vocent atque,
ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur in carpentariis
praecipue fabricis, ut circa Elim et Lacedaemonem. nec in
Italia tota nascitur aut in Gallia omnino.

30 9 (14.) Cortex et fagis, tiliae, abieti, piceae, in magno 35
usu agrestium. vasa eo corbesque ac patentiora quaedam messi-
bus convehendis vindemiisque faciunt atque protecta tugurio-
rum. scribit in recenti ad duces explorator incidens litteras

---

3. probatissimos] *D*². probatissimum, *rv*. 7. craemato, *D*². craemati, *D*¹. cremati, *Edv*. graemati, *G*. robore] *D*². robi, *r*. roboris, *v*. 9. hoc, *DEd*. scabies] *d*. scaptes, *r*. fruticis] *codd. Gel*. frutices, *C*. parvae] *codd. Gel*. parvi, *G*. parva, *r*. 10. ilices, *EGd*. scolecium] *ego. coll. l. 24, 8*. cuscolium, *E*. esciiscolium, *d*. cusculium *r*. 11. ac rationem] *ego*. grationem, *DG*. generationem, *E*. gratiorem *dv*. 15. antidotus, *DGd*. 17. quo] *codd. Gel*. quae, *E*. que, *r*. 18. aezops, *C*. 20. odoratus, *C*. uti] *ego*. ut, *E*. ubi, *r*. 21 et] *D*². *om. r*. 25. cortices, *E*. 31. eo] *D*². *om. r*. 32. protecta] *D*². pretexta, *E*. protexta, *r*. 33. recentia ad, *C*.

a suco. nec non et in quodam usu sacrorum religiosus est
fagi cortex. sed nun durat arbor ipsa.
36 10. (15.) Scandula e robore aptissima, mox e glandi-
feris aliis fagoque, facillima ex omnibus quae resinam ferunt,
sed minime durans praeterquam e pino. Scandula conte- 5
ctam fuisse Romam ad Pyrrhi usque bellum annis CCCCLXX
37 Cornelius Nepos auctor est. silvarum certe distinguebatur
insignibus, Fagutali Iove etiam nunc ubi lucus fageus fuit,
porta Querquetulana, colle in quem vimina petebantur, totque
lucis, quibusdam et geminis. Q. Hortensius dictator, cum 10
plebes secessisset in Ianiculum, legem in aesculeto tulit, ut
quod ea iussisset omnes Quirites teneret.
38 (16.) Peregrinae tum videbantur, quoniam non erant
suburbanae, pinus atque abies omnesque quae picem gignunt,
de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo 15
14, 122 cognoscatur. Quae ferrent in Asia aut oriente praedictis
picem in Europa sex genera cognatarum arborum ferunt.
ex his pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo
praetenue longumque et mucrone aculeatum. pinus fert mi-
15, 35 nimum resinae, interdum et nucibus ipsis de quibus dictum 20
est, vixque ut adscribatur generi.
39 (17.) Pinaster nihil est aliud quam pinus silvestris mi*n*or
altitudine et a medio ramosa sicut pinus in vertice. copio-
57 sqq. siorem dat haec resinam quo dicemus modo. gignitur et in
planis. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiae 25
quas tibulos vocant plerique arbitrantur, sed graciles succin-
ctioresque et enodes liburnicarum ad usuus, paene sine resina.
40 (18.) Picea montis amat atque frigora, feralis arbor et
funebri indicio ad fores posita ac rogis virens, iam tamen et
in domos recepta tonsili facilitate. haec plurimam fundit in- 30
terveniente candida gemma, tam simili turis ut mixta visu
41 discerni non queat, unde fraus Sep*l*asiae. Omnibus his gene-
ribus folia brevia sed crassiora duraque ceu cupressis. piceae
rami paene statim ab radice modici velut bracchia la-
teribus inhaerent. Similiter abieti expetitae navigiis situs 35
in excelso montium, ceu mariâ fugerit, nec forma alia. ma-
42 teries vero praecipua est trabibus et plurimis vitae operibus.

---

4. facillima] *cod. Chiff.* facillime, *C.* 8. lucus] *D*². litus, *r.* 10. minis, *DG.* Q.] Quae, *C.* 12. tenerent, *D*². 14. pice, *DG.* 16. ferrunt, *DG.* 18. pinastri, *DG.* 22. minor] *ego.* mira, *E.* (?) *v.* miror, *r.* 26. quas] *D*². quos, *rv.* stibulos, *E.* 31. visu] *D*². a visu, *rv.* 32. seprasiae, *C.* 33. brevia sed] *D*². brevi saeta et, *rv.* crasiora, *D*². crassiore, *Ev.* crasiore, *r.* 35. *dist. ego.* 37. prae-

resina est vitium, unde fructus piceae, exiguumque sudat aliquando contactu solis. e diverso materies, quae abieti pulcherrima, piceae ad fissiles scandulas cupasque et pauca alia secamenta.

(19.) Quinto generi est situs idem, facies eadem. larix 43
vocatur. materies praestantior longe — incorrupta ei vis umori contumax —, rubens praeterea et odore acrior. plusculum huic erumpit liquoris melleo colore atque recentiore numquam durescentis. Sextum genus est taeda proprie dicta, abundantior 44
suco quam reliqua, parcior liquidiorque quam picea, flammis ac lumini sacrorum etiam grata. hae, mares dumtaxat, ferunt et eam quam Graeci sycen vocant, odoris gravissimi. laricis morbus est ut taeda fiat. Omnia autem haec genera accensa 45
fuligine inmodica carbonem repente expuunt cum eruptionis crepitu eiaculanturque longe excepta larice quae nec ardet nec carbonem facit nec alio modo ignis vi consumitur quam lapides. Omnia ea perpetuo virent nec facile discernuntur in fronde etiam a pertis, tanta natalium mixtura est. sed picea 46
minus alta quam larix, illa crassior leviorque cortice, folio villosior, pinguior et densior mollius flexo, ac piceae rariora siccioraque folia et tenuiora ac magis algentia, totaque horridior et perfusa resina, lignum abietis similius. larix ustis radicibus non repullulat, *picea repullulat*, ut in Lesbo accidit incenso nemore Pyrrhaeo. alia etiamnunc generibus ipsis in 47
sexu differentia. mas brevior et durior, femina procerior, pinguioribus foliis et simplicibus atque non rigentibus. lignum maribus durum et in fabrili opere contortum, feminae mollius, publico discrimine in securibus. hae in quocumque genere deprehendunt marem, quippe respuuntur et fragosius sidunt, aegrius revelluntur. ipsa materies retorrida et nigrior maribus. Laricis circa Idam in Troade et alia differentia, montanae 48
maritimaeque. nam in Macedonia et Arcadia circaque Elim permutant nomina, nec constat auctoribus quod cuique generi adtribuant. nos ista Romano discernimus iudicio. Abies e cunctis amplissima est et femina etiam prolixior, materie mollior utiliorque, arbore rotundior, folio pinnato densa ut imbres

---

cipua est] *cod. Chiff.* praecipuaes, *G.* praecipues, *D.* praecipue, *E.* 1. resina est] *ego.* resinae, *C.* resina ei, *v.* 5. est] *Ianus coni.* et, *C.* 6. incorrupta ei] *Ianus.* incorrupte, *E.* incorruptae *r.* 8. recentiore] D^2E. lentiore, *d.* rentiore, *r.* 18. pertis, *C.* 20. picae, D^2. pitae, D^1G. apite et, *E.* 22. abieti, *E.* 23. picea repullulat] *Barb. ex Theophr. h. pl. 3, 9, 5. om. C.* 31. laricis] D^2. *Cf. Theophr. l. l. 3.* radix, *E.* radicis, *r.* 35. 36. mollior] D^2. molliore, *E.* molliorum, *r.* 36. arbor, *E.*

49 non tramittat, atque hilarior in totum. E ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim conpacta dependent praeterquam larici. haec abietis masculae primori parte nucleos habent, non item feminae. piceae vero totis paniculis, minoribus gracilioribusque minimos, ac nigros, propter quod Graeci phthiroph*o*ron eam appellant. in eadem nucamenta maribus conpressiora sunt ac minus resina roscida.

50 (20.) Similis his etiamnunc aspectu est, ne quid praetereatur, taxus minime virens gracilisque et tristis ac dira, nullo suco, ex omnibus sola bacifera. mas noxio fructu, letale quippe bacis in Hispania praecipue venenum inest. vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta mortifera fuisse conpertum

51 est. Hanc Sextius milacem a Graecis vocari dicit, et esse in Arcadia tam praesentis veneni ut qui obdormiant sub ea cibumve capiant moriantur. sunt qui et taxica hinc appellata dicant venena quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tinguantur, reperto innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus aereus adigatur.

52 11. (21.) Pix liquida in Europa *e* taeda coquitur, navalibus muniendis multosque alios ad usus. lignum eius concisum furnis undique igni extra circumdato fervet. primus sudor aquae modo fluit canali. hoc in Syria cedr*i*um vocatur, cui tanta vis est ut in Aegypto corpora hominum defunctorum perfusa eo serventur.

53 (22.) Sequens liquor crassior iam picem fundit. haec rursus in cortinas aereas coniecta aceto spissatur ut coagulo et Bruttiae cognomen accepit, doliis dumtaxat vasisque ceteris utilis, lentore ab alia pice differens, item colore rutilante et quod pinguior est reliqua illa omni. fit e picea resina ferventibus coacta lapidibus in alveis validi roboris aut, si alvei

54 non sint, struis congerie, velut in carbonis usu. Haec in vinum additur farinae modo tusa, nigrior colore. eadem resina si cum aqua levius decoquatur coleturque, rufo colore lentescit ac stillaticia vocatur. seponuntur autem ad id fere vitia resinae cortexque. alia temperies ad crapulam. namque flos crudus resinae cum multa astula tenui brevique avulsus con-

---

2. panicularum] *d* (?). pinicularum, *r*. nuncamenta, *C*. 3. haec] *D*². hae, *r*. prima in, *E*. 6. phthiroporon, *d*. pthiroporen, *r*. 6. 7. nucamenta] *d* (?). nuncamenta, *r*. 9. nullus, *DG*. 10. bacifera] *D*². bacas fert, *E*. bacis fera, *r*. 11. vas, *DG*. 16. repertum, *E*(?)*v*. 17. ipsa arbore, *E*. 18. e] *om*. *C*. 20. fervet] *d*. fero ex, *D*¹*G*. ferro ex, *D*². ferro ut, *E*. 21. cedrium] *Barb*. cedrum, *C*. 24. ut] *d*. et, *r*. 27. omnia, *E*. omni illa, *D*². fiunt, *E*. e picea] *Ed*. e pice, *D*². e piceae, *G*. // piceae, *D*¹. 29. 30. vinum] *d*. vimum, *DG*. fimum, *E*. 33. crapula, *DG*.

ciditur ad cribrum minuta. dein ferventi aqua, donec coquatur,
perfunditur. Huius expressum pingue praecipua resina fit at- 55
que rara nec nisi paucis in locis subalpinae Italiae conve-
niens medicis. resinae albae congium in duobus aquae pluviae
5 cocunt. alii utilius putant sine aqua coquere lento igne toto
die, utique vase aeris albi, item terebinthinam in sartagine
cinere ferventi, hanc ceteris praeferentes. proxima ex lentisco.
12. (23.) Non omittendum apud eosdem zopissam vo- 56
cari derasam navibus maritimis picem cum cera, nihil non ex-
10 periente vita, multoque efficaciorem ad omnia quibus pices
resinaeque prosunt, videlicet adiecto salis callo. Aperitur 57
picea e parte solari, non plaga sed volnere ablati corticis,
cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum
absit. nec corpori ipsi parcitur ut in ceteris, quoniam astula
15 in fructu est. verum haec proxima laudatur, altior amaritu-
dinem adfert. postea umor omnis e tota confluit in ulcus,
item in taeda. cum id manare desiit, simili modo ex alia parte 58
aperitur ac deinde alia. postea tota arbor succiditur et me-
dulla eius uritur. sic et in Syria terebintho detrahunt cor-
20 tices, ibi quidem et e ramis ac radicibus, cum resina damne-
tur ex his partibus. In Macedonia laricem masculam urunt,
feminae radices tantum. Theopompus scripsit in Apollonia- 59
tarum agro picem fossilem non deteriorem Macedonica inve-
niri. Pix optima ubique ex apricis aquilonis situ, ex opacis
25 horridior virusque praeferens, frigida hieme deterior ac mi-
nus copiosa et decolor. quidam arbitrantur in montuosis copia 60
praestantiorem ac colore et dulciorem fieri, odorem quoque
gratiorem, dum resina sit, decoctam autem minus picis red-
dere, quoniam in serum abeat, tenuioresque esse ipsas arbo-
30 res quam in planis, sed has et illas serenitate steriliores.
Fructum quaedam proxumo anno ab incisu largiuntur, aliae
secundo, quaedam tertio. expletur autem plaga resina, non
cortice nec cicatrice, quae in hac arbore non coit. Inter haec 61
genera propriam quidam fecere sappinum, quoniam ex cogna-
35 tione harum seritur qualis dicta est *in* nucleis, eiusdem- 15, 36
que arboris imas partes taedas vocant, cum sit illa arbor nil

---

1. coquentur, *C.* 6. utrique, *DG.* cartagine, *C.* 7. cinere] *d.* re, *r.* et, *C.* 8. zopissam] *Barb.* zosippam, *C.* 9. cera] *d.* cetera, *r.* 12. volnere] *d* (?). vulnera, *r.* 27. colore] *d.* colorem, *r.* 29. serum abeat] *d. Barb.* ferum habeat, *r.* 31. aliae] *D.* alia, *r.* 34. sapinum, *d.* sappium, *r.* 34. 35. cognatione] D^2. cogitatione, *r.* 35. in] *om. C.*

aliud quam picea feritatis paulum mitigatae satu, sappinus au-
196 tem materies caesurae genere fiat, sicuti docebimus.

62 13. (24.) Materiae enim causa reliquas arbores natura genuit copiosissimamque fraxinum. Procera haec ac teres, pinnata et ipsa folio, multumque Homeri praeconio et Achillis 5 hasta nobilitata. materies est ad plurima utilis. ea quidem quae fit in Ida Troadis in tantum cedro similis ut ementes fallat
63 cortice ablato. Graeci duo genera eius fecere: longam enodem, alteram brevem duriorem fuscioremque, laureis foliis. bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque. 10 alii situ divisere, campestrem enim esse crispam, montanam
64 spissam. Folia earum iumentis mortifera, ceteris ruminantium innocua Graeci prodidere. in Italia nec iumentis nocent. contra serpentes vero suco expresso ad potum et inposita ulceri opifera ac nihil aeque reperiuntur. tantaque est vis ut ne ma- 15 tutinas quidem occidentesve umbras, cum sunt longissimae, serpens arboris eius adtingat, adeo ipsam procul fugiat. experti prodimus, si fronde ea circumcludatur et igni serpens, in ignes potius quam in fraxinum fugere serpentem. mira naturae benignitas prius quam hae prodeant florere fraxinum 20 nec ante conditas folia dimittere.

65 14. (25.) In tilia mas et femina differunt omni modo. namque et materies maris dura rufiorque ac nodosa et odoratior, cortex quoque crassior ac detractus inflexibilis. nec semen fert aut florem ut femina, quae crassior arbore, materie 25 candida praecellensque est. mirum in hac arbore fructum a nullo animalium adtingi, foliorum corticisque sucum esse dulcem. inter corticem ac lignum tenues tunicae *sunt* multiplici membrana, e quibus vincula tiliae vocantur, tenuissimum quorum philyrae coronarum lemniscis celebres antiquorum honore. 30 materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis.

66 15. (26.) Acer eiusdem fere amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate citro secundum. plura eius genera: album, quod praecipui candoris, vocatur Gallicum in transpa- 35 dana Italia transque Alpes nascens. alterum genus crispo macularum discursu, qui cum excellentior fuit, a similitudine

---

1. sapini, *E.* sapinus, *r.* 2. caesurae] D^2. caesare, *r.* generata fit, *E.* 13. nocent] *d.* nocet, *r.* 15. ut] D^1. ui, *E.* huic, D^2. 16. cum] *d.* quam, *r.* 17. 18. experta, D^2. 18. circumcludatur] D^2. ciroque (gyroque, *E.*) cludatur, *r.* et igni] *ego.* ignis et, *C.* 28. tunicae sunt] *ego.* tunicas, *d.* tonicas, *r.* 29. tenuissimae, *d.* eorum, *E.* earum, *d.*

caudae pavonum nomen accepit, in Histria Raetiaque praecipuum. e viliore genere crassivenium vocatur. Graeci situ 67
discernunt, campestre enim candidum esse nec crispum — quod glinon vocant —, montanum vero crispius duriusque, etiamnunc
5 e mascula crispius ad lautiora opera, tertium genus zygian rubentem, fissili ligno, cortice livido *ac* scabro. hoc alii generis proprii esse malunt et Latine carpinum appellant.

16. (27.) Pulcherrimum vero est bruscum, multoque ex- 68
cellentius etiamnum molluscum. tuber utrumque arboris eius,
10 bruscum intortius crispum, molluscum simplicius sparsum. et si magnitudinem mensarum caperet, haut dubie praeferretur citro. nunc intra pugillares lectorumque silicios aut lamnas raro usu spectatur. e brusco fiunt et mensae nigrescentes. Reperitur et in alno tuber, tanto deterius quantum 69
15 ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent. etiamnunc in siccis natae praeferuntur aquaticis, sicut et fraxini. Est trans Alpes arbor simillima aceri albo materie quae vocatur staphylodendron. fert siliquas et in iis nucleos sapore nucis abellanae.

20 (28.) In primis vero materies honorata buxo est raro 70
crispanti nec nisi radice, de cetero leui, cuius materia est lentitie quadam et duritie ac pallore commendabilis, in ipsa vero arbore topiario opere. tria eius genera: Gallicum, quod in metas emittitur amplitudinemque proceriorem. oleastrum in
25 omni usu damnatum gravem praefert odorem. tertium genus nostras vocant e silvestri, ut credo, mitigatum satu, diffusius et densitate parietum, virens semper ac tonsile. Buxus Pyre- 71
naeis ac Cytoriis montibus plurima et Berecyntio tractu, crassissima in Corsica, flore non spernendo, quae causa
30 amaritudinis mellis. semen cunctis animantibus invisum. nec in Olympo Macedoniae gracilior, sed brevis. amat frigida, aprica. ligni quoque duritia quae ferro, nec flamma, nec carbone utili.

17. (29.) Inter has atque frugiferas materie vitiumque 72

---

4. glinon] *v. ex Theophr. h. pl. 3, 11, 2.* alinono, D^1G. alinon, *r.* 6. ligni, *C.* ac] *ego.* de, *C.* 12. silicios] E^2. siblicios, E^1. solicios, *r.* 14. alni, D^1G. tuber] D^2. tuber et, *E.* tubere, *r.* 21. levi cuius] *Urlichs vind. 264.* lenis quies (qui est, *E*)*C.* 21. 22. materia est lentitie] *Urlichs l. l.* materiae (materia, *E.*) silentiae (silentio, D^2. silenti, *E*)*C.* 22. quadam et] *Urlichs. l. l.* et quadam, *E.* quodam et, *r.* 24. amplitudine procerior est, *E.* 26. nostras] *ego.* nostrates, *E.* nostratis, *r.* e silvestri] silvestre, *E.* 29. corsicam florem, *C.* 30. mellis. semen] semen mellis, *C.* 32. ligni] *d.* in igni, *r.* duritia quae] *D.* duritiaque, *G.* duritiam, *E.* ferri, *E.* 33. utilis, E.

amicitia accipitur ulmus. Graeci duo genera eius novere: montuosam quae sit amplior, campestrem quae fruticosa. Italia Atinias vocat excelsissimas et ex is siccanas praefert quae non sint riguae, alterum genus Gallicas, tertium nostrates, densiore folio et ab eodem pediculo numerosiore, quartum silvestre. Atiniae non ferunt samaram — ita vocatur ulmi semen —, omnesque radicum plantis proveniunt, reliquae semine.

73 18. (30.) Nunc celeberrimis arborum dictis quaedam in universum de cunctis indicanda sunt. Montes amant cedrus, larix, taeda et ceterae e quibus resina gignitur, item aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, populus, ornus, carpinus. est in Appennino et frutex qui vocatur cotinus, ad
74 linamenta modo conchylii colore insignis. montes et valles diligit abies, robur, castaneae, tilia, ilex, cornus. aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus. non temere in montibus visae sunt prunus, punicae, oleastri, iuglans, morus, sabuci. descendunt et in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. subeunt et in montuosa ulmus, malus, pirus, laurus, myrtus, sanguinei fruticis ilex tinguendisque vestibus nascentis genistae. gaudet frigidis
75 sorbus, sed magis etiam betulla. Gallica haec arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magistratuum virgis, eadem circulis flexilis, item corbium costis. bitumen ex ea Galli excoquunt. In eosdem situs comitatur et spina, nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius. nunc facibus carpinus, corylus familiarissimae.

76 (31.) Aquas odere cupressi, iuglandes, castaneae, laburnum. Alpina et haec arbor, nec vulgo nota, dura ac candida materie, cuius florem cubitalem longitudine apes non adtingunt. odit et quae appellatur lovis barba, in opere topiario
77 tonsilis et in rotunditatem spissa, argenteo folio. non nisi in aquosis proveniunt salices, alni, populi, siler, ligustra tesseris utilissima, item vaccinia Italiae in aucupiis sata, Galliae vero etiam purpurae tinguendae causa ad servitiorum vestes. Quaecumque communia sunt montibus planisque maiora fiunt

---

3. vocat] *d*(?). vocant, *r*. 6. ratiniae, *C*. samaram] *d*. samarim, *D*. samariam, *E*. samaritim, *G*. 13. est] est et, *C*. et] *om*. *E*. 14. linamenta] *Hard*. lignamenta, *C*. 16. sorbus] *d*. sorvus, D^2. ornus, *E*. orvus, *r*. 17. morus] D^2. moris, *r*. 24. costis] D^2. cortis, *r*. galli] D^2. galliae, *r*. 25. comitantur, *C*. 29. odere] udore, *C*.

aspectu pulchrioraque in campestribus, meliora autem fructu *et* materie crispioraque in montibus exceptis malis pirisque.

19. (32.) Praeterea arborum aliis decidunt folia, aliae 78
sempiterna coma virent, quam differentiam antecedat necesse
5 est prior. sunt enim arborum quaedam omnino silvestres, quaedam urbaniores, quoniam his placet nominibus distinguere. hae mites, quae fructu aut aliqua dote umbrarumque officio humanius iuvant, non improbe dicantur urbanae.

20. (33.) Harum generi non decidunt: oleae, lauro, pal- 79
10 mae, myrto, cupressis, pinis, hederae, rhododendro et, quamvis herba dicatur, sabinae. rhododendron, ut nomine apparet, a Graecis venit. alii nerium vocarunt, alii rhododaphnen, sempiternum fronde, rosae similitudine, caulibus fruticosum. iumentis caprisque et ovibus venenum est, idem homini contra ser-
15 pentium venena remedio.

21. Silvestrium generis folia non decidunt abieti, larici, 80
pinastro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, suberi, taxo, tamarici. inter utraque genera sunt andrac*h*le in Graecia et ubique unedo. reliqua enim folia decidunt is,
20 praeterquam in cacuminibus. non decidunt autem et in fruticum genere rubo, calamo. In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, 81
ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una numquam folia demittens nec ante mediam aestatem germinans. idque mirum est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri. nam
25 locorum tanta vis est ut circa Memphim Aegypti et in Elephantine Thebaidis nulli arborum decidant, ne vitibus quidem.

22. (34.) Ceterae omnes extra praedictas, etenim enu- 82
merare longum est, folia deperdunt, observatumque non arescere nisi tenuia et lata et mollia, quae vero non decidant
30 callo crassa et angusta esse. falsa definitio est non decidere his quarum pinguior sucus sit. quis enim potest in ilice intellegere? Decidere Timaeus mathematicus sole scorpionem transeunte sideris vi et quodam veneno aeris putat. cur ego non eadem causa adversum omnes polleat, iure miremur.
35 Cadunt plurimis autumno, quaedam tardius atque in hiemes 83
prorogant moras, neque interest maturius germinasse, utpote cum quaedam primae germinent et inter novissimas nudentur, ut amygdalae, fraxini, sabuci, morus autem novissima germinet,

---

1. autem fructu] *D*². *om. rv. Cf. Theophr. h. pl. 3, 3, 2.* 2. et] *ego. om. Cv.* 18. andrachle] *Salm.* andracile, *C.* 21. rubo] *ego.* cudam (cuidam, *E.*) rubo, *C.* calami, *E.* calam, *G.* 26. nullae, *E.* arborum] *d.* arbores, *r.* 35. tardius] tardius amittunt, *d.*] 37. germinent] *d.* germinant, *r.* 38. aut, *G.* haud, *E.* germinat, *Ev.*

84 cum primis folia demittat. Magna et in hoc vis soli, prius decidunt in siccis macrisque, et vetustae prius arbori, multis etiam antequam maturescat fructus, ut serotinae fico et hibernae piro et malo, granatumque est pomum tantum aspici in matre. Neque his autem quae semper retinent comas eadem 5 folia durant subnascentibus aliis. tum arescunt vetera, quod evenit circa solstitia maxime.

85 (35.) Foliorum unitas in suo cuique genere permanet,
15, 25 praeterquam populo, hederae, crotoni, quam et cici diximus vocari. 23. Populi tria genera: alba ac nigra et quae Libyca 10 appellatur minima folio ac nigerrima fungisque enascentibus
86 laudatissima. alba folio bicolor, superne candicans inferiore parte viridi. huic nigraeque et crotoni in iuventa circinatae rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt. e contrario hederae angulosa rotundantur. populorum foliis grandissima 15 lanugo evolat candida et radiata, folio numerosiore candidae fiunt villae. Folia granatis et amygdalis rubentia.

87 (36.) Mirum in primis id quod ulmo tiliaeque et oleae et populo albae et salici evenit. circumaguntur enim folia earum post solstitium, nec alio argumento certius intellegitur sidus 20
88 confectum. 24. Est et publica omnium foliorum in ipsis differentia. namque pars inferior a terra herbido viret colore, ab eadem leviora nervos callumque et articulos in superiore habent parte, incisuras vero subter, ut manus humana. Oleae superne candidiora et minus levia, item hederae. sed omnium 25 folia cotidie ad solem oscitant, inferiores partes tepefieri volentia. superior pars omnium lanuginem quantulamcumque habet, quae in aliis gentium lana est.

89 (37.) In oriente funes validos e foliis palmae fieri dictum
13, 30 est, eosque in umore utiliores esse. et apud nos vero palmis a messe decerpuntur. ex his meliora quae sese non diviserint. siccantur sub tecto quaternis diebus, mox in sole expanduntur et noctibus relicta, donec candore inarescant, postea in opera finduntur. 30

---

1. demittat] *ego*. dimittit, *Ev*. demittet, *r*. 2. vetustae] *d*. vetustate, *r*. 3. ut] D^2d. in, *r*. 3. 4. hibernae] D^2. hiberna, *E*. hiberno, *r*. 4. mala, *DG*. *dist. ego*. granatum quod, *E*. aspicit, *E*. 5. matrem, *E*. 6. durant] durant sed, *d*. 11. appellantur, *C*. 13. crotoni] *cod. Tolet*. cotoni, *d*. crotam, *G*. cotam, *D*. cota, *E*. 16. radiata] D^2. radita, *r*. 16. 17. candidae fiunt] *Ianus*. candida et ut, *C*. 26. 27. volentia] *d*. violentia, *r*. 30. vero] *ego*. fere, *d*(?)*v*. vere, *r*. 31. decerpuntur] *d*(?). decerpantur, *r*. ex his] D^2. iis, D^1. eis, *r*. sese] D^2. esse, *r*. 31. 32. diviserint] *d*. diviserit, *G*. deviserit, *D*. divisis erit, *E*.

(38.) Latissima fico, viti, platano, angusta myrto, punico, 90
oleae, capillata pino, cedro, aculeata aquifolio et ilicum generi,
— nam iuniperis spina pro folio est, — carnosa cupresso,
tamarici, crassissima alno, longa harundini, salici, palmae et
5 duplicia, circinata piro, mucronata malo, angulosa hederae,
divisa platano, insecta pectinum modo piceae, abieti, sinuosa
toto ambitu robori, spinosa cute rubo. mordacia sunt quibus- 91
dam, ut urticis, pungentia pino, piceae, abieti, larici, cedro,
aquifoliis, pediculo brevi oleae, ilici, longo vitibus, tremulo po-
10 pulis, et iisdem solis inter se crepitantia. iam et in pomo
ipso mali quodam in genere parva mediis emicant folia, in-
terim et gemina, praeterea aliis circa ramos, aliis et in cacu-
mine ramorum, robori et in caudice ipso. iam dens*a* ac rara 92
semperque lata rariora. disposita myrto, concava buxo, in-
15 ordinata pomis, plura eodem pediculo exeuntia malis pirisque,
ramulosa ulmo et cytiso. quibus adicit Cato decidua ea po-
pulea quernaque, animalibus iubens dari non perarida, bubus
quidem et ficulnea ilignaque et hederacea. dantur et ex
harundine ac lauru. decidunt sorbo universa, ceteris paulatim.
20 Et de foliis hactenus.

25. (39.) Ordo autem naturae annuus ita se habet: pri- 93
mus est conceptus flare incipiente vento favonio, ex a. d.
fere VI idus Febr. hoc maritantur vivescentia e terra, quippe
cum etiam equae in Hispania, ut diximus. hic est genitalis 8, 166
25 spiritus mundi a fovendo dictus, ut quidam existimavere. flat
ab occasu aequinoctiali ver inchoans. catlitionem rustici vocant, 94
gestiente natura semina accipere, eaque animam ferente
omnibus satis concipiunt variis diebus et pro sua quaeque
natura. alia protinus, ut animalia, tardius aliqua et diutius
30 gravida partuus gerunt, quod germinatio ideo vocatur. pariunt
vero, cum florent, flosque ille ruptis constat utriculis, sed du-
bitatio in pomo est. hoc et germinatio la*bor ar*borum.

(40.) Flos est pleni veris indicium et anni renascentis, 95
flos gaudium arborum. tunc se novas aliasque quam sunt
35 ostendunt, tunc variis colorum picturis in certamen usque
luxuriant. sed hoc negatum plerisque. non enim omnes flo-

---

2. ilicum] *d*(?). licum, *r*. 7. toto] *d*(?). tota, *r*. 9. oleae ilici] *D*². olea (oleae, *Ed*) et lici (ilici, *d*)*r*. 13. denso, *C*. 16. ea] a, *E*. 16. 17. populea] *codd. Gel.* populo a, *C*. 18. lignaque, *C*. 26. aequinoctiali] *D*². noctiali, *r*. 27. *sqq. dist. ego*. 31. ruptis] *D*². prumptis, *E*. prumtis, *r*. 31. 32. sed dubitatio] *Urlichs vind. 267*. eddubitatio, *E*. edubitatio, *D*¹*G*. educatio, *D*². 32. labor arborum] *Sillig coni.* laborum, *C*. 36. non enim] *D*². nomen in, *r*.

rent, et sunt tristes quaedam quaeque non sentiant gaudia
annorum. nam neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore ex-
hilarantur natalesve pomorum annuos versicolori nuntio pro-
mittunt, nec fici atque caprifici. protinus enim fructum pro
flore gignunt. in ficis mirabiles sunt et abortuus qui num- 5
96 quam maturescunt. Nec iuniperi florent. quidam earum duo
genera tradunt: alteram florere nec ferre, quae vero non
floreat ferre protinus bacis nascentibus quae biennio haereant.
sed id falsum, omnibusque his dura facies semper. sic et ho-
minum multis fortuna sine flore est. 10
97 (41.) Omnes autem germinant, etiam quae non florent.
magna et locorum differentia, quippe cum ex eodem genere
quae sunt in palustribus priora germinent, mox campestria,
novissima in silvis, per se autem tardius piri silvestres quam
ceterae. primo favonio cornus, proxime laurus pauloque ante 15
aequinoctium tilia, acer, inter primas vero populus, ulmus,
98 salix, alnus, nuces. festinat et platanus. cetera vere coe-
pturo, aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes,
serotino autem germine malus, tardissimo suber. Quibusdam
geminatur germinatio, nimia soli ubertate aut invitante caeli 20
voluptate, quod magis in herbis segetum evenit. in arbori-
99 bus tamen nimia germinatio elactescit. Sunt aliae naturales
quibusdam praeterque vernam, quae suis constant sideribus
18, 201 quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine, hiberna
sqq. aquilae exortu, aestiva canis ortu, tertia arcturi. has duas 25
quidam omnibus arboribus communes putant, sentiri autem
maxime in fico, vite, punicis, causam adferentes, quoniam in
Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. maxime ta-
100 men in Aegypto apparet haec ratio. Et reliquae quidem ar-
bores, ut primum coepere, continuant germinationem, robur et 30
abies et larix intermittunt tripertito ac terna germina edunt.
ideo et ter squamas corticum spargunt, quod omnibus arbori-
bus in germinatione evenit, quoniam praegnatium rumpitur
cortex. est autem prima earum incipiente vere circiter XV
diebus. iterum germinant transeunte geminos sole. sic fit 35
ut prima cacumina inpelli secundis appareat, geniculato in-

---

1. quaedam] *d. om. r.* 4. 5. pro flore] *D*². flores, *r.* 15. ceterae] *Urlichs. vind. 268.* cetera, *Cv.* 19. serotino] *d.* serotinae, *r.* 20. germinatur, *G.* nimia] *D.* minima, *r.* soli] *D*². sol, *r.* invitante] *ego.* invitantis, *D*²*Ev.* invitantes, *r.* 22. elactescit] *D*². *Cf. l. 17, 15.* elacescit, *r.* 23. quibusdam] *d.* quidam, *E.* quiddam, *r.* praeterque] *D*². paterque, *r.* vernam] *E.* vernas, *r.* 32. ter] *d.* inter, *r.* 36. secundis] *Urlichs. vind. 269.* secutis, *Cv.*

cremento. tertia est earundem a solisstitio brevissima, nec 101
diutius septenis diebus, clareque et tunc cernitur excrescentium
cacuminum articulatio. Vitis sola bis parturit, primum cum
emittit uvam, iterum cum digerit. eorum quae non florent
5 partus tantum est et maturitas. Quaedam statim in germina- 102
tione florent properantque in eo, sed tarde maturescunt, ut
vitis. serotina quaedam germinant florent maturantque celeriter,
sicuti morus quae novissima urbanarum germinat nec nisi
exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. sed cum
10 coepit, in tantum universa germinatio erumpit ut una nocte
peragatur etiam cum strepitu.

(42.) Ex his quae hieme aquila exoriente, ut diximus, 103
concipiunt floret prima omnium amygdala mense Ianuario, 99
Martio vero pomum maturat. ab ea proximae florent Arme-
15 niaca, dein tuberes. set praecoces illae peregrinae ac coa-
ctae. ordine autem naturae silvestrium primae sabucus, cui
medulla plurima, et cui nulla, cornus mascula, urbanarum
malus parvoque post, ut simul possit videri, pirus et cerasus
et prunus. sequitur laurus, illam cupressus, dein punica, 104
20 fici. et vites et oleae florentibus iam his germinant, conci-
piunt vergiliarum exortu. hoc sidus illarum est. floret autem
solstitio vitis et quae paulo serius incipit olea. deflorescunt
omnia septenis diebus non celerius, quaedam tardius, sed
nulla pluribus bis septenis, omnia et intra VIII id. Iul. ete-
25 siarum praecursu.

26. (43.) Nec statim fructus sequitur in aliquibus. cor- 105
nus enim circa solstitia reddit primo candidum, postea san-
guineum. ex eo genere femina post autumnum fert bacas
acerbas et ingustabiles cunctis animantibus, ligno quoque
30 fungosa et inutilis, cum mas e fortissimis durissimisque sit.
tanta differentia ab eodem genere fit sexu. Et terebinthus 106
messibus reddit semen et acer et fraxinus, nuces et mala et
pira praeterquam hiberna aut praecocia autumno, glandiferae
serius etiamnum, vergiliarum occasu, aesculus tantum autumno,
35 incipiente autem hieme quaedam genera mali pirique et suber.
abies floret croci colore circa solisstitium, semen reddit post

1. a] *cod. Tol.* ad, *C.* 3. bis] D^2. ab his, D^1. bhis, *r.* primum cum] *Dalec.* cum primum, *C.* 6. tarde] *om.* D^1G. ut] D^2. *om. r.* 7. germinant] *ego.* geminatu, *G.* germinatu, *r.* 11. peragatur] D^2. perageret, *E.* perager, *r.* sterritu, D^1G. 15. dein] dent in, *C. dist. ego.* ac] *E.* hac, *r.* 17. urbanorum, D^1EG. 30. fungosa] *d.* fumigoso, *E.* fumgosa, *r.* inutili, *EG.* cum] D^2. sum, *r.* durissimisque] D^2. quae, D^1. que, *r.* 31. sexu. Et] D^2. sceu et, *E.* seu. Et, *r.* 36. floret] D^2. flores, *r.*

vergiliarum occasum. pinus autem et picea praeveniunt germinatione XV fere diebus, semen vero post vergilias et ipsae reddunt.

107 (44.) Citreae et iuniperus et ilex anniferae habentur, novusque fructus in his cum annotino pendet. in maxima tamen admiratione pinus est. habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum ac deinde tertio. nec ulla arborum avidius se promittit. quo mense ex ea nux decerpitur eodem maturescit alia. sic dispensatur ut nullo non mense maturescant. quae se in arbore ipsa divisere azaniae vocantur, laeduntque ceteras nisi detrahantur.

108 (45.) Fructum arborum solae nullum ferunt, hoc est ne semen quidem, tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, ulmus Atinia, alaternus, cui folia inter ilicem et olivam. infelices autem existimantur damnataeque religione quae neque seruntur umquam neque fructum ferunt. Cremutius auctor est numquam virere arborem ex qua Phyllis se suspenderit. Quae gummim gignunt post germinationem aperiuntur, gummis non nisi fructu detracto spissatur.

109 (46.) Novellae arbores carent fructu quamdiu crescunt. perdunt facillime ante maturitatem palma, ficus, amygdala, malus, pirus, item punica, quae etiam roribus nimiis et pruinis florem amittit. qua de causa inflectunt ramos eius, ne subrecti umorem infestum excipiant atque contineant. pirus et amygdala, etiam si non pluat, sed fiat austrinum caelum aut nubilum, amittunt florem et primos fructus, si, cum de-
110 floruere, tales dies fuerint. ocissime autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperdia. secuta aetas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. sed in hoc quoque providens natura facile nascenti et depacto surculo incuriosius semen dedit. una tamen proditur ad maturitatem perferre solita in Creta insula ipso descensu Iovis speluncae torvum ligneumque magnitudine ciceris.

111 (47.) Fiunt vero quaedam loci vitio infructuosa, sicut in

---

2. vere] *d.* vero, *r.* 8. quo mense] *d.* quod mense, D^2. qm̄ se, D^1. quo̅ se, *G.* quo̅ si, *E.* 10. nulla, *EG.* maturescant] *d.* maturescunt, *r.* 14. tamaris, D^2. tamari, *r.* nascens] nascens Nec semen tantum, D^2. 16. quae] *d. om. r.* 19. aperiunt, *C.* 30. frugiperdia] D^2. frugifer die, *r.* 35. descensu] *d.* descenso, *r.* torvum] torum, *E.* dorum, *r.*

Paro silva Cende quae nihil fert. Persicae arbores in Rhodo florent tantum. Fit haec differentia et sexu, ut in iis quae mares non ferunt. aliqui hoc permutant et mares esse quae ferant tradunt. facit et densitas sterilitatem.

5 (48.) Gignentium autem quaedam et lateribus ramorum 112
et cacuminibus ferunt, ut pirus, punica, ficus, myrtus. cetero eadem natura quae frugibus. namque et in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus. palma sola, ut dictum 13,30
est, in spathis habet fructum, racemis propendentem.

10 (49.) Reliquis sub folio pomum, ut protegatur, excepta 113
fico, cui folium maximum umbrosissimumque, et ideo supra id pomum. eidem uni serius folium nascitur quam pomum. insigne proditur in quodam genere Ciliciae, Cypri, Helladis, ficos sub folio, grossos vero post folium nasci. Ficus et
15 praecoces habet quas Athenis prodromos vocant, in Laconico genere maxime. sunt et biferae in isdem.

27. (50.) In Coo insula caprifici triferae sunt. primo fetu 114
sequens evocatur, sequenti tertius. hoc fici caprificantur. et caprifici autem ab adversis foliis nascuntur. Biferae et in
20 malis ac piris quaedam, sicut et praecoces. malus silvestris bifera. sequens eius fructus post arcturum, in apricis maxime. Vites quidem et triferae sunt, quas ob id insanas vocant, 115
quoniam in his alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. M. Varro auctor est vitem fuisse Zmyrnae apud Matroon tri-
25 feram et malum in agro Consentino. hoc autem evenit perpetuo in Venesi Africae agro, de quo plura alias. ea est soli 18,188
fertilitas. Trifera est et cupressus. namque bacae eius colliguntur mense Ianuario et Maio et Septembri, ternasque earum gerit magnitudinis. Est vero et in ipsis arboribus etiam 116
30 onustis peculiaris differentia. summa sui parte fertiliores arbutus, quercus, inferiore iuglandis, fici mariscae. omnis quo magis senescunt hoc maturius ferunt, et in apricis locis nec pingui terra. silvestriora omnia tardiora. quaedam ex his

---

1. cendae, *E*. caedua, *codd. Barb. v.* 2. et] *D*². *om. E*(?) e, *r*. exu, *E*. ut] *D*². ic, *r*. 3. permutant et] *D*². permutantes, *E*. permutante, *r*. 6. ut] *D*². et, *r*. 7. natura] *D*². matura, *r*. 11. umbrissimumque, *D*²*EG*. 12. eidem uni] *D*². ei demum, *r*. 16. biferae] *d*. bifere, *D*². ibi fere, *r*. 17. Coo] *ego*. coho, *D*². caeco, *D*¹. oaeco, *G*. ceo, *E*. Cea, *v*. fetu] *d*. fetus, *r*. 21. fructus] *D*². fructum, *r*. 22. insanas] *d*. infrabsanas, *E*¹. infra sanas, *r*. 24. smyrnae, *E*. myrnae, *r*. Matroon] *ego*. matrean, *D*²*G*. matrem an, *r*. 25. consentino] *d*. consentina, *r*. 26. venesi] *C*. Tacapensi, *v*. *coll. l. 18, 188.* 29. generit, *D*¹*G*.

omnino nec maturescunt. item quae subarantur aut quae ablaqueantur celeriora neglectis. haec et fertiliora.

117 (51.) *Est* etiamnum aetatis differentia. amygdala enim et pirus in senecta fertilissimae ut et glandiferae et quoddam genus ficorum, ceterae in iuventa, tardiusque maturantes, 5 quod maxime notatur in vitibus. vetustioribus enim vinum melius, novellis copiosius. celerrime vero senescit et in senecta deteriorem fructum gignit malus. namque et minora poma proveniunt et vermiculis obnoxia. quin et in ipsa ar-
118 bore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum fetu matu- 10 ritatis causa medicatur, iam quidem ex portentis, quoniam maiora sunt pretia praeposteris. Omnia autem celerius senescunt praefecunda. quin et protinus moriuntur aliqua caelo fecunditatem omnem eblandito, quod maxime vitibus evenit.
119 28. Contra morus tardissime senescit, fructu minime labo- 15 rans, tarde et ea quorum crispa materies, ut palma, acer, populus. 29. Et subarata ocius senescunt, silvestria autem tardissime. atque in totum omnis cura fertilitatem adicit, fertilitas senectam. ideo et praeflorent *t*alia et praegerminant, tota praecocia fiunt, quoniam omnis infirmitas caelo magis 20 oboedit.

120 (52.) Multae plura gignunt, ut diximus in glandiferis,
26 sqq. inter qua*s* laurus uvas suas, maximeque sterilis quae non gignit aliud. ob id a quibusdam mas existimatur. ferunt et abellanae iulos conpactili callo, ad nihil utilis, 30. plu- 25 rima vero buxus, nam et semen suum et granum quod *c*rataegum vocant, et a septentrione viscum, a meridie hyphear,
245 de quis plura mox paulo. interdumque pariter res quaternas habent.

121 (53.) Arbores quaedam simplices, quibus a radice cau- 30 dex unus et rami frequentes, ut olivae, fico, viti. quaedam fruticosi generis, ut paliurus, myrtus, item nux abellana, quin immo melior et copiosior fructu in plures dispersa ramos. hi quibusdam omnino null*i*, ut in suo genere bux*o*, loto trans-
122 marinae. quaedam bifurcae atque etiam in quinas partes 35 diffusae, quaedam dividuae nec ramosae, ut sabuci, quaedam

---

2. haec] D^2. bacae, *r*. 3. Est] A, *DG*, *om. E*. 5. cetera in, *d*. cetera eius, *r*. 9. in] *d. om. r*. 11. medicatur] D^2. meditatur, *r*. 16. ea] D^2. *om. E*. a, *r*. 19. talia] *Barb*. alia, D^2E. ealia, *r*. 20. tota] *E*. totum, *r*. 21. oboedit] D^2. oboccidit, *r*. 23. quas] quae *D*. que, *r*. 26. buxus] *E*. buxeis, D^2. buxiis, *r*. 26. 27. grataegum, *C*. 33. hi] in, *E*. 34. nulli] *ego*. nullum, *C*. buxi, *C*.

individuae, ramosae, ut piceae. quibusdam ramorum ordo, sicut piceae, abieti, alias inconditus, ut robori, malo, piro. et abieti quidem subrecta divisura ramique in caelum tendentes, non in latera proni. mirum, cacuminibus eorum decisis 123
5 moritur, totis vero detruncatis durat. et si infra quam rami fuere praecidatur, quod superest vivit, si vero cacumen tantum auferatur, tota moritur. alia ab radice bracchiata, ut ulmus, alia in cacumine ramosa, ut pinus, faba Graeca, quam Romae a suavitate fructuus, silvestris quidem, sed cerasorum paene
10 natura, loton appellant. praecipue domibus expetitur ramorum 124 petulantia brevi caudice latissima expatiantium umbra et in vicinas domos saepe transilientium. nulla opacitas brevior, nec auferunt solem hieme decidentibus foliis. nullis cortex iucundior aut oculos excipiens blandius, nullis rami longiores
15 validioresque aut plures, ut dixisse totidem arbores liceat. cortice pelles tingunt, radice lanas. malis proprium genus. ferarum enim rostra reddunt adhaerentibus uni maximo minoribus.

(54.) Ramorum aliqui caeci, qui non germinant, quod 125
20 natura fit, si non evaluere, aut poena, cum deputatos cicatrix hebetavit. quae dividuis in ramo natura est haec viti in oculo, harundini in geniculo. omnium terrae proxima crassiora. in longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus et si qua unistirpia. ramosarum cerasus etiam
25 in XL cubitorum trabes aequali per totam duum cubitorum crassitudine reperitur. quaedam statim in ramos sparguntur, ut mali.

31. (55.) Cortex aliis tenuis, ut lauro, tiliae, aliis cras- 126
sus, ut robori, aliis levis, ut malo, fico, idem scaber robori,
30 palmae, omnibus in senecta rugosior. quibusdam rumpitur sponte, ut viti, quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni, carnosus suberi, populo, membranaceus viti, harundini, libris similis ceraso, multiplex tunicis vitibus, tiliae, abieti, quibusdam simplex, ut fico, harundini.

35 (56.) Magna et radicum differentia: copiosae fico, ro- 127
bori, platano, breves et angustae malo, singulares abieti, larici. singulis enim innituntur, quamquam minutis in latera dispersis. crassiores lauro et inaequales, item oleae, cui et

---

2. piceae] *D*². piseae, *r*. aliis, *G*. 9. a] ac, *DG*. 12. nulli, *E*. 14. rami] *d*. ramis, *r*. 15. arbores] *d*. arbore, *r*. 21. ramo] *d*. roma, *r*. 24. ulmus] *d*. ulmis, *r*. 32. viti] *Ianus*. ut viti, *C*. 33. vitibus] *Sillig. coni*. ut vitibus, *C*. 37. innituntur] *d*. innitentur, *r*.

ramosae. at robori carnosae. robora suas in profundum
agunt. si Vergilio quidem credimus, aesculus quantum cor-
128 pore eminet tantum radice descendit. oleae malisque et
cupressis, per summa caespitum, aliis recto meatu, ut lauro,
oleae, aliis flexuoso, ut fico. minutis haec capillamentis hirsuta 5
et abies multaeque silvestrium e quibus montani praetenuia
fila decerpentes spectabilis lagoenas et alia vasa nectunt. Qui-
129 dam non altius descendere radices quam solis calor tepefaciat
idque natura loci tenuioris crassive dixere, quod falsum ar-
bitror. apud auctores certe invenitur, abietis planta cum 10
transferretur, octo cubitorum in altitudine nec totam refossam,
sed abruptam. maxima spatio atque plenitudine citri est, ab
130 ea platani, roboris et glandiferarum. Quarundam radix viva-
cior superficie, ut laurus. itaque cum trunco inaruit, recisa
etiam laetius fruticat. Quidam brevitate radicum celerius 15
senescere arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices
longissimae et senectus ocissima. Falsum arbitror et quod
aliqui prodidere, radices arborum vetustate minui. visa enim
est annosa quercus eversa tempestatis vi iugerum soli am-
plexa. 20
131 (57.) Prostratas restitui plerumque et quadam terrae
cicatrice vivescere volgare est. familiarissimum hoc platanis,
quae plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ra-
morum, quibus amputatis levato onere in suo scrobe repo-
nuntur. factumque iam est hoc et in iuglandibus oleisque ac 25
132 multis aliis. 32. Est in exemplis et sine tempestate ullave
causa alia quam prodigi cecidisse multas ac sua sponte resur-
rexisse. factum hoc populi Romani Quiritibus ostentum Cim-
bricis bellis Nuceriae in luco Iunonis ulmo, postquam etiam
cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procum- 30
bebat, restituta sponte ita ut protinus floreret, a quo deinde
tempore maiestas p. R. resurrexit quae ante vastata cladibus
133 fuerat. memoratur hoc idem factum et in Philippis salice
procidua atque detruncata, et Stagiris in museo populo alba,
omnia fausti ominis. sed maxime mirum, Antandri platanus 35
etiam circumdolatis lateribus restibilis sponte facta vitaeque
reddita longitudine XV cubitorum, crassitudine quattuor ulnarum.
134 (58.) Arbores quas naturae debeamus tribus modis na-

---

9. tenuioris] D^2. tenuiores, *r*. crassive] D^2. gravissime, *E*. gravis sive, *r*. 12. citri] *ego*. et citri, *Cv*. 14. lauri, *E*. 18. aliqui] D^2. aliqui ut, *r*. minui. visa] D^2G. mindivisa, *E*. ///// visa, D^1. 30. amputatum] *d*. amputamentatum *r*. 32. p. r.] D^2. py, *r*.

scuntur, sponte aut semine aut ab radice. cura numerosior extitit, de qua suo dicemus volumine. nunc enim totus sermo 17, 58
de natura est multis modis mirisque memorabili. namque non omnia in omnibus locis nasci docuimus, nec tralata vivere. 12, 51
5 hoc alias fastidio, alias contumacia, saepius inbecillitate eorum quae transferantur evenit, alias caelo invidente, alias solo repugnante.

(59.) Fastidit balsamum alibi nasci, nata Assyria malus 135
alibi ferre, nec non et palma ubique nasci aut nata parere
10 vel, cum promisit etiam ostenditque, educare, tamquam invita pepererit. non habet vires frutex cinnami in Syriae vicina perveniendi. non ferunt amomi nardique deliciae, ne in Arabiam quidem, ex India et nave peregrinari. temptavit enim Seleucus rex. Illud maxime mirum, ipsas plerumque arbores 136
15 exorari ut vivant atque tramigrent, aliquando et a solo impetrari ut alienas alat advenasque nutriat, caelum nullo modo flecti. vivit in Italia piperis arbor, casiae vero etiam in septentrionali plaga, vixit in Lydia turis, sed unde sorbentes sucum omnem ex his solis coquentesve lacrimam? illud 137
20 proxime mirum, mutari naturam in isdem locis atque pro indiviso valere. cedrum aestuosis partibus dederat, et in Lyciis Phrygiisque montibus nascitur. frigus inimicum lauro fecerat, sed in Olympo copiosior nulla est. circa Bosporum Cimmerium in Panticapaeo urbe omni modo laboravit Mithridates rex
25 et ceteri incolae sacrorum certe causa laurum myrtumque habere non contigit, cum teporis arbores abundent ibi, punicae ficique, iam mali et piri laudatissimae. frigidas eodem 138
tractu non genuit arbores, pinum, abietem, piceam. et quid attinet in Pontum abire? iuxta Romam ipsam castaneae ce-
30 rasique aegre proveniunt, persica in Tusculano, iam nuces Graecae cum taedio inseruntur Tarracina silvis scatente earum.

33. (60.) Cupressus advena et difficillime nascentium 139
fuit, ut de qua verbosius saepiusque quam de omnibus aliis
35 prodiderit Cato, satu morosa, fructu supervacua, bacis torva, folio amara, odore violenta ac ne umbra quidem gratiosa, ma-

---

5. hoc alias] *cod. Tol.* haec alias, *d.* hoc aliàque, *r.* 6. caelo—alias] *E. om. r.* 8. nata Assyria] *Hard.* natura nisi in syria, *E.* Natura syria, *r.* 12. 13. Arabiam] *Ianus.* arabia, *C.* 13. peregrinavit, *E.* perigrinavit, *r.* 18. scorbentes, D^1EG. 19. iis, D^1G. 20. 21. pro indiviso] inproviso, *E.* 26. temporis, *C.* 30. iam] *ego.* nam, *E.* non, *r.* 35. satu morosa] *ego.* sato murosa, D^2. yato murosa (morosa, *E*)*r.*

terie rara, ut paene fruticosi generis, Diti sacra et ideo fune-
140 bri signo ad domos posita. femina sterilis. diu metae demum aspectu non repudiata distinguendis tantum *vinearum* ordinibus, nunc vero tonsilis facta in densitate parietum coercitaque gracilitate perpetuo tenera trahitur etiam in picturas operis 5 *topiarii*, venatus classesve et imagines rerum tenui folio brevi-
141 que et virente semper vestiens. Duo genera earum: meta in fastigium convoluta, quae et femina appellatur. mas spargit extra se ramos deputaturque et accipit vitem. utraque autem immittitur in perticas asseresve amputatione ramorum, qui XIII 10 anno denariis singulis venierunt, quaestuosissima in satus ratione silva, vulgoque dotem filiae antiqui plantaria *ea* appellabant. Huic patria insula Creta, quamquam Cato Tarentinam eam appellat, credo, quod primum eo venerit. et in Aenaria
142 succisa regerminat. sed in Creta quocumque in loco terram 15 moverit quispiam, *vi* naturali haec gignitur protinusque emicat, illa vero etiam non appellato solo ac sponte maximeque in Idaeis montibus et quos Albos vocant summisque in his, unde numquam nives absunt, plurima, quod miremur, alibi non nisi in tepore proveniens et *nivem* magno opere fastidiens. 20

143 (61.) Nec terrae tantum natura circa *has* refert aut perpetua caeli, verum et quaedam temporaria vis imbrium. aquae plerumque semina adferunt, et certe fluunt genere aliquando etiam incognito, quod accidit Cyrenaicae regioni, cum
19, 41 primum ibi laserpicium natum est, *ut* in herbarum natura di- 25 cemus. nata est et silva urbi ei proxima imbre piceo crassoque.

144 34. (62.) Hedera iam dicitur in Asia nasci. circiter urbis Romae annum CCCCXXXX negaverat Theophrastus, nec *in* India nisi in monte Mero, quin et Harpalum omni 30 modo laborasse ut sereret eam in Medis frustra, Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India redisse

---

1. fruticosi] *d.* fruticosis, *r.* 2. *dist. Urlichs vind. 275.* 3. vinearum] *Pint.* pinorum, *Cv.* 5. tenera] *E.* terra, *D*². tera, *D*¹. tere, *G.* pictura, *DG.* 6. topiarii] *Pint.* toriarii, *G.* toriari, *D.* toriarum, *E.* 11. venierunt] *D*². venerunt, *r.* 12. filiae] *d.* filia, *r.* plantaria ea] *Sillig. coni.* plantariae, *C.* 13. quamquam] *codd. det.* quam, *C.* 14. aenaria] *D*¹*G.* arenaria, *E.* ea, *D*². 16. vi naturali] nisi naturalia, *C.* emigrat, *C.* 17. ac sponte] *E.* ae sponso, *r.* 20. nivem] *Urlichs vind. 276.* nutricem, *Cv.* 21. hos, *C.* 22. imbres, *DG.* 23. aquae] *d*(?). aliquae, *E.* alique, *r.* 25. ut] *om. C.* 28. 29. *Verba* circiter — CCCCXXX *C ante v.* Hedera *ponunt, transp. Urlichs vind. 277 correcto numero.* 30. in] *om. C.* 31. mediis, *D*¹*EG.* 32. victore, *DG.*

exemplo Liberi patris, cuius dei et nunc adornat thyrsos galeasque etiam ac scuta in Thraciae populis sollemnibus sacris, inimica arbori*bus* satisque omnibus, sepulchra, muros rumpens, serpentium frigori gratissima, ut mirum sit ullum honorem
5 habitum ei. Duo genera prima ut reliquarum, mas atque 145
femina. maior traditur mas et corpore et folio, duriore etiam ac pinguiore, set flore ad purpuram accedente. utriusque autem similis est rosae silvestri, nisi quod caret odore. species horum generum tres. est enim candida aut nigra hedera
10 tertiaque quae vocatur helix. Etiamnum hae species dividuntur 146
in alias, quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia et folio. fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus et grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi, idem Silenici cum est minor acinus, sparsior racemus.
15 simili modo in nigra. alicui et semen nigrum, alii crocatum, 147
cuius coronis poetae utuntur, foliis minus nigris, quam quidam Nysiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. quidam apud Graecos etiamnum duo genera huius faciunt a colore acinorum, erythranum et chrysocarpum. Plurumas autem 148
20 habet differentias helix, quoniam folio maxime distat. parva sunt et angulosa concinnioraque, cum reliquorum generum simplicia sint. distat et longitudine internodiorum, praecipue tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. quidam hoc aetatis esse, non generis existimant, primoque helicem esse,
25 fieri hederam vetustate. horum error manifestus intellegitur, 149
quoniam helicis plura genera reperiuntur, sed tria maxime insignia: herbacea ac virens quae plurima est, altera candido folio, tertia versicolori, quae Thracia vocatur. etiamnum herbaceae tenuiora folia et in ordinem digesta densioraque. in
30 alio genere diversa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus 150
foliis et similiter ordinatis densioribusque est, alteri generi neglecta haec omnia. maiora quoque aut minora sunt folia macularumque habitu distant, et in candidis alia sunt candidiora. adulescit in longitudinem maxime herbacea. arbores 151
35 autem necat candida omnemque sucum auferendo tanta crassitudine augetur ut ipsa arbor fiat. signa eius folia maxima atque latissima, mammas erigentis quae sunt ceteris inflexae,

---

3. arboribus] *Sillig. coni.* arboris, *DG.* arbori, *E.* 5. ei] D^2. e///, D^1. ē, *G. om. E.* 7. pinguiore, set] D^2. pinguiore et, *E.* pinguiorem et, *r.* 10. quae] *om. DG.* haec, D^1EG. 14. item, *Ev.* 20. habent, *C.* 22. sunt, *DG.* 24. primoque] *d.* primo qui, *r.* 33. distat, *DG.* alia] *d.* alii, *r.* 35. necat] *d.* nec ad, *r.* 37. latissime, *G.* erigentis] *d.* erigentes, *r.*

racemi stantes ac subrecti. et quamquam omnium hederaru
generi radicosa bracchia, huic tamen maxime ramosa ac ro-
152 busta, ab ea nigrae. sed proprium albae quod inter media
folia emittit bracchia utrimque semper amplectens, hoc et in
muris, quamvis ambire non possit. itaque etiam pluribus locis 5
intercisa vivit tamen duratque, et totidem initia radicum habet
quot bracchia, quibus incolumis et solida arbores sugit ac
strangulat. est in fructu differentia albae nigraeque hederae,
quoniam ali*qui*s tanta amaritudo acini ut aves non attingant.
Est et rigens hedera quae sine adminiculo stat sola omnium 1(
generum, ob id vocata or*th*ocissos, e diverso numquam nisi
humi repens chamaecissos.

153 35. (63.) Similis est hederae e Cilicia quidem primum
profecta sed in Graecia frequentior quam vocant smilacem,
densis geniculata caulibus, spinosis frutectosa ramis, folio 1!
hederaceo, parvo, non anguloso, a pediculo emittente pam-
154 pinos, flore candido, olente lilium. fert racemos labruscae
modo, non hederae, colore rubro, conplexa acinis maioribus
nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durosque, infausta
omnibus sacris et coronis, quoniam sit lugubris virgine eius 2(
nominis propter amorem iuvenis Croci mutata in hunc fruti-
155 cem. id volgus ignorans plerumque festa sua polluit he-
deram existimando sicut in poetis aut Libero patre aut Sileno,
qui quis om*ni*no nescit quibus coronentur? E smilace fiunt
codicilli, propriumque materiae est ut admota auribus lenem 2!
sonum reddat. hederae mira proditur natura ad experienda
vina, si vas fiat e ligno eius, vina transfluere ac remanere
aquam, si qua fuerit mixta.

156 36. (64.) Inter ea quae frigidis gaudent et aquaticos
frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt ha- 3(
rundines belli pacisque experimentis necessariae atque etiam
deliciis gratae. tegulo earum domus suas septentrionales po-
populi operiunt, durantque aevis tecta talia. et in reliquo vero
157 orbe et camaras levissime suspendunt. chart*i*sque serviunt

---

1. racemis, *C.* quamquam] *d.* quamque, *r.* 4. utrimque] *d* utrumque, *r.* 5. muris] D^2. mures, *r.* 9. aliquis] *Urlichs vind.* 279. aliis, *Cv.* 11. orthocissos] *Pontedera antiquit. p.* 528. oriocissos, D^2. cissos, *r.* 13. similes] *d.* simile, *r.* hederae e] hedereae, E^1. ederae, *G.* hederae, *r.* 14. profecta] *d.* profecto, *r.* graecia] *E.* traccia, *r.* 15. folia, D^1EG. 16. rediculo, D^1G. reticulo, *E.* 19. ternos] D^2. inter nos, D^1. unt nos, *G.* undenos, *E.* 24. qui] *Sillig. coni. om. C.* quis omnino] qui somno, *C.* 29. gaudent et] D^2. gaudentes, *r.* 33. talia] D^2. alta, *r.* 34. chartisque] trhacisque, *D.* thracisque, *r.*

calami, Aegypti maxime cognatione quadam papyri. probatiores tamen *C*nidi et qui in Asia circa Anaeticum lacum nascuntur. nostratibus fungosior subest natura, cartilagine bibula, quae cavo corpore intus, superne tenui inarescit
5 ligno, fissilis praeacuta semper acie. geniculata cetero gra- 158
cilitas nodisque distincta, leni fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculae coma, neque hac supervacua. aut enim pro pluma strata cauponarum replet aut, ubi limosiore induruit callo sicut in Belgis, contusa et interiecta navium commis-
10 suris feruminat textus glutino tenacior rimisque explendis fidelior pice.

(65.) Calamis orientis populi bella conficiunt, calamis 159
spicula addunt inrevocabili hamo noxia et mortem adcelerant pinna addita calamis, fitque et ex ipso telum aliud fracto in
15 vulneribus. his armis solem ipsum obumbra*nt*. propter hoc maxime serenos dies optant, odere ventos et imbres, qui inter illos pacem esse cogunt. ac si quis Aethiopas, Aegy- 160
ptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes et orientis omniaque Parthorum regna diligentius conputet,
20 aequa ferme pars hominum in toto mundo calamis superata degit. Praecipuus hic usus in Creta bellatores suos nobili- 161
tavit. sed in hoc quoque, ut ceteris in rebus, vicit Italia, quando nullus sagittis aptior calamus quam in Rheno Bononiensi amne, cui plurima inest medulla pondusque volucre
25 et contra flatuus quoque pervicax libra. quippe non eadem gratia Bel*g*icis. haec et Creticis commendatio, *om*nibus quamquam praeferuntur Indici quorum alia quibusdam videtur natura, quando et hastarum vicem praebent additis cuspidibus. Harundini quidem Indicae arborea amplitudo, quales 162
30 vulgo in templis videmus. differre maris ac feminas in his quoque Indi tradunt. spissius mari corpus, feminae capacius. navigiorumque etiam vicem praestant, si credimus, singula internodia. circa Acesinen amnem maxime nascitur. Harundo omnis ex una stirpe numerosa, atque etiam recisa 163
35 fecundius resurgit. radix natura vivax, geniculata et ipsa. folia Indicis tantum brevia, omnibus vero a nodo orsa conplexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque a medio

---

2. gnidi, *C*. 8. pro] *d. om. r.* plurima, D^2. 10. primisque, D^1EG. 13. noxia et] D^2. noxiae, *r*. 15. obumbrat, *C*. 17. quis] *d.* quid, *r*. 21. usus] D^2. visus, *r*. 21. 22. nobilitavit] D^2. praecipitavit, *r*. 26. bellicis, *C*. commendatio, omnibus] *Sillig. coni.* commendatio, D^2. commendationibus, *r*. 29. arborum, D^2. 36. 37. conplexu] D^2. con (cum, *E*) conplexo, *r*.

internodio cum plurimum desinunt vestire procumbuntque. latera harundini calamoque in rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum a dextera fiat, alterum superiore geniculo ab laeva per vices. inde exeunt aliquando rami qui sunt calami tenues. 5

164 (66.) Plura autem genera. alia spissior densiorque geniculis, brevibus internodiis, alia rarior maioribus, tenuiorque et ipsa. calamus vero alius totus concavus, quem vocant syringian, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenio et nodi continuo foramine pervii, 10
165 quem auleticon vocant. hic tibiis utilior, fistulis ille. Est alius crassiore ligno et tenui foramine. hunc totum fungosa replet medulla. alius brevior, alius procerior, exilior crassiorque. fruticosissimus, qui vocatur donax, non nisi in aquaticis natus, quoniam et haec differentia est multum prae- 15
166 lata harundine quae in siccis proveniat. Suum genus sagit-
161 tario calamo, ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequiumque quo libeat flecti calefacto. Differentias faciunt et folia non *modo* multitudine, verum et colore. varia Laconicis et ab ima parte densiora, quales in totum circa stagna 20 gigni putant dissimiles amnicis, longisque vestiri foliis spatiosius
167 a nodo scandente complexu. Est et obliqua harundo, non in excelsitatem nascens, sed iuxta terram fruticis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. vocatur a quibusdam ele*t*ia. Est et in Italia adarca nomine palustris ex cor- 25 tice tantum sub ipsa coma nascens, utilissima dentibus,
168 quoniam vis eadem est quae sinapi. De Orchomenii lacus harundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. characian vocabant crassiorem firmioremque, ploci*m*on vero subtiliorem, hanc in insulis fluvitantibus natam, illa*m* in ripis exspatiantis 30
169 lacus. tertia est harundo tibialis calami, quem auleticon dicebant. nono hic anno nascebatur. nam et lacus incrementa hoc temporis spatio servabat, prodigiosus, si quando amplitudinem biennio extendisset, quod notatum apud Chaeroniam in-

---

3. ut] *d. om. r.* a] *Sillig.* ad, *C.* 10. nodi] D^2. *om. r.* pervii] *ego.* perui//t, D^1. perui//s, D^2. peruit, *G.* perum, *E.* 13. repleet, D^2. repleeti, D^1. repleti, *r.* procerior] procerior et tenui foramine, D^2. 15. natis] D^1EG. 16. provenit, *d.* preveniat, *G.* praeveniat, *r.* 19. modo] *Ianus. om. Cv.* varia] *Pint.* valida, *C.* 24. temeritate, D^1EG. 25. iletia, *Urlichs vind. 281 ex Theophr. h. pl. 4, 11, 13.* elegia, *Cv.* 26. *V.* nascens *transp. Urlichs ib. 282. C. ante v.* adarca *ponunt.* utilissime, *DG.* 27. orcomeni flacus, *DG.* orchomenii flaccus, *E.* 29. plocimon] *Urlichs vind. 283.* plocian *Cv.* 30. illas, *C.*

fausto Atheniensium proelio. Est *pro*pe Lebadia** vocatur influente Cephiso. cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem. vocabantur zeugitae. contra bombyciae maturius reciproco graciles, feminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine aut omnino nulla spadonum nomine insignis. Hinc erant arma- 170
menta ad inclutos cantus, non silendo et reliquo curae miraculo, ut venia sit argento iam potius cani. caedi solebant tempestivae usque ad Antigeniden tibicinem, cum adhuc simplici musica uterentur, sub arcturo. sic praeparatae aliquot post annos utiles esse incipiebant, tunc quoque multa do- 171
mandae exercitatione et canere tibiae ipsae docendae, comprimentibus se linguis, quod erat illis theatrorum moribus utilius. postquam varietas accessit et cantus quoque luxuria, caedi ante solstitia coeptae et fieri utiles in trimatu, apertioribus earum lingulis ad flectendos sonos, quae inde sunt et hodie. sed tum ex sua quamque tantum harundine congruere 172
persuasum erat, et eam quae radicem antecesserat laevae tibiae convenire, quae cacumen dexterae, inmensum quantum praelatis quas ipse Cephisus abluisset. nunc sacrificae Tuscorum e buxo, ludicrae vero e loto ossibusque asininis et argento fiunt. Aucupatoria harundo a Panhormo laudatissima, piscatoria Abaritana ex Africa.

(67.) Harundinis Italiae usus ad vineas maxime. Cato 173
seri eam iubet in umidis agris bipalio subacto prius solo, oculis dispositis intervallo ternorum pedum, simul et corrudam, unde aspar*a*gi fiant — concordare amicitiam —, 37. salicis vero circa, qua nulla aquaticarum utilior, licet populi vitibus placeant et Caecuba educent, licet alni saepibus muniant contraque erumpentium amnium impetus riparum muro in tutela ruris excubent in aqua satae densius caesaeque innumero herede prosint.

(68.) Salicis a*ut*em plura genera. namque et in pro- 174
ceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas parit*er*que

---

1. praelio, D^2. *om. r.* Est prope] *ego.* et saepe, *E.* Est aepe, *r.* lebaida, *E.* laebaida, *r.* *Lac. Ianus significavit.* 6. insignis] D^2. insigni//, D^1. insignibus, *r.* 7. inclytos, D^2. inclusos, *r.* 12. docendae] *d.* educendae, *r.* 13. linguis] D^2. liguris, *r.* 14. luxuria] luxuriantes, *E.* 15. antes, *DG.* solstitia] D^2. stultitia, *r.* 16. lingulis] *Bodaeus.* ligulis, *d.* ungulis, *r.* 20. 21. tuscorum] *d.* turquorum *E.* tusquorum, *r.* 27. aspargi, D^2. aspergit, *E.* aspargit, *r.* 28. salicis] *d.* silicis, *r.* 29. alny (alnis, *E*) saepibus, D^1EG. alnis epirus, D^2. 31. densius caesaeque] *Urlichs vind. 285.* caesaeque densius *Cv.* 33. autem] *Urlichs l. l.* statim, *Cv.* 34. pariterque] *ego.* pariuntque,

balteo corticis vincula, et aliae virgas sequacis ad vincturas lentitiae, alias praetenuis viminibus texendis spectabili subtilitate, rursus aliae firmiores corbibus ac plurimae agricolarum supellectili, candidiores ablato cortice levique tractatu molliori-
bus vasis, quae sine corio fiant, atque eodem etiam supinarum 5
175 in delicias cathedrarum aptissimae. Caedua salici fertilitas densiorque tonsura ex brevi pugno verius quam ramo, non, ut remur, in novissimis curanda arbore. nullius quippe tutior reditus est minorisve inpendi aut tempestatium securior.

176 (69.) Tertium locum ei in aestimatione ruris Cato adtri- 10
buit prioremque quam olivetis quamque frumento aut pratis, nec quia desint alia vincula. siquidem et genistae et populi et ulmi et sanguinei frutices et betullae et harundo fissa et harundinum folia, ut in Liguria, et vitis ipsa recisisque aculeis rubi alligant et intorta corylus — mirumque contuso ligno 15
alicui maiores ad vincula esse vires —, salici tamen prae-
177 cipua dos. Finditur Graeca rubens, candidior Amerina sed paulo fragilior ideo solido ligat nexu. in Asia tria genera observant: nigram utiliorem viminibus, candidam agricolarum usibus, tertiam quae brevissima est helicem vocant. apud nos 20
quoque multi totidem generibus nomina inponunt, viminalem vocant eandemque purpuream, alteram nitelinam a colore quae sit tenuior, tertiam Gallicam quae tenuissima.

178 (70.) Nec in fruticum nec in veprium cauliumve neque in herbarum aut alio ullo quam suo genere numerentur iure 25
scirpi fragiles palustresque et tegulum tegetesque, e quibus detracto cortice candelae luminibus et funeribus serviunt. Firmior quibusdam in locis eorum rigor. namque iis velificant non in Pado tantum nautici, verum et in mari piscator Africus praepostero more velum intra malos suspendens, et 30
mapalia sua Mauri tegunt, proximeque aestimanti hoc videantur esse quod in interiore parte mundi papyrum.

179 (71.) Sui sed frutectosi generis sunt inter aquaticas et rubi atque sabuci fungosi generis, aliter tamen quam ferulae, quippe plus ligni est utique sabuco, ex qua magis canorum 35
bucinam tubamque credit pastor ibi caesa ubi gallorum can-

---

dv. raritque, *r.* 2. letitiae, *E.* laetitiae, *r.* praetenuae, *DG.* 4. tractat ut, *D*[1]*G.* tractatu ut, *E.* 4. 5. melio.... ribus, *E.* molioribus, *r.* 5. sine] *Salm.* ut ne, *C.* atque eodem] *Urlichs l. l.* eodem atque, *Cv.* 6. caeduas, *D*[1]*G.* cceduas, *E.* 22. colore] *d.* calore, *r.* 26. scirpis, *C.* 28. earum, *C.* 30. velum] *D*[2]. vela, *E*(?)*v.* leva, *G. in D*[1]. *ras.* 31. aestimanti] *d.* aestimati, *r.* videatur, *DG.* 33. Sui] usui, *C.* 35. ligni est] *D*[2]. lignit, *E.* lignist, *r.* canorum, *C.* 36. caesae, *d.* causae, *r.*

tum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt et alio genere 180
similitudinem rosae qui vocatur cynosbatos. tertium genus
Idaeum vocant Graeci a loco, teneriori*bus* quam cetera mi-
noribusque spinis et minus aduncis. flos eius contra lippitu-
5 dines inlinitur, ex melle et igni sacro. contra stomachi quoque
vitia bibitur ex aqua. Sabuci acinos habent nigros atque par-
vos umoris lenti, inficiendo maxime capillos, qui et ipsi aqua
decocti manduntur.

38. (72.) Umor et cortici arborum est, qui sanguis 181
10 earum intellegi debet, non idem omnibus: ficis lactens —
huic ad caseos figurandos coaguli vis —, cerasis cummino-
sus, ulmis salivosus, lentus ac pinguis, malis, vitibus, piris
aquosus. vivaciora quibus lentior. atque in totum corpori
arborum ut reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nervi,
15 venae, ossa, medullae. pro cute cortex. mirum, is in moro 182
medicis sucum quaerentibus vere hora diei secunda lapide
incussus manat, altius fractus siccus videtur. proximi pleris-
que adipes. hi vocantur a colore alburnum, mollis ac pessima
pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia,
20 quare semper amputabitur. subest huic caro, cui ossa, id est
materiae optimum. Alternant fructus quibus siccius lignum, 183
ut olea, magis quam quibus carnosum, ut cerasus. nec
omnibus adipes carnesve largae, uti nec animalium acerrimis.
neutrum habent buxus, cornus, olea, nec medullam minimum-
25 que etiam sanguinis, sicuti ossa non habent sorba, carnem
sabuci — et plurimam ambae medullam — nec harundines
maiore ex parte.

(73.) In quarundam arborum carnibus pulpae venaeque 184
sunt. discrimen earum facile, venae latiores candidioresque
30 pulpa. fissilibus insunt. ideo fit ut aure ad caput trabis quam-
libet praelongae admota ictus ab altero capite vel graphi
sentiantur penetrante rectis meatibus sono, unde deprehen-
ditur an torta sit materies nodisque concisa. Quibus sunt 185
tubera sicut in carne glandia, in iis nec vena nec pulpa, quo-
35 dam callo carnis in se convoluto. hoc pretiosissimum in citro
et acere. cetera mensarum genera fissis arboribus circinantur

---

1. more, D^1EG. 2. cynusbatos, D^2E. cynusbatis, *r*. 3. tenerioribus] *ego*. teneriores, D^2. tenuiores, *r*. 4. spinis] *d*. pinus, *G*. pinis, *r*. 7. capillo, D^1EG. 12. ac] D^2E. e, *r*. 13. corpori] *d*. corpore, *r*. 18. arbornum, *DG*. 19. facile] *E*. sacrae, D^2. sacre, *r*. 26. plurimam] *d*(?)*v*. plurimas, D^1. plurimae, *r*. 29. letiores, *DG*. 30. pulpa] *ego*. pulpe, *G*. pulpae, *rv*. 31. graphii, *codd. Gel.* gravi, *E*. grapi, *r*. 32. sencientur, *DG*. 34. sicut] *Sillig*. sic sunt, *C*.

in pulpam, alioqui fragilis esset vena in orbem arboris caesa. fagis pectines traversi in pulpa. apud antiquos inde et vasis honos. M'. Curius iuravit se nihil ex praeda attigisse praeter
186 guttum faginum quo sacrificaret. Lignum in longitudinem fluctuatur, utque pars fuit ab radice validius sidit. quibusdam pulpa sine venis mero stamine et tenui constat. haec maxime fissilia. alia frangi celeriora quam findi, quibus pulpa non est, ut oleae, vites. at e contrario totum e carne corpus fico. tota ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, hebenus, lotos
183 et quae sine medulla esse diximus. ceteris nigricans color, fulva cornus in venabulis nitet incisuris nodata propter de-
187 corem. cedrus et larix et iuniperus rubent. 39. Larix femina habet quam Graeci vocant aegida mellei coloris. inventum pictorum tabellis inmortale nullisque fissile rimis hoc lignum. proximum medullae est. in abiete leuson Graeci vocant. cedri quoque durissima quae medullae proxima, ut in corpore ossa, deraso modo limo. et sabuci interiora mire firma traduntur, quidamque venabula ex ea praeferunt omnibus, constat enim ex cute et ossibus.

188 (74.) Caedi tempestivum quae decorticentur ut teretes ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili et carie subnascente ei materiaque nigrescente, tigna et quibus aufert securis corticem a bruma ad favonium aut, si praevenire cogamur, arcturi occasu et ante eum fidiculae, novissima ratione solstitio. dies siderum ho-
18, 271 313 rum reddentur suo loco. vulgo satis putant observare ne qua
189 dedolanda sternatur ante editos suos fructus. Robur vere caesum teredinem sentit, bruma autem neque vitiatur neque paudatur, alias obnoxium etiam ut torqueat sese findatque,
190 quod in subere tempestive quoque caeso evenit. Infinitum refert et lunaris ratio, nec nisi a XX in XXX caedi volunt. inter omnes vero convenit utilissime in coitu eius sterni, quem diem alii interlunii, alii silentis lunae appellant. sic certe Tiberius Caesar concremato ponte naumachiario larices ad
191 restituendum caedi in Raetia praefinivit. quidam dicunt ut in coitu et sub terra sit luna, quod fieri non potest nisi noctu.

---

1. in pulpam] *D*²*E*. ut pulpam, *r*. arboris caesa] *E*. arboribus cercenantur (circenantur, *D*²)*r*. 2. Sagis, *EG*. 4. guttum] *d*(?). gutum, *r*. 5. utque] ut quae, *Ev*. 9. ornus, *DG*. 12. femina] *Barb*. et feminam, *G*. feminam, *r*. 14. fyssyle, *D*². fissilem, *E*. fyssylem, *r*. 18. quidamque] *Ianus*. qui namque, *C*. 21. ceterosque, *E*. retundi, *DG*. 26. reddetur, *D*¹*E*. 28. vitiatur] *D*². viatur, *r*.

si competant coitus in novissimum diem brumae, illa sit aeterna materies, proxime, cum supra dictis sideribus. quidam et canis ortum addunt et sic caesas materias in forum Augustum. Nec novellae autem ad materiem nec veteres utilissimae. cir- 192
5 cumcisas quoque in medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis umor stantibus defluat. Mirum apud antiquos primo Punico bello classem Duilli imperatoris ab arbore LX die navigavisse, contra vero Hieronem regem CCXX naves effectas diebus XLV tradit L. Piso. secundo quoque Punico Scipionis
10 classis XL die a securi navigavit. tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet.

(75.) Cato hominum summus in omni usu de materiis 193
haec adicit: Prelum ex sappino atra potissimum facito. ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam
15 materiem omnem, cum exfodies, luna decrescente eximito post meridiem sine vento austro. tum erit tempestiva, cum semen suum maturum erit. cavetoque per rorem trahas aut doles. idemque mox: Nisi intermestri lunaque dimidiata ne tangas ma- 194
20 teriem. tum effodias aut praecidas abs terra. diebus VII proximis, quibus luna plena fuerit, optime eximitur. omnino caveto ni *qu*am materiem doles neve caedas neve tangas nisi siccam, neve gelidam neve rorulentam. Tiberius idem et in capillo
25 tondendo servavit interlunia. M. Varro adversus defluvia praecipit observandum id a pleniluniis.

(76.) [1] Laricis et magis abietis succisis umor diu defluit. 195
hae omnium arborum altissimae ac rectissimae. navium malis antemnisque propter levitatem praefertur abies. communia
30 his pinoque ut quadripertitos venarum cursus bifidosve habeant vel omnino simplices. fabrorum *in* intestina opera medulla sectilis. optima quadripertitis materies et mollior quam ceterae. intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quae pars a terra 196
fuit enodis est. haec qua diximus ratione fluviata decor*tic*atur 186
35 atque ita sappinus vocatur, superior pars nodosa duriorque fusterna. et in ipsis autem arboribus robustiores aquiloniae

---

1. copetant, D^1G. coppetant, *E*. coetus, D^1EG. 5. in] ad, *E*(?)*v*. 20. tum] tuam, D^2. tam, *r*. 21. IIII, *DG*. 22. ni quam] *Gesnerus ad Cat. r. r. 37, 4.* nigram, *C*. 26. pleniluniis] *d*. plenaluniis, *r*. 27. diu] *d*. dio, *r*. 28. hae] *d*. haec, *r*. 30. pino quoque, D^2. bifidosque, *E*. 31. in] *Sillig. coni. om. C*. opera] *d*. operaria, *r*. 32. materiis, D^2E. 34. hac, *E*. decoratur, *C*.

Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus 202
latere laevo. ibi namque demersa est Claudio principe cum
tribus molibus turrium altitudine in ea exaedificatis ob *id ex*
Puteolano pulvere advectisque. arboris eius crassitudo quat-
5 tuor hominum ulnas conplectentium implebat, vulgoque auditur
$\overline{\text{LXXX}}$ nummum et plur*is* malos venundari ad eos usus, rates
vero conecti $\overline{\text{XL}}$ sestertiu*m* plerasque. At in Aegypto ac 203
Syria reges inopia abietis cedro ad classes feruntur usi. maxima
ea in Cypro traditur, ad undec*i*rem*em* Demetri succisa, CXXX
10 pedum, crassitudinis vero ad trium hominum conplexum. Ger-
maniae praedones singulis arboribus cavatis navigant, quarum
quaedam et XXX homines ferunt. [3] Spississima ex omni 204
materie, ideo et gravissima iudicatur hebenus et buxus, graciles
natura. neutra in aquis fluvitat, nec suber, si dematur cortex,
15 nec larix. ex reliquis s*piss*issima lotos quae Romae ita appellatur,
dein robur exalburnatum. et huic nigricans color magisque
etiam cytiso, quae proxime accedere hebenum videtur, quam-
quam non desunt qui Syriacas terebinthos nigriores adfirment.
Celebratur et T*h*ericles nomine calices ex terebintho solitus 205
20 facere torno. perquam probatur materies. omnium haec sola
ungui vult, meliorque fit oleo. colos mire adulteratur iuglande
ac piro silvestri tinctis atque in medicamine decoctis. omni-
bus quae diximus spissa firmitas. Ab iis proxima est cornus, 206
quamquam non potest videri materies propter exilitatem, sed
25 lignum non alio paene quam ad radios rotarum utile aut si
quid cuneandum sit in ligno clavisve figendum ceu ferreis.
ilex item et oleaster et olea atque castanea, carpinus, popu-
lus. haec et crispa aceris modo, si ulla materies idonea
esset ramis saepe deputatis. castratio illa est adimitque
30 vires. de cetero plerisque horum, sed utique robori, tanta 207
duritia ut terebrari nisi madefactum non queat et ne sic qui-
dem adactus avelli clavus. e diverso clavum non tenet cedrus.
Mollissima tilia. eadem videtur et calidissima. argumentum
adferunt quod citissime ascias retundat. calidae et morus,
35 laurus, hederae et omnia e quibus igniaria fiunt.

(77.) Exploratorum hoc usus in castris pastorumque 208

---

3. ob id ex] *ego*. obiter, *C*. 4. crassitudine, *D*². 6. plures, *E*. plure, *r*. 7. connecti, *d*. coniecti, *r*. sestertii, *C*. 8. maxime, *E*. maximae, *r*. 9. underumcegem, *D*². undecerem, *r*. 15. spississima] *Salm*. sciscima, *G*, scissima, *r*. 19. tericles, *C*. 21. oleo. colos] *D*². oleo olos, *D*¹. oleae olos, *r*. 32. clavus] *E*. clabus, *D*¹*G*. clavis, *D*². 35. omnia] *D*². omnes, *Ev*. omina, *r*.

repperit, quoniam ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est. teritur ergo lignum ligno ignemque concipit adtritu, excipiente materie aridi fomitis, fungi vel foliorum facillimo conceptu. sed nihil hedera praestantius quae teratur, lauro quae terat. probatur et vitis *ex* silvestribus alia quam 5
209 labrusca, et ipsa hederae modo arborem scandens. Frigidissima quaecumque aquatica, lentissima autem et ideo scutis faciendis aptissima quorum plaga contrahit se protinus cluditque suum vulnus et ob id contumacius tramittit ferrum, in quo sunt genere fici, salix, tilia, betulla, sabucus, populus utra- 10
que. levissimae ex his ficus et salix ideoque utilissimae. omnes autem ad cistas quaequae flexili crate constent habiles. habent
210 et candorem, rigorem et in sculpturis facilitatem. Est lentitia platano, sed madida, sicut alno. siccior eadem ulmo, fraxino, moro, ceraso, sed ponderosior. rigorem fortissime servat ulmus, 15
ob id cardinibus coassamentisque portarum utilissima, quoniam minime torquetur, permutanda tantum sic ut cacumen ab in-
211 feriore sit cardine, radix superior. Palmae est similis et suberis materies, spissae et malus pirusque, nec non acer, sed fragile, et quaecumque crispa. In omnibus silvestria et mascula 20
differentiam cuiusque generis augent. et infecunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus et cornus.

212 (78.) Cariem vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, hebenus, lotus, buxum, taxus, iuniperus, oleaster, olea, 25
e reliquis tardissime larix, robur, suber, castanea, iuglans. rimam fissuramque non capit sponte cedrus, cupressus, olea, buxum.

213 (79.) Maxime aeternam putant hebenum, et cupressum cedrumque, claro de omnibus materiis iudicio in templo 30
Ephesiae Dianae, utpote cum tota Asia extruente CXX annis peractum sit. convenit tectum eius esse e cedrinis trabibus. de simulacro ipso deae ambigitur. ceteri ex hebeno esse

---

1. excludendum, *D¹EG*. 3. 4. facillimo] *d*. facillimae, *E*. facillime, *r*. 5. ex] *ego*. e, *Salm*. et, *EG*. *om*. *D*. 10. fici] fici ilex, *D²*. fici ut haec, *E*. fici ut ex, *r*. 11. ficus] sicut, *C*. 12. quaequae] *ego*. quaeque, *Cv*. constest, *D¹G*. constet, *D²*. habiles. habent] *ego*. habilia habent, *D²*. habent, *E*. habera, *r*. 13. laetitia, *C*. 16. coassamentisque] *Schneider ad Theophr. h. pl. 5, 3, 5*. crassamentisque, *C*. 17. sic] sit, *C*. 18. palma, *E*. similis, *D²*. mitis, *E*. milis, *r*. 19. suberis] *D²*. superies, *G*. superius, *r*. materies] *D²*. *om*. *r*. 21. differentiam] *Sillig*. differentia, *C*. 25. buxus] *E*. 27. non] *D²*. *om*. *r*. 29. eternae, *G*. 30. clara, *C*. 31. CXX] *D²*. *Cf*. *l*. *36, 95*. CCCC, *rv*.

tradunt, Mucianus III cos. ex his qui proxime viso scripsere
vitigineum et numquam mutatum septies restituto templo, hanc 214
materiam elegisse Endoeon, etiam nomen artificis nuncupans,
quod equidem miror, cum antiquiorem Minerva quoque, non
5 modo Libero patre, vetustatem ei tribuat. adicit multis fora-
minibus nardo rigari, ut medicatus umor alat teneatque
iuncturas, quas et ipsas esse modico admodum miror, valvas esse 215
e cupresso et iam CCCC prope annis durare materiem omnem
novae similem. id quoque notandum, valvas in glutinis compage
10 quadriennio fuisse. cupressus in eas electa, quoniam praeter
cetera in uno genere materiae nitor maxime valeat aeternus.
Nonne simulacrum Veiovis in arce e cupresso durat a condita 216
urbe DLX anno dicatum? Memorabile et Uticae templum
Apollinis, ubi cedro Numidica trabes durant, ita ut positae
15 fuere prima urbis eius origine annis MCLXXVIII, et in Hispania
Sagunti templum Dianae a Zacyntho advectae cum conditori-
bus annis CC ante excidium Troiae, ut auctor est Bocchus, —
infra ipsum oppidum id habent cui pepercit religione inductus
Hannibal —, iuniperi trabibus etiam nunc durantibus. super 217
20 omnia memoratur *aedis* Aulide eiusdem deae saeculis ante
Troianum bellum exaedificata, quonam genere materiae scientia
oblitterata. in plenum dici potest utique quae odore prae-
cellant eas *et* aeternitate praestare. A praedictis morus pro- 218
xume laudatur quae vetustate etiam nigrescit. Et quaedam
25 tamen in aliis diuturniora sunt usibus quam alia: ulmus in
perflatu firma, robur defossum et in aquis quercus obruta.
eadem supra terram rimosa facit opera torquendo sese. larix
in umore praecipua et alnus nigra. robur marina aqua con-
rumpitur. non inprobatur et fagus in aqua et iuglans, hae
30 quidem in his quae defodiuntur vel principales, item iuniperus,
eadem et subdialibus aptissima, fagus et cerrus celeriter mar-
cescunt. aesculus quoque umoris inpatiens. contra adacta in 219
terram in palustribus alnus aeterna onerisque quantilibet patiens.
cerasus firma, ulmus et fraxinus lentae, sed facile pandantur,

---

1. viso] viso eo, *E*(?)*v*. 3. Endoeon] *Sillig*. eandem con, *C*. 4. minerva] *d*. minervam, *r*. quoque non] non quoque, *C*. 5. ei] D^2. at, *E*. et, *r*. 6. nardi, D^1E. 8. durare] *d*. durari, *r*. 12. nonne] *d*. nonae, *r*. 13. urbe] *om*. *C*. DLX] *Merkel ad Ovid. fast. p. CXXVIII*. DCLXI, E^1. DLXI, E^2. DLI, *r*. 17. est] erat, *E*. erit, *r*. 18. habent cui] *Sillig*. habenti. Cui, *E*. habente vi, *r*. 19. etiam nunc] *d*. etiam none, *r*. 20. memoratur] *d*. memorantur, *r*. aedis] *Sillig*. elis, *r*. 21. quonam genere] *d*. quo (qm, *D*) genera, *r*. 23. eas et] *Salm*. ea sed, *C*. 26. perflatu] D^2. prefatu, *E*. praefatu, *r*.

flexiles tamen stantesque ac circumcisura siccatae fideliores. laricem in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt, omniaque praeterquam oleastrum et oleam. quaedam enim in mari, quaedam in terra vitiis opportuniora.

220 41. (80.) Infestantium quattuor genera: teredines capite ad portionem grandissimo rodunt dentibus. hae tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici. terrestres tinias vocant, culicibus vero similes thripas. quartum est et e vermiculorum genere, et eorum alii putrescente suco ipsa materie, alii pariuntur sicut in arboribus ex eo qui cerastes vocatur. cum tantum erosit ut circumagat se,
221 generat alium. Haec nasci prohibet in aliis amaritudo, ut cupresso, in aliis duritia, ut buxo. tradunt et abietem circa
189 germinationes decorticatam qua diximus luna aquis non corrumpi. Alexandri Magni comites prodiderunt in Tylo Rubri maris insula arbores esse ex quibus naves fierent, quas ducentis annis durantes inventas, etsi mergerentur, incorruptas. in eadem esse fruticem baculis tantum idoneae crassitudinis, varium tigrium maculis, ponderosum et, cum in spissiora decidat, vitri modo fragilem.

222 42. (81.) Apud nos materiae finduntur aliquae sponte, ob id architecti eas fimo inlitas siccari iubent ut adflatus non noceant. Pondus sustinere validae abies, larix, etiam in traversum positae. robur, olea incurvantur ceduntque ponderi. illae renituntur nec temere rumpuntur, priusque carie quam
223 viribus deficiunt. et palmae arbor valida — in diversum enim curvatur — et populus. cetera omnia *in* inferiora pandantur, palma ex contrario fornicatim. pinus et cupressus adversus cariem tiniasque firmissimae. Facile pandatur iuglans, fiunt enim et ex ea trabes. frangi se praenuntiat crepitu, quod et in *Ant*andro accidit, cum e balineis territi sono pro-
224 fugerunt. Pinus, piceae, alni ad aquarum ductus in tubos cavantur, obrutae terra plurimis duratur*ae* annis. eaedem, si

---

1. ac] *D*². a, *rv*. 5. infestantium] *D*². infestativum, *E*. infertativum, *r*. 6. grandissimo] *D*². gradissimo, *D*¹. gravissimo, *r*. 8. 9. quartum] *D*². quarum, *r*. 14. decorticatam] *D*². de costis (coctis, *E*) aram, *r*. 16. fierent] fuere, *D*². *dist. Urlichs vind. 294*. 20. vitri] *D*². cuitri, *r*. 22. inlaetas *DG*. 24. posita et, *D*². 25. rumpantur, *E*. 26. arbor] *d*. arborum, *r*. 27. curvatur] *d*. curvatus, *r*. cetera] *Hard*. contra, *C*. in] *Pint. om. C*. 30. crepitu] *d*. screpitu, *G*. strepitu, *r*. 31. Antandro] *Theophr. h. pl. 5, 6, 1*. andro, *C*. 32. in tubos] *D*². intus, *E*. intobos, *r*. 33. obrutae] *D*². obruta, *r*. verra *D*¹*G*. duraturae] *ego*. durantur, *E*, duratur, *r*.

on integantur, cito senescunt, mirum in modum fortiores, si
mor extra quoque supersit.

(82.) Firmissima in rectum abies, eadem valvarum paginis 225
; ad quaecumque libeat intestina opera aptissima, sive Graeco
ve Campano sive Siculo fabricae artis genere spectabilis, ramen-
ırum crinibus, pampinato semper orbe se volvens ad incitatos
ıncinae raptuus, eadem e cu*nct*is maxime sociabilis glutino
ı tantum ut findatur ante qua solida est.

43. (83.) Magna autem et glutinatio propter ea quae 226
ɜctilibus laminis ac in alio genere operiuntur. stamineam in
ɔc usu probant venam, et vocant ferulaceam argumento
militudinis, quoniam lacunosa et crispa in omni genere glu-
num abdica*n*t. quaedam et inter se et cum aliis insocia-
lia glutino, sicut robur, nec fere cohaerent *d*issimilia natura,
; si quis lapidem lignumque coniungat. cornum maxime
lit sorbus, carpinus, buxus, postea tilia. Cuicumque operi 227
cilia flexilia omnia quae lenta diximus, praeterque morus et 209
ıprificus. forabilia ac sectilia quae modice umida. arida
ıim latius quam teras cedunt, viridia praeter robur et buxum
ɜrtinacius resistunt serrarumque dentes replent aequalitate
.erti, qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem.

(84.) Oboedientissima quocumque in opere fraxinus, 228
ıdemque hastis corylo melior, cornu levior, sorbo lentior,
allica vero etiam ad currus flexibili *levitate*. aemularetur
mus, ni pondus esset in culpa. Facilis et fagus, quamquam 229
agilis et tenera. eadem sectilibus laminis in tenui flexilis
ıpsisque ac scrineis sola utilis. Secatur in lamnas praetenues
. ilex, colore quoque non ingrata, sed maxime fida iis quae
rantur, ut rotarum axibus, ad quos lentore fraxinus sicut
ıritia ilex et utroque legitur ulmus. Sunt vero et parvi usus 230
brilium ministeriorum insignes, ideoque proditum terebris
ıginas ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utilissimas fieri,
ɛ iisdem malleos, maioresque e pinu et ilice. Et his autem

---

1. non integantur] *d.* non tegantur, *E.* no integantur, *r.* 7. run-
nae] *D*². runcinam, *r.* e cunctis] *ego.* et curris, *E.* e curris, *r.*
utino] *d.* glutinos, *r.* 8. findatur] *d.* findantur, *r,* qua] *d.* quam,
10. ac] aut, *D*². 11. ferulacea, *D*². fertile eam, *r.* 12. la-
nosa et] *E,* lacunose, *r.* genere] *E,* genere et, *r.* 13. abdicat, *C.*
14. robur] *D*². robius, *r.* dissimilia] *Urlichs vind. 295.* ni simi-
, *G.* nisi similia, *r.* 15. coniungat] *D*². coniungit. *r.* 16. odit]
d. Tol. audit, *C.* tilia] *D*². talia, *r.* 18. forabilia] *D*². fura-
lia. *r.* sectilia] *D*². secti, *E.* fectilia, *r.* 24. levitate] *ego.* vita, *C.*
26. et tenera] *D*². et tenero, *E.* e tenore, *r.* sectilibus] *D*². fic-
ibus, *r.*

maior ad firmitatem causa tempestivae caesurae quam inmaturae, quippe cum ex olea, durissimo ligno, cardines in foribus diutius immoti plantae modo germinaverint. Cato vectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri iubet, Hyginus manubria rusticis
231 carpinea, iligna, cerrea. Quae in lamnas secantur quorumque operimento vestiatur alia materies, praecipua sunt citrum, terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium, ilex,
69 sabuci radix, populus. dat et alnus, ut dictum est, tuber sectile sicut citrum acerque. nec aliarum tuber *tam* in pretio. Media pars arborum crispior, et quo propior radici minoribus
232 magisque flexilibus maculis. Haec prima origo luxuriae arborum, alia integi et vilioris ligni e pretiosiore corticem fieri. ut una arbor saepius veniret, excogitatae sunt et ligni bratteae. nec satis. coepere tingui animalium cornua, dentes
233 secari lignumque ebore distingui, mox operiri. placuit deinde materiem et in mari quaeri. testudo in hoc secta. nuperque portentosis ingeniis principatu Neronis inventum ut pigmentis perderet se plurisque veniret imitata lignum. sic lectis pretia quaeruntur, sic terebinthum vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. modo luxuria non fuerat contenta ligno, iam lignum et testudinem facit.

234 44. (85.) Vita arborum quarundam inmensa credi potest, si quis profunda mundi et saltuus inaccessos cogitet. verum ex his quas memoria hominum custodit durant in Liternino Africani prioris manu satae olivae, item myrtus eodem loco conspicuae magnitudinis. subest specus in quo manes eius
235 custodire draco traditur. Romae vero lotos in Lucinae area, anno qui fuit sine magistratibus CCCLXXIX urbis aede condita, incertum ipsa quanto vetustior. esse quidem vetustiorem non est dubium, cum ab eo luco Lucina nominetur. haec nunc D circiter annum habet. antiquior sed incerta eius aetas, quae capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.

236 (86.) Verum altera lotos in Volcanali, quod Romulus constituit ex victoria de decumis, aequaeva urbi intellegitur, ut

1. 2. in natura, E. in naturae *r*. 2. cum] *d*. eum, *r*. 8. tuber] *G*. suber, *r*. 9. tuber tam] *ego*. tuberia, *G*. tubera, *rv*. 11. flexilibus] *d*. flexilis, *E*. flexiles, *r*. luxuriae] *d*. luxuriam, *r*. 12. viliores, *Ev*. e] *G*. ae, *D*. *om*. *E*. cortice, *E*. 15. operiri] *d*. operire, *r*. 18. penderet, *G*. se] *om*. *DG*. 19. iubant, *DG*. 21. et] D^2. eme, *G*. emi, *r*. testudinem] D^2. testudine, *r*. 23. cogitet] D^2. cogitat, *E*. cogite, *r*. 24. durat, D^2. 25. sata olea, D^2. 28. CCCLXIX, *C*. 31. D] D^2. *om*. *r*. antiquiorem, *E*. 34. *alter*, *C*. 35. de] *om*. *EG*.

auctor est Masurius. radices eius in forum usque Caesaris per stationes municipiorum penetrant. fuit cum ea cupressus aequalis circa suprema Neronis principis prolapsa atque neglecta.

(87.) Vetustior autem urbe in Vaticano ilex in qua titulus 237
aereis litteris Etruscis religione arborem iam tum dignam fuisse significat. Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent. apud eos extant ilices tres etiam Tiburno conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai qui apud Thebas obierit una aetate ante Iliacum bellum.

(88.) Sunt auctores et Delphicam platanum Agamemno- 238
nis manu satam et alteram Caphyae in Arcadiae loco. sunt hodie ex adverso Iliensium urbis iuxta Hellespontum in Protesilai sepulchro arbores quae omnibus ex eo aevis, cum in tantum adcrevere ut Ilium aspiciant, inarescunt rursusque adolescunt. iuxta urbem autem quercus in Ili tumulo tunc satae dicuntur, cum coepit Ilium vocari.

(89.) Argis olea etiamnum durare dicitur ad quam Io in 239
tauram mutatam Argus alligaverit. in Ponto citra Heracleam arae sunt Iovis Στρατίου cognomine, ibi quercus duae ab Hercule satae. in eodem tractu portus Amyci est Bebryce rege interfecto clarus. eius tumulus a supremo die lauro tegitur quam insanam vocant, quoniam, si quid ex ea decerptum inferatur navibus, iurgia fiunt, donec abiciatur. Regio- 240
nem Aulocrenen diximus per quam Apamea in Phrygiam itur. 5, 106
ibi platanus ostenditur ex qua pependerit Marsuas victus ab Apolline, quae iam tum magnitudine electa est. nec non palma Deli ab eiusdem dei aetate conspicitur, Olympiae oleaster ex quo primus Hercules coronatus est, et nunc custoditur religio. Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva.

(90.) Ex diverso brevissima vita est punicis, fico, malis, 241
et ex his praecocibus brevior quam serotinis, dulcibus quam acerbis, et dulciori in punicis, item vitibus, praecipueque

---

13. Caphyae in] *ego.* in caphiae, *C.* loco] *Urlichs vind. 297.* luco, *Cv.* 14. 15. protesiliai ipse (ipsae, *G.* psa, *E*) pulchro (pulchre, *E*) *D*¹*EG.* 15. ex eo aevis] *D*². ephebis, *E.* ex foaebis, *r.* 16. adspiciant, *d.* adspiciunt, *E.* aspiciunt, *r.* 20. tauram] *Urlichs vind. 298.* taurum, *C.* circa, *E.* cytra, *r.* 21. strativi, *E.* stratiu, *r.* 22. bebryce] *cod. Chiff.* bebrice, *D*². hebrice, *r.* 26. aulocrenen] *d.* aulotrenen, *r.* 31. edita] *d.* edito, *r.* 35. acerbis] *Urlichs vind. 299.* acutis, *Cv.* dulciori] *codd. Gel.* dulcior, *C.* item] *Urlichs l. l.* item in, *Cv.*

fertilioribus. Graecinus auctor est sexagenis annis durasse vites. Videntur et aquaticae celerius interire. senescunt quidem velociter, sed e radicibus repullulant laurus et mali et punicae. firmissimae ergo ad vivendum oleae, ut quas durare annis CC inter auctores conveniat. 5

242 (91.) Est in suburbano Tusculani agri colle qui Corne appellatur lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio, velut arte tonsili coma fagei nemoris. in hoc arborem eximiam aetate nostra amavit Passienus Crispus bis cos., orator, Agrippinae matrimonio et Nerone privigno clarior postea, osculari 10 conplectique eam solitus, non modo cubare sub ea vinumque illi adfundere. vicina luco est ilex et ipsa nobilis XXXIV pedum ambitu caudicis, decem arboris emittens singulas magnitudinis visendae, silvamque sola faciens.

243 (92.) Hedera necari arbores certum est. similem quidam 15 et in visco, tametsi tardiorem iniuriam earum arbitrantur. namque et hoc praeter fructus adgnoscitur non in novissimis 244 mirabile. quaedam enim in terra gigni non possunt, et in arboribus nascuntur. namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum et in Syria herba quae vocatur 20 cadytas, non tantum arboribus sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese, item circa Tempe Thessalica quae polypodion vocatur et quae dolichos ac serpyllum. oleastro quoque deputato quod gignatur vocant phaunos. quod vero in spina fullonia hippophaeston, cauliculis inanibus, foliis parvis, radice 25 alba, cuius sucus ad detractiones in comitiali morbo utilissimus habetur.

245 (93.) Visci tria genera. namque in abiete, larice stelin dicit Euboea nasci, hyphear Arcadia, viscum autem in quercu, robore, ilice, piro silvestri, terebintho, nec aliis arboribus ad- 30 gnasci plerique. copiosissimum in quercu Arcades hyphear vocant. in omni arbore excepta ilice et quercu differentiam facit odor virusque et folium non iucundi odoris, utroque visci 246 amaro et lento. hyphear ad saginanda pecora utilius vicia. modo purgat primo, dein pinguefacit quae suffecere purgationi, 35

---

4. vivendum] *d.* videndum, *r.* 8. fagei nemoris] *D*². fagenei moris, *r.* 13. arboris] *D*². arbores, *E.* arbo, *r.* emittens] *D*². mitiens, *r.* 14. faciens] *D*². fatient, *G.* facient, *r.* 21. cadytas] *Theophr. h. pl. 2, 17, 3.* castas, *C.* 22. Tempe Thessalica] *Sabell.* templi edessalica, *D*². templi etessalica, *r.* 24. spina] *codd. Gel.* hispania, *E.* hispiria, *r.* 25. hypophacto in, *C.* cauliculis] *D*². calliculis, *E.* galliculis, *r.* 29. hypear, *C.* 30. piro] *D*². primo, *r.* 31. Arcades hyphear] *Urlichs vind. 300.* adasphear, *E.* adhisphear, *D*². adhasphear, *r.* 34. *dist. ego.* vitia, *Ev.*

quibus sit aliqua tabes intus negant durare. ea medendi ratio aestatis quadragenis diebus. adiciunt discrimen visco, in his quae folia mittant et ipsi decidere, contra inhaerere nato in aeterna fronde. Omnino autem satum nullo modo nascitur 247
5 nec nisi per alvum avium redditum, maxime palumbis ac turdi. haec est natura ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat. altitudo eius non excedit cubitalem, semper frutectosi ac viridis. mas fertilis, femina sterilis, nisi quod et fertilis aliquando non fert.

10 (94.) Viscum fit ex acinis qui colliguntur messium tem- 248
pore inmaturi. nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco vero marcescunt. siccantur deinde et aridi tunduntur ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus, unumque hoc rerum putrescendo gratiam invenit. inde in pro-
15 fluente, rursus malleo tusi, amissis corticibus interiore carne lentescunt. hoc est viscum pinnis avium tactu ligandis oleo subactum, cum libeat insidias moliri.

(95.) Non est omittenda in hac re et Galliarum admira- 249
tio. nihil habent Druidae — ita suos appellant magos —
20 visco et arbore in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. iam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine earum fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Graeca possint Druidae videri. enimvero quidquid adgnascatur illis e caelo missum putant signumque esse electae ab
25 ipso deo arboris. est autem id rarum admodum inventu et 250
repertum magna religione petitur et ante omnia sexta luna, quae principia mensum annorumque his facit, et saeculi post tricesimum annum, quia iam virium abunde habeat nec sit sui dimidia. omnia sanantem appellantes suo vocabulo, sa-
30 crificio epulisque rite sub arbore conparatis duos admovent candidi coloris tauros quorum cornua tum primum vinciantur. sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce 251
aurea demetit, candido id excipitur sago. tum deinde victimas immolant precantes, suum donum deus prosperum
35 faciat his quibus dederit. fecunditatem eo poto dari cuicumque animalium sterili arbitrantur, contra venena esse omnia remedio. tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est.

---

2. aestatis, D^2. aetatis, *r*. visco] D^2. viso, *r*. 5. turdis, *C*. 8. nisi—fertilis] D^2. *om. r*. 10. fit] D^2. cum fit, *E*. confit, *r*. 12. augentur] *d*. augetur, *r*. 15. malleo] a malleo, *C*. 16. ligandis] D^2. iuglandis, *E*. liglandis, *r*. 18. hac] D^2. ga, *r*. 22. appellati] *d*. appellatio, *r*. 25. admodum] D^2. ad morum, *r*. 27. secula, *E*.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XVII.

1 Cap. 1. (Sect. 1.) Natura arborum terra marique sponte
sua provenientium dicta est, restat earum quae arte et hu- 5
manis ingeniis fiunt verius quam nascuntur. sed prius *mi*rari
16,1 succurrit qua retulimus paenuria pro indiviso possessas a feris,
depugnante cum his homine circa caducos fructus, circa pen-
dentis vero et cum alitibus, in tanta deliciarum pretia venisse,
clarissimo, ut equidem arbitror, exemplo L. Crassi atque Cn. 10
2 Domiti Ahenobarbi. Crassus orator fuit in primis nominis
Romani. domus ei magnifica, sed aliquanto praestantior in
eodem Palatio Q. Catuli qui Cimbros cum C. Mario fudit,
multo vero pulcherrima consensu omnium aetate ea in colle
Viminali C. Aquili equitis Romani clarioris illa etiam quam 15
3 iuris civilis scientia, cum tamen obiecta Crasso sua est. nobi-
lissimarum gentium ambo [Crassus est atque Domitius] cen-
suram post consulatus simul gessere anno conditae urbis
DCLXII frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum.
tum Cn. Domitius, ut erat vehemens natura, praeterea accen- 20
sus odio, quod ex aemulatione avidissimum est, graviter incre-
puit tanti censorem habitare, $\overline{M}$ HS pro domo eius idemtidem
4 promittens, et Crassus, ut praesens ingenio semper, ut faceto
lepore sollers, addicere se respondit exceptis sex arboribus.
ac ne uno quidem denario, si adimerentur, emptam volente 25
Domitio, Crassus: utrumne igitur ego sum, inquit, quaeso,
Domiti, exemplo gravis et ipsa mea censura notandus qui
domo quae mihi hereditate obvenit comiter habitem, an tu qui
5 sex arbores $\overline{M}$ aestimes? hae fuere lotoe patula ramorum
opacitate lascivae, Caecina Largo e proceribus crebro iuventa 30
nostra eas in domo sua ostentante, duraveruntque, quoniam et
16, 234 de longissimo aevo arborum diximus, ad Neronis principis
sqq. incendia [quibus cremavit urbem annis postea] cultu virides

---

6. mirari] arari, *C.* 7. possessa, *D*[2]. 17. Crassus—Domitius] *uncis inclusit Urlichs vind. 301.* est] *om. E.* 22. $\overline{M}$ *HS*] *ego. coll. v. 29.* $\overline{HS}$, *Sillig.* is, *E.* tis, *G.* //is, *D.* 27. et] *G.* et ab, *rv.* 28. comiter] *d.* cumitor, *D*[1]. cumiter, *r.* 29. $\overline{M}$] *ego.* CX, *D*[1]. *om. r.* haec, *C.* 33. quibus—postea] *uncis inclusi.*

iuvenesque, ni princeps ille adcelerasset etiam arborum mortem.
ac ne quis vilem de cetero Crassi domum nihilque in ea 6
iurganti Domitio fuisse dicendum praeter arbores iudicet, iam
columnas quattuor Hymetti marmoris aedilitatis gratia ad sce-
5 nam ornandam advectas in atrio eius domus statuerat, cum in
publico nondum essent ullae marmoreae. tam recens est
opulentia, tantoque tunc plus honoris arbores domibus ad-
ferebant, ut sine illis ne inimicitiarum quidem pretium ser-
vaverit Domitius. Fuere ab his et cognomina antiquis: Fron- 7
10 dicio militi illi qui praeclara facinora Volturnum transnatans
fronde inposita adversus Hannibalem edidit, Stolonum Liciniae
genti. ita appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis, unde
et pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen. fuit et ar-
borum cura legibus priscis, cautumque est XII tabulis ut qui
15 iniuria cecidisset alienas lueret in singulas aeris XXV. quid
existimamus, venturasne eas credidisse ad supra dictam aesti-
mationem illos qui vel frugiferas tanti taxaverant? Nec minus 8
miraculum in pomo est multarum circa suburbana fructu annuo
addicto binis milibus nummum, maiore singularum reditu
20 quam erat apud antiquos praediorum. ob hoc insita et ar-
borum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec poma pauperi-
bus nascerentur. Nunc ergo dicemus quonam maxime modo 9
tantum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem ab-
solutamque proditurí, et ideo non volgata tractabimus, nec quae
25 constare animo advertimus, sed incerta atque dubia, in quibus
maxime fallitur vita. nam diligentiam supervacuis adfectare
non nostrum est. ante omnia autem in universum et quae ad
cuncta arborum genera pertinent in commune de caelo terra-
que dicemus.

30 2. (2.) Aquilone maxime gaudent, densiores ab adflatu eius 10
laetioresque et materie firmiores. qua in re plerique falluntur,
cum in vineis pedamenta non sint a vento eo opponenda et
id tantum a septentrione servandum. quin immo tempestiva
frigora plurimum arborum firmitati conferunt et sic optime
35 germinant, alioqui, si blandiantur austri, defetiscentes, ac magis
etiam in flore. nam si, cum defloruere, protinus sequantur 11

---

3. iurganti] *Urlichs chrest. p. 219.* iurgante, *C.* 11. fronde] fronde capiti, *dv.* 16. futurasne, *E.* credidisset, *C.* 17. vel] *om. E.* tuexaverant, E^1. vexaverant, *r.* 19. maiore] *d.* maiores, *r.* 22. dicemus] d. dicimus, *r.* quonam] *cod. Tol.* qm̄, *D.* quo̅, *E.* qu̅, *G.* 29. dicemus] D^2. dicimus, *r.* 31. materie] *ego.* materiae, D^2E. maturia ore, G^2. maturiore, *r.* 35. alioqui] *d.* alia qua, *E.* alio qua, *r.* 36. florem, *C.*

imbres, in totum poma depereunt, adeo ut amygdalae et piri,
etiam si omnino nubilum fuit austrinusve flatus, amittant fetus.
circa vergilias quidem pluvere inimicissimum viti et oleae, quo-
niam tum coitus est earum. hoc est illud quadriduum oleis
16, 109 decretorium, hic articulus austrinus nubili spurci quod diximus. 5
fruges quoque peius maturescunt austrinis diebus, sed celerius.
12 illa sunt noxia frigora quae septentrionibus aut praeposteris
fiunt horis. hiemem quidem aquiloniam esse omnibus satis uti-
lissimum. imbres vero tum expetendi evidens causa est, quo-
niam arbores fetu exinanitas et foliorum quoque emissione 10
languidas naturale est avide esurire, cibus autem earum imber.
13 quare tepidam esse hiemem, ut absumpto partu arborum sequatur
protinus conceptus, id est germinatio, ac deinde alia flore-
scendi exinanitio, inutilissimum experimentis creditur. quin
immo si plures ita continuentur anni, etiam ipsae moriantur 15
arbores, quando nemini dubia poena est in fame laborantium.
ergo qui dixit hiemes serenas optandas non pro arboribus vota
14 fecit. Nec per solstitia imbres vitibus conducunt. hiberno
quidem pulvere laetiores fieri messes luxuriantis ingenii fertili-
tate dictum est. alioqui vota arborum frugumque communia 20
sunt nives diutinas sedere. causa non solum quia animam
terrae evanescentem exhalatione includunt et conprimunt re-
troque agunt in vires frugum atque radices, verum quod et li-
quorem sensim praebent, purum praeterea levissimumque,
15 quando nix aquarum caelestium pruina est. ergo umor ex his 25
non universus ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur de-
stillans velut ex ubere, alit omnia quae non inundat. tellus
quoque illo modo fermentescit, et sui plena, lactescentibus
satis non effeta, cum tempus aperit, tepidis adridet horis. ita
maxime frumenta pinguescunt, praeterquam ubi calidus semper 30
aer est, ut in Aegypto. continuatio enim et ipsa consuetudo
idem quod modus aliubi efficit, plurimumque prodest ubicumque
16 non esse quod noceat. In maiore parte orbis, cum praecoces
excurrere germinationes evocatae indulgentia caeli, secutis fri-
goribus exuruntur. qua de causa serotinae hiemes noxiae, sil- 35
vestribus quoque, quae magis etiam dolent urguente umbra
sua nec adiuvante medicina, quando vestire teneras intorto
17 stramento in silvestribus non est. Ergo tempestivae aquae
hibernis primum imbribus, dein germinationem antecedentibus.

---

3. pluvere] *Sillig*. pluere, *d*. pulvere, *r*. 8. hiemem] *d*. hienes, *D*[1]*G*. hiemes, *r*. 25. pruina] *E*. spuma, *D*[2]. puma, *r*. 28. illo] *d*. ullo, *r*. plena] *ego*. plena a, *C*. 32. efficit] *d*. effecti, *r*. 34. indulgentia] *d*. indulgentiam, *r*. 39. primum in, *E*. germinationem]

tertium tempus est, cum educant poma, nec protinus, sed iam
valido fetu. quae fructus suos diutius continent longioresque
desiderant cibos, his et serotinae aquae utiles, ut viti, oleae,
punicis. Hae iam pluviae generis cuiusque arboribus diverso
5 modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. quapropter
eisdem imbribus aliqua laedi videas, aliqua iuvari, etiam in
eodem genere, sicut in piris alio die hiberna quaerunt pluvias,
alio vero praecocia, ut pariter quidem omnia desiderent hiber-
num tempus ante germinationem. Quae aquilonem austro uti- 18
10 liorem facit ratio eadem mediterranea maritimis praefert —
sunt enim plerumque frigidiora — et montuosa planis et no-
cturnos imbres diurnis. magis fruuntur aquis sata non statim
auferente eas sole. Conexa et situs vinearum arbustorumque 19
ratio est, quas in horas debeant spectare. Vergilius ad occa-
15 sus seri damnavit, aliqui sic maluere quam in exortu. a plu-
ribus meridiem probari adverto, nec arbitror perpetuum quic-
quam in hoc praecipi posse. ad soli naturam, ad loci ingenium,
ad caeli cuiusque mores dirigenda sollertia est. In Africa 20
meridiem vineas spectare et viti inutile et colono insalubre est,
20 quoniam ipsa meridianae subiacet plagae, quapropter ibi qui
in occasum aut septentriones conseret optime miscebit solum
caelo. cum Vergilius occasus improbet, nec de septentrione
relinqui dubitatio videtur. atqui in cisalpina Italia magna ex
parte vineis ita positis compertum est nullas esse fertiliores.
25 Multum rationis optinent et venti. in Narbonensi provincia at- 21
que Liguria et parte Etruriae contra circium serere imperitia
existimatur, eundemque oblicum accipere providentia. is nam-
que aestates ibi temperat, sed tanta plerumque violentia ut
auferat tecta. 3. Quidam caelum terrae parere cogunt, ut 22
30 quae in siccis serantur orientem ac septentriones spectent,
quae in umidis meridiem. nec non ex ipsis vitis causas mutu-
antur in frigidis praecoces serendo, ut maturitas antecedat al-
gorem, quae poma vitesque rorem oderint, contra ortus, ut
statim auferat sol, quae ament, ad occasus vel etiam ad sep-
35 tentriones, ut diutius eo fruantur. Ceteri fere rationem naturae 23

---

d. germinatione et, *r.* 3. ut viti] *d.* ut vitio, *D.* et vitio, *r.* 7. *dist. Ianus.* 8. alio vero] vero alia, *C.* 8. 9. *dist. Ianus.* 9. tempus] *Ianus.* tempus est, *C.* 12. fruitura, E^2. fruitur, *r.* 13. auferente] *d.* auferent, *r.* 14. horas] *Ianus.* oras. *d.* hora, *r.* 17. ad soli] *d.* ac soli, *r.* 19. et colono] *ego.* eolono, *G.* colono, *r.* 21. optimi, D^2G. optimu, D^1. 23. relinqui] *v.* reliqua, *E.* reliqui, *r.* 31. vitis] *ego.* vitibus, *Cv.* 34. auferat] D^2. auferant, *r.* 35. eo] eum, *E.* com, D^2. cum, *r.*

secuti in aquilonem obversas vites et arbores poni suasere. odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat. 4.
2, 119 Aquilonis situm ventorumque reliquorum diximus secundo vo-
18, 321 sqq. lumine, dicemusque proximo plura caelestia. interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in meridiem etiam spectantium semper ante decidant folia. Similis et in
24 maritimis causa. quibusdam locis adflatus maris noxii, in plurimis idem alunt. quibusdam satis e longinquo aspicere maria iucundum, propius admoveri salis halitum inutile. Similis et fluminum stagnorumque ratio. nebulis adurunt aut aestuantia refrigerant. Opacitate atque etiam rigore gaudent quae di-
16, 74 ximus. quare experimentis optime creditur.

(3.) A caelo proximum est terrae dixisse rationem, haud
25 faciliore tractatu, quippe non eadem arboribus convenit et frugibus plerumque, nec pulla qualem habet Campania ubique optima vitibus, aut quae tenues exhalat nebulas, nec rubrica multis laudata. cretam in Albensium Pompeianorum agro et argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt, quamquam praepingue est quod excipitur in eo genere. invicem sabulum album in Ticiniensi multisque in locis nigrum itemque rubrum,
26 etiam pingui terrae permixtum, infecundum est. Argumenta quoque iudicantium saepe fallunt. non utique laetum solum est in quo procerae arbores nitent praeterquam illis arboribus. quid enim abiete procerius? at quae vixisse possit alia in loco eodem? nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent. nam quid laudatius Germaniae pabulis? et statim subest
27 harena tenuissimo caespitum corio. nec semper aquosa est terra cui proceritas herbarum, non, Hercules, magis quam pinguis adhaerens digitis, quod in argillis arguitur. scrobes quidem regesta in eos nulla conplet, ut densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit, ferroque omnis rubiginem obducit. nec gravis aut levior iusto deprehenditur pondere. quod enim pondus terrae iustum intellegi potest? neque fluminibus adgesta
28 semper laudabilis, quando senescant sata quaedam aqua. sed neque illa quae laudatur diu praeterquam salici utilis sentitur. inter argumenta stipulae crassitudo est, tanta alioqui in Leborino Campaniae nobili campo, ut ligni vice utantur. sed id

---

1. obversas] *codd. Gel.* obser, *G.* observas, *r.* 8. alunt] *Ianus.* aiunt, *C.* 9. satis, *E.* 16. lubrica, *EG.* 17. pompeianorumque, *E.* 19. praepingue est] *ego.* praepinguis, *E.* praepingues, *r.* 23. procerae] *d.* proceras, *r.* 24. abiete procerius] *d.* ab iste proceries, *r.* at] *D.* aut, *r.* 34. aqua] aquae, *C.* 35. salicis, *C.* 37. is, *E.*

solum ubicumque arduum opere, difficili cultu, bonis suis acrius
paene quam vitiis posset adfligit agricolam. et carbunculus, 29
quae terra ita vocatur, emendari macra videtur. nam tofus
natura friabilis expetitur quoque ab auctoribus. Vergilius et
quae felicem ferat non inprobat vitibus. salsaeque terrae
multa melius creduntur, tutiora a vitiis innascentium animalium.
nec colles opere nudantur, si quis perite fodiat, nec campi
omnes minus solis atque perflatus quam opus sit accipiunt, et
quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus vites. Omnium 14, 23
10 rerum sunt quaedam in alto secreta et suo cuique corde per-
videnda. Quid quod mutantur saepe iudicata quoque et diu 30
conperta? In Thessalia circa Larisam emisso lacu frigidior facta
ea regio est, oleaeque desierunt quae prius fuerant. item vites
aduri, quod non antea, Aenos sensit admoto Hebro, et circa
15 Philippos cultura siccata regio mutavit caeli habitum. at in
Syracusano agro advena cultor elapidato solo perdidit fruges
luto, donec regessit lapides. in Syria levem tenui sulco in-
primunt vomerem, quia subest saxum exurens aestate semina.
Iam in quibusdam locis similis aestus inmodici et frigorum 31
20 effectus. est fertilis Thracia frugum rigore, aestibus Africa et
Aegyptus. in Chalcia Rhodiorum insula locus quidam est in
tantum fecundus ut suo tempore satum demetant hordeum
sublatumque protinus serant et cum aliis frugibus metant. gla-
reosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimum in
25 Baetica. Pucina vina in saxo cocuntur, Caecubae vites in
Pomtinis paludibus madent. tanta est argumentorum ac soli
varietas ac differentia. Caesar Vopiscus, cum causam apud cen- 32
sores ageret, campos Rosiae dixit Italiae sumen esse, in qui-
bus perticas pridie relictas gramen operiret, sed non nisi ad
30 pabulum probantur. non tamen indociles natura nos esse vo-
luit, et vitia confessa fecit etiam ubi bona certa non fecerat.
quamobrem primum crimina dicimus.

5. Terram amaram probaverim: demonstrant eam atrae 33
degeneresque herbae, frigidam autem retorride nata, item uli-
35 ginosam tristia; rubricam oculis argillamque, operi difficillimam
quaequae rastros aut vomeres ingentibus glaebis oneret, quam-

---

3. terrae, *D*². vocatur] *d.* vocantur, *r.* macra] *ego.* vide (ide, *D*². vite, *Ev.*) macra, *Cv.* utetur, *E.* 4. natura] *ego.* satura ac, *C.* 6. tumora, *DG.* a] *om. C.* 7. per id effodiat, *D*². periteffodiat, *r.* 12. conperta] conpraessa, *D.* compressa, *E.* conpressa, *G.* 21. calchia, *DE.* chalchia, *G.* 23. serant] *d.* ferant, *r.* 24. venafrano] *d.* venefrano, *r.* 25. punica, *EG.* 33. eam] *codd. Hard.* eas, *C.* 35. 36. difficillimam quaequae] *ego.* difficillimas quaeque, *Cv.*

quam non quod operi hoc et fructui adversum; item e contrario cineraceam et sabulum album. nam sterilis denso callo fa-
34 cile deprehenditur vel uno ictu cuspidis. Cato breviter atque ex suo more vitia determinat: Terram cariosam cave, neve plaustro neve pecore inpellas. quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari ut paene vestigiis quoque interdicat? redigamus ad ligni cariem, et inveniemus illa quae in tantum abominatur vitia aridae, fistulosae, sca-
35 brae, canentis, exesae, pumicosae. plus dixit una significatione quam possit ulla copia sermonis enarrari. est enim interpretatione vitiorum quaedam — non aetate, quae nulla in ea intellegi potest, sed natura sua — anus terra, et ideo infecun-
36 da ad omnia atque inbecilla. Idem agrum optimum iudicat ab radice montium planitie in meridiem excurrente, qui est totius Italiae situs, terram vero teneram quae vocetur pulla. erit igitur haec optima et operi et satis. intellegere modo libeat dictam mira significatione teneram, et quidquid optari debet in
37 eo vocabulo invenietur. illa temperatae ubertatis, illa mollis facilisque culturae, nec madida nec sitiens. illa post vomerem nitescens, qualem fons ingeniorum Homerus in armis a deo caelatam dixit addiditque miraculum nigrescentis, quamvis fieret ex auro. illa quam recentem exquirunt inprobae alites vomerem comitantes corvique aratoris vestigia ipsa rodentis. Red-
38 datur hoc in loco luxuriae quoque sententia Italica. in propositum certe Cicero, lux doctrinarum altera; Meliora, inquit, unguenta sunt quae terram quam quae crocum sapiunt. hoc enim maluit dixisse quam redolent.
39 ita est profecto, illa erit optima quae unguenta sapiet. quod si admonendi sumus qualis sit terrae odor ille qui quaeritur, contingit saepe etiam quiescente ea sub occasum solis, in quo loco arcus caelestis deiecere capita sua, et cum a siccitate continua immaduit imbre. tunc emittit illum suum halitum divinum ex sole conceptum, cui conparari suavitas nulla possit. is esse commota debebit, repertusque neminem fallet, ac de terra odor optime iudicabit. talis fere est in novalibus caesa

---

2. denso] *ego*. densa, *C*. 4. cariosam] D^2. carior iam, D^1. cariota, *E*. 5. pecores, *D*. 8. abominantur, *E*. abhominantur, *D*. 9. canentis] *Ianus*. canentientis, *d*. canentientes, *r*. exesae] ex se, *C*. 14. ab radice] D^2. ab radicem, D^1. ad radicem, *E*. 14. 15. potius, *C*. 16. satis] *Pint*. satia, *C*. 17. dicta, *C*. 20. a deo] *Sab*. ab eo, *C*. 21. nigrescentis] *Barb*. increscentis, *C*. 24. Italica] *Sillig*. et aliqua, *C*. *dist. Ianus*. 31. deucere, *E*. 33. ex] et, *C*. sole] *d*. solem, *r*. 34. fallet] *d*. fallat, *r*.

vetere silva quae consensu laudatur. Et in frugibus quidem 40
ferendis eadem terra utilior intellegitur quotiens intermissa cultura quievit, quod in vineis non fit, eoque est diligentius eligenda, ne vera existat opinio eorum qui iam Italiae terram
5 existimavere lassam. Operis quidem facultas in aliis generibus 41
constat et caelo, nec potest arari post imbres aliqua, ubertatis vitio lentescens. contra in Byzacio Africae illum centena quinquagena fruge fertilem campum nullis, cum siccum est, arabilem tauris, post imbres vili asello et a parte altera iugi anu
10 vomerem trahente vidimus scindi. terram enim terra emendandi, ut aliqui praecipiunt, super tenuem pingui iniecta aut gracili bibulaque super umidam ac praepinguem, dementia operae est. quid potest sperare qui colit talem?

6. (4.) Alia est ratio quam Britanniae et Galliae invenere 42
15 alendi eam ipsa. e*st* genus quod vocant margam: spissior ubertas in ea intellegitur et quidam terrae adipes ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo. 7. Non omisere et hoc Graeci — quid enim intemptatum illis? — leucargil*l*on vocant candidam argillam qua in Megarico agro
20 utuntur, sed tantum in umida frigidaque terra. Illam Gallias 43
Britanniasque locupletantem cum cura dici convenit. duo genera fuerant. plura nuper exerceri coepta proficientibus ingeniis. est enim alba, r*ufa*, columbina, argillacea, tofacea, harenacea. natura duplex, aspera aut pinguis. experimenta utriusque in
25 manu. usus aeque geminus, ut fruges tantum alant aut eaedem
et pabulum. Fruges alit tofacea. alba, quae sit inter fontes 44
reperta, est ad infinitum fertilis, verum aspe*ro* tractu s*i* nimia iniecta est, exurit solum. proxima est rufa, quae vocatur acaunumarga, intermixto lapide terrae minutae, harenosae. lapis con-
30 tunditur in ipso campo, primisque annis stipula difficulter caeditur propter lapides. inpendio tamen minima levitate dimidio, minoris quam ceterae invehitur. inspergitur rara. sale eam misceri putant. utrumque hoc genus semel iniectum in L annos valet et frugum et pabuli ubertate.

---

6. aliquo, *E.* 8. cum] *d.* eum, *r.* 8. 9. aribile, *E.* 9. iungi anum, *C.* 10. trahentem, *C.* terra, *E.* terra] *d.* terrae, *r.* 10. 11. emendari, *d; sed cf.* § *54.* 11. iniecta] *d.* intecta, *r.* 14. britanniae] *d.* brittannia, *D.* britannia, *E*(?). 15. ipsa. est genus] *Urlichs vind. 307.* ipsae genusque, *C.* 16. quidem, *E.* 19. leucargilion, *E.* leugargilion, *D.* 20. illas, *D.* 23. rufa] rosa, *C.* 25. manu. usus aeque] *ego.* manus usaeque, *D.* manus usu quae, *E.* 26. *dist. ego.* quae] *D.* que, *E.* sit] *E.* si, *D.* 27. aspero] *ego.* aspera, *Cv.* tractu si] *ego.* tractatu si, *Sillig.* tractuus, *D.* tractu, E. 28. 29. acaunomarga, *D.* 33. eam] *d.* ea, *r.*

45 8. Quae pingues esse sentiuntur, ex his praecipua alba.
43 plura eius genera: mordacissimum quod supra diximus. alterum genus albae creta argentaria est. petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis, ore angust*is*, intus ut in metallis spatiante vena. hac maxime Britannia utitur. durat annis LXXX. neque est exemplum ullius qui b*is* in vita h*anc*
46 eidem iniecerit. tertium genus candidae glisomargam vocant. est autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli quam frugum fertilior, ita ut messe sublata ante sementem alteram laetissimum secetur. dum in fruge est, nullum aliud gramen emittit. durat XXX annis. densior iusto Signini modo strangulat solum. Columbinam Galliae suo nomine eglecopalam appellant. glaebis excitatur lapidum modo, sole et gelatione ita solvitur
47 ut tenuissimas bratteas faciat. haec ex aequo fertilis. Harenacea utuntur, si alia non sit, in uliginosis vero et si alia sit. Ubios gentium solos novimus qui fertilissimum agrum colentes quacumque terra infra pedes tres effossa et pedali crassitudine iniecta laetificent. sed ea non diutius annis X prodest. Aedui et Pictones calce uberrimos fecere agros, quae sane et oleis
48 vitibusque utilissima reperitur. Omnis autem marga arato inicienda est. ut medicamentum rapiatur, et fimum desiderat quantulum*cum*que, primo plus aspera et quae in herbas non effunditur. alioquin novitate quaecumque fuerit solum laedet, ne sic quidem primo anno fertilis. interest et quali solo quaeratur. sicca enim umido melior, arido pinguis. temperato alterutra, creta vel columbina, convenit.

49 9. (5.) Transpadanis cineris usus adeo placet, ut anteponant fimo iumentorumque quod levissimum est ob id exurant. utroque tamen pariter non utuntur in eodem arvo, nec in arbustis cinere, nec quasdam ad fruges, ut dicemus. Sunt qui pulvere quoque uvas ali iudicent pubescentesque pulverent et vitium arborumque radicibus adspergant. quod certum est, Narbonensi provinciae et vindemias c*i*rcius sic coqui*t*, plus qu*ia* pulvis ibi quam sol confert.

50 (6.) Fimi plures differentiae, ipsa res antiqua. iam apud Homerum regius senex agrum ita laetificans suis manibus repe-

---

3. argumentaria, *D*. 4. angustur, D^1. angustatur, *r*. 5. durant, *C*. 6. qui bis] quibus, *C*. hunc, *C*. 18. iniecta] *d*. intecta, *r*. 20. aratro, *E*. 20. 21. *dist. ego*. 21. fimum] D^2. fimi, *r*. 22. quantulumcumque] *ego*. quantulumquae, *C*. 25. temperäte, *E*. temporatae, *D*. 28. est] *d*. esse, *r*. 30. dicimus, D^1E. 33. circius] *ego*. *coll*. § *21 et l. 2, 121*. cercius, *D*, certius, *E*. coquit] *ego*. coquid, *D*. coquod, *E*. 33. 34. plus quia] *ego*. plusque, *C*.

ritur. Augeas rex in Graecia excogitasse traditur, divulgasse vero Hercules in Italia, quae regi suo Stercuto Fauni filio ob hoc inventum inmortalitatem tribuit. M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis, quod etiam pabulo boum suum-
5 que magnificat, neque alio cibo celerius pinguescere adseverat. de nostris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuere aviaria, ut ex his agri stercorarentur. Proximum Colu- 51
mella e columbariis, mox gallinariis facit natantium alitum damnato. ceteri auctores consensu humanas dapes ad hoc inprimis
10 advocant. alii ex his praeferunt potuus hominum in cori*ario*rum officinis pilo madefacto, alii per sese aqua iterum largiusque etiam quam cum bibitur admixta. quippe plus ibi mali domandum est, cum ad virus illud vini homo accesserit. haec sunt certamina invicemque ad tellurem quoque alendam utuntur
15 homine. Proxime spurcitias suum laudant, Columella solus 52
damnat. ali cuiuscumque quadripedis ex cytiso, aliqui columbaria praeferunt. proximum deinde caprarum est, ab hoc ovium, dein boum, novissimum iumentorum. Hae fuere apud priscos 53
differentiae, simulque praecepta [non invenio] rettuli utendi,
20 quando et hic vetustas utilior. visumque iam est apud quosdam provincialium in tantum abundante geniali copia pecudum farinae vice cribris superinici, faetore aspectuque temporis viribus in quandam etiam gratiam mutato. nuper repertum oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus. Varro 54
25 praeceptis adicit equino quod sit levissimum segetes alendi, prata vero graviore et quod ex hordeo fiat multasque gignat herbas. quidam etiam bubulo iumentorum praeferunt ovillumque caprino, omnibus vero asininum, quoniam lentissime mandant. e contrario usus adversus utrumque pronuntiat. inter
30 omnes autem constat nihil esse utilius lupini segete priusquam siliquet*ur* aratro vel bidentibus versa manipulisve desectae circa radices arborum ac vitium obrutis. et ubi non sit pecus, culmo ipso vel etiam felice stercorare arbitrantur. Cato: Stercus 55
unde facias, stramenta, lupinum, paleas, fabalia
35 ac frondis iligne*am* querne*am*. Ex segete evellito ebulum, cicutam et circum salicta herbam a*l*tam

---

8. e] *D. om. E.* 10. coriariorum] *Sab.* coriorum *C.* 12. mali] *d.* male, *r.* 13. domandum] *d.* domundus, *D*[1]. domandus, *r.* 15. homine] *Urlichs vind. 312.* homines, *C.* solum, *C.* 18. novissimum] *d.* novissimus, *r.* 19. non invenio] *uncis inclusit Urlichs vind. 313.*
31. siliquet, *D.* siliquae, *E.* versae, *C.* 34. facias] *Pint.* faciat, *C.*
35. ilignеam querneam] *Ianus.* ilignea quernea, *C.* 36. altam] *Klotz ex Cat. r. r. 37, 2.* actam, *C.*

ulvamque. eam substernito ovibus, *bubus*que frondem putidam. Vinea si macra *f*uerit, sarmenta sua comburito et indidem inarato. idemque: Ubi saturus eris frumentum, oves ibi delectato.

56 (7.) Nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia, sicut e contrario cicer, quia vellitur et quia salsum est, hordeum, fenum Graecum, ervum. haec omnia segetem exurunt et omnia quae velluntur. nucleos in segetem ne indideris. Vergilius et lino segetem exuri et avena et papavere arbitratur.

57 (8.) Fimeta sub diu concavo loco et qui umorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo e robore depacto fieri iubent. ita fore ne innascantur his serpentes. Fimum inicere terrae plurimum refert favonio flante ac luna sitiente. id plerique prave intellegunt a favonii ortu faciendum ac Februario mense tantum, cum id pleraque sata aliis postulent mensibus. quocumque tempore facere libeat, curandum ut ab occasu aequinoctiali flante vento fiat lunaque decrescente ac sicca. mirum in modum augetur ubertas effectusque eius observatione tali.

58 10. (9.) Et abunde praedicta ratione caeli ac terrae nunc de his arboribus dicemus quae cura hominum atque arte proveniunt. nec pauciora prope sunt genera. tam benigne naturae gratiam retulimus. aut enim semine proveniunt aut plantis radicis aut propagine aut avolsione aut surculo aut insito in consecto arboris trunco. nam folia palmarum apud Babylonios seri atque ita arborem provenire Trogum credidisse demiror. quaedam autem pluribus generibus seruntur, quaedam omnibus.

59 (10.) Ac pleraque ex his natura ipsa docuit et in primis semen serere, cum decidens exceptumque terra vivesceret. sed quaedam non aliter proveniunt, ut castaneae, iuglandes, caeduis dumtaxat exceptis, et semine autem quamquam dissimilia ea quoque quae aliis modis seruntur, ut vites et mala atque pira. namque his pro semine nucleus, non ut supra dictis fructus ipse. et mespila semine nasci possunt. omnia haec tarda pro-

---

1. bubusque] *Sillig ex Cat. l. l.* que, *C.* 2. fuerit] *Sillig coni.* uerit, *C.* 5. et] *d.* est, *r.* 9. nucleos] *d.* nucleus, *D.* nucleum, *E.* 12. stramenta, *E.* 21. et] *om. D.* 22. dicimus, *D*¹*E.* 25. insito in] *d.* insito aut, *r.* 27. provenire trogum] *E*². provenire trogum devenisse, *E*¹. proveniret, *D.* 32. iuglandes] *E.* ut glandes, *D.* 33. dumtaxaret, *C.* et] *D.* e, *E.* dissimilia] *ego coll. Theophr. h. pl. 2, 2, 4.* dissimili, *C.*

ventu ac degenerantia et insito restituenda, interdumque etiam castaneae.

(11.) Quibusdam natura contra omnino non degenerandi 60
quoquo modo seruntur, ut cupressis, palmae, lauris. namque
5 et laurus pluribus modis seritur. genera eius diximus. ex his 15,127 sqq.
augusta et bacalis et tinus simili modo seruntur. bacae mense
Ianuario aquilonis adflatu siccatae leguntur expandunturque
rarae, ne calefiant acervo. postea quidam fimo ad satum prae-
paratas urina madefaciunt, alii in qualo pedibus in profluente 61
10 deculcant, donec auferatur cutis, quae alioqui uligine infestatur
nec panditur. in sulco repastinato palmi altitudine vicenae
fere acervatim mense Martio, eaedem et propagine seruntur,
triumphalis talea tantum. Myrti genera omnia in Campania 62
bacis seruntur, Romae propagine. Tarentinam Democritus et
15 alio modo seri docet, grandissimis bacarum tusis leviter, ne
grana frangantur, ea quae intrita reste circumlini atque ita
seri. parietem fore densitate, ex quo virgulae differantur.
Sic et spinas saepis causa serunt tomice moris spinarum
circumlita. pilas autem laurus et myrti inopia a trimatu tempe-
20 stivom est transferre. Inter ea quae semine seruntur Mago in 63
nucibus operosus est. amygdalam in argilla molli meridiem
spectante seri iubet; gaudere et dura calidaque terra, in pingui
aut umida mori aut sterilescere; serendas quam maxime fal-
catas et e novella fimoque diluto maceratas per triduum aut
25 pridie quam serantur aqua mulsa; mucrone defigi, aciem lateris
in aquilonem spectare; ternas simul serendas triangula ratione
palmam inter se distantes; denis diebus adaquari donec gran-
descant. Iuglandes nuces porrectae seruntur commissuris iacen- 64
tibus, pineae nucleis septenis fere in ollas perforatas abditis aut
30 ut laurus quae bacis seritur. citrea grano et propagine, sorba
semine et a radice planta et avolsione proveniunt, sed illa in
calidis, sorba in frigidis et umidis.

(12.) Natura et plantaria demonstravit multarum radici- 65
bus pullulante subole densa et pariente matre quas necet. eius

---

1. interdum, *E*. 4. quoquo] *d.* quo, *r.* seruntur] *Sillig.* servantur, *C.* 6. tpinus, *E*[1]. pinus *r.* 8. fumo, *C.* satu, *C.* 9. ad urina, *D.* ad urinam, *E.* 10. quae] *D. om. E.* infestatur] *ego.* infestat, *Cv.* 11. panditur] *ego.* patitur, *C.* patitur nasci, *v.* repastinati, *C.* 14. Tarentinam] *Pint.* tarentina, *C.* 16. ea quae] *ego.* eaque, *Cv.* 17. pariete, *E.* densitate] *ego.* densitates, *D.* densitatis, *E.* 18. saepe, *D.* sepe, *E.* 20. magno, *C.* 21. amygdalam] *d.* amygdala, *E.* amigdala, *D.* 27. palmam] *ego.* palmas, *C.* 28. commissuris] *d.* commissura, *r.* 29. abditis] *ego.* additis, *C.* 31. aversione, *C.* 33. demonstravit] *d.* demonstravi, *r.*

quippe umbra turba indigesta premitur, ut in lauris, punicis,
platanis, cerasis, prunis. pauc*a*rum in hoc genere rami par-
cunt suboli, ut ulmorum palmarumque. nullis vero tales pul-
luli proveniunt nisi quarum radices amore solis atque imbris
66 in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est 5
in sua locari sed prius nutrici dari atque in seminariis adoles-
cere iterumque migrare, qui transitus mirum in modum mitigat
etiam silvestres, sive arborum quoque ut hominum natura novi-
tatis ac peregrinationis avida est, sive discedentes virus relincunt
mansuescunt*que* tractatu ceu ferae, dum radici avellitur planta. 10

(13.) Et aliud genus simile monstravit avolsique arboribus
67 stolones vixere, quo in genere et cum perna sua avelluntur
partemque aliquam e matris quoque corpore auferant secum
fimbriato corpore. hoc modo plantantur punicae, coryli, mali,
sorbi, mespilae, fraxini, fici in primisque vites. cotoneum ita 15
satum degenerat. Ex eodem inventum est surculos abscisos
68 serere. hoc primo saepis causa factum, sabucis, cotoneo et
rubis depactis, mox et culturae, ut populis, alnis, salici, quae
vel inverso surculo seritur. iam hae ibi disponuntur ubi libeat
esse eas, quamobrem seminarii curam ante convenit dici quam 20
transeatur ad alia genera.

69 (14.) Namque ad id praecipuum eligi solum refert, quon-
iam nutricem indulgentiorem esse quam matrem saepe convenit.
sit ergo siccum sucosumque, bipalio subactum, advenis hospi-
tale et quam simillimum terrae in quam transferendae sint, 25
ante omnia elapidatum munitumque ab insursu etiam gallinacei
generis, quam minime rimosum, ne penetrans sol exurat fibras.
70 intervallo sesquipedum seri, nam si inter se contingant, praeter
alia vitia etiam verminosa fiunt. ideo sariri convenit saepius
herbasque evelli, praeterea semina ipsa fruticantia supputare ac 30
71 falcem pati consuescere. Cato et furcis crates inponi iubet
altitudine hominis ad solem recipiendum atque integi culmo
ad frigora arcenda. sic pirorum malorumque semina nutriri,
sic pineas nuces, sic cupressos semine satas et ipsas. minimis
72 id granis constat, vix ut perspici quaedam possint, non omit- 35
tendo naturae miraculo e tam parvo gigni arbores tanto maiore
tritici et hordei grano, ne quis fabam reputet. quid simile

---

1. ingesta, *E*. 2. paucarum] *Urlichs vind. 314*. paucorum, *C*. 3. 4. pilluli, *E*. 6. locari] *cod. Tol.* iocati, *C*. nutrici] *d*. nutrisci, *D*. nutricis, *E*. 10. mansuescunt ceu, *C*. 12. et] *codd. Gel.* ut, *C*. 18. quae] *d*. aquae, *r*. 19. hae ibi] haec ibi, *E*. helbi, *D*. 20. quamquam, *C*. 26. ad incursum, *E*. 29. alia] D^2. aha, D^1. ea ali, *E*. ideo] *om. D*. 35. 36. omittendum, *E*. 36. miraculum, *E*. e tam] etiam, *C*.

origini suae habent malorum pirorumque semina? his principiis respuentem securis materiem nasci, indomita ponderibus inmensis prela, arboris velis, turribus murisque inpellendis arietis? haec est naturae *vis*, haec potentia. super omnia erit e lacrima
5 nasci aliquid, ut suo loco dicemus. Ergo e cupresso femina 19, 162 21, 24 73
— mas enim, ut diximus, non gignit — pilulae collectae (16,211)
quibus docui mensibus siccantur sole, ruptaeque emittunt 60.
semen formicis mire expetitum, ampliato etiam miraculo tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. seritur
10 Aprili mense, area aequata cylindris aut *volgiolis*, densum,
terraque cribris superincernitur pollicis crassitudine. Contra 74
maius pondus attollere se non valet torqueturque sub terra.
ob hoc et pavitur vestigiis. leviter rigatur a solis occasu in
trinis diebus, ut aequaliter bibat, donec erumpant. differuntur
15 post annum dodrantali filo, custodita temperie ut viridi caelo
serantur ac sine aura. mirumque dictu, periculum eo tantum
die est, si roravit quantulumcumque imbrem, aut si adflavit.
de reliquo tutae sunt perpetua securitate aquasque postea
odere. Et zizipha grano seruntur Aprili mense. tubures me- 75
20 lius inseruntur in pruno silvestri et malo cotone*o* et in cala-
brice. ea est spina silvestris. quaecumque optime et myxas
recipit, utiliter et sorbos. 11. Plantas ex seminario transferre
in aliud priusquam suo loco ponantur operose praecipi arbitror,
licet translatione folia latiora fieri spondeant.
25 (15.) Ulmorum, priusquam foliis vestiantur, samara col- 76
ligenda est circa Martias kalendas, cum flavescere incipit. dein
biduo in umbra siccata serenda, densa in refracto, terra super
minuta incribrata, crassitudine quae in cupressis. pluviae si
non adiuvent, rigandum. differendae ex arearum venis post an-
30 num in ulmaria intervallo pedali in quamque partem. Maritas 77
ulmos autumno serere utilius, quia carent semine; nam et *eae*
plantis seruntur. in arbustum quinquennes sub urbe transferunt aut, ut quibusdam placet, quae vicenum pedum esse
coeperunt, sulco qui novenarius dicitur altitudine pedum trium,
35 pari latitudine, et eo amplius circa positas pedes terni undique

3. prela] *d.* preda, *E.* praeda, *D.* 4. hoc, *E.* naturae vis] natura eius, *C.* 10. volgiolis] *Hard.* vulvo alis, *D.* vulgivalis, E^1. valgivalis, E^2. 11. supercernitur, *E.* 12 maius] D^2. mans, D^1. immane, *E.* 13. patitur, *E.* rigatur] *d.* ligatur, *E.* 17. quantulacumque imbres, *D.* 19. odere] E^1, odore, E^2, videre *D.* tubes, E^2. tubescere, E^1. 20. cotones, *E.* cotinne, *D.* et] *om.* *E.* 21. quacumque, *E.* 23. in] *d.* m, *D.* *om.* *E.* 27. arefacta, *d.* refacto, *r.* 29. deferendae, *E.* 31. carente, *C.* et eae] *ego.* ut e, *C.* 34. sq. *dist.* *ego.* 35. latitudine] altitudine, *C.* terni] D^2. sterni, *r.*

e solido adaggerantur. arulas id vocant in Campania. Intervalla ex loci natura sumuntur. rariores serendas in campestribus convenit. Populos et fraxinos, quia festinantius germinant, disponi
78 quoque maturius convenit, hoc est ab idibus Februariis, plantis et ipsas nascentis. In disponendis arboribus arbustisque ac vineis 5 quincuncialis ordinum ratio vulgata et necessaria, non perflatu modo utilis verum et aspectu grata, quoquo modo intueare in ordinem se porrigente versu. Populos eadem ratio semine quae ulmos serendi, transferendi quoque e seminariis eadem et silvis.

(16.) Ante omnia igitur in similem transferri terram aut 10
79 meliorem oportet, nec ex tepidis aut praecocibus in frigidos aut serotinos situs; ut neque ex his in illos, praefodere scrobis ante, si fieri possit, tanto prius donec pingui caespite obducantur. Mago ante annum iubet, ut solem pluviasque con-
80 bibant, aut, si id condicio largita non sit, ignes in mediis fieri 15 ante menses duos, nec nisi post imbres in his seri, altitudinem eorum in argilloso aut duro solo trium cubitorum esse in quamque partem, in pronis palmo amplius, et ubique caminata fossura ore conpressiores sint, nigra vero terra duo cubita et palmum quadratis angulis eadem mensura. Graeci auctores 20 consentiunt non altiores quino semipede esse debere — nec latiores duobus pedibus, nusquam vero semisquipede minus altos —, quoniam in umido solo ad vicina aquae perveniat. Cato, si locus aquosus sit, latos pedes ternos in faucibus imos-
81 que palmum et pedem, altitudine quattuor pedum, eos lapide 25 consterni aut, si non sit, perticis salignis viridibus, si neque hae sint, sarmentis, ita ut in altitudinem semipes detrahatur. nobis adiciendum videtur ex praedicta arborum natura ut altius demittantur ea quae summa tellure gaudent, tamquam fraxinus, olea. haec et similia quaternos pedes oportet demitti. ceteris 30 altitudinis pedes terni suffecerint. * * Excide radicem, inquit, istam, Papirius Cursor imperator, ad terrorem Praenestinorum praetoris destringi securi iussa. et est innoxium

---

2. ex loci] sex luci, *C.* rariores] *d.* aridiores, *D*². ariores, *r.* 3. populus, *D*²*E.* fraxinos] *d.* fraxinus, *r.* 6. quincunculis, *d.* quisuncalis, *E.* quinsonoalis, *D.* 7. quoquo] *d.* que quo, *r.* 8. populos] *d.* populus, *r.* semina, *C.* quae] *d.* qua, *r.* 12. aut] *d.* et, *r.* his] *d.* iit, *r.* 13. prius] *om. D.* 15. medios, *E.* 18. pronis] *Hard.* pruinis, *C.* 20. *dist. Ianus.* 22. semisquipede] *d.* semis quipedem, *r.* 23. aquae] *d.* quae, *D.* quaeque, *E.* 24. latos] *codd. Gel.* latus, *C.* imisque, *E.* 27. altitudine, *E.* altitudini, *D.* semipes] *Ianus.* semipe, *C.* 28. adiuvendum, *C.* 29. ea] *d.* a, *r.* 30. oporteat, *D.* dimitti, E. 31. terni suffecerint] *ego.* ternis effecerint, *C.* *laç. indicavit Sillig.* 33. securi iussa. et est] *Ianus.* securius sed est, *D*².

adradi partes quae se nudaverint. Testas *aliqui*, aliqui lapides 82
rotundos subici malunt qui et contineant umorem et transmittant, non item planos facere et a terreno arcere radicem existimantes. glarea substrata inter utramque sententiam fuerit.
5 Arborem nec minorem bima nec maiorem trima transferre qui- 83
dam praecipiunt, alii cum manum conpleat, Cato crassiorem quinque digitis. Non omisisset idem, si attineret, meridianam caeli partem signare in cortice, ut translat*ae* isdem et adsuetis statuerentur horis, ne aquiloniae meridianis oppositae solibus
10 finderentur, et algerent meridianae aquilonibus. quod e diverso 84
adfectant etiam quidam in vite ficoque, permutantes in contrarium. densiores enim folio ita fieri magisque protegere fructum et minus amittere, ficumque sic etiam scansilem fieri. plerique id demum cavent ut plaga deputati cacuminis meri-
15 diem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. id quidem 85
in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim. Aeque latet non neglegendum ne radices mora inarescant neve a septentrionibus aut ab ea parte caeli usque ad exortum brumalem vento flante effodiantur arbores, aut certe non adversae
20 his ventis radices praebeantur, propter quod emoriuntur ignaris
causae agricolis. Cato omnes ventos et imbrem quoque in 86
tota translatione damnat. Et ad haec proderit quam plurimum terrae in qua vixerint radicibus cohaerere ac totas caespite circumligari, cum ob id Cato in corbibus transferri iubeat,
25 procul dubio utilissime, qu*i* idem summam terram contentus est subdi. Quidam punicis malis substrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt. radices inflexas poni melius. arborem ipsam ita locari ut media sit totius scrobis necessarium. Ficus si in scilla — bulborum hoc genus est — sera- 87
30 tur, ocissime ferre traditur pomum neque vermiculationi obnoxium, quo vitio carent reliqua poma similiter sata. radicum eius magnam adhibendam curam, ut exemptas appareat, non evolsas, quis dubitet? qua ratione et reliqua confessa omittimus, sicuti terram circa radices festuca cospissandam, quod
35 Cato primum in ea re esse censet, plagam quoque a trunco oblini fimo et foliis praeligari praecipiens.

---

securius se testi, *r*. 1. abradi, *d*. aliqui] *Ianus. om. C.* 4. gloria, *D*. 6. annum *d*. 7. attineret] *codd. Gel.* abstineret, *C*. 8. translatae] *Sillig.* translat, *C*. 9. statuerentur] *cod. Tol.* statueretur, *C*. horis] *d*. oris, *r*. 13. ficumque] *d*. ficumve, *r*. 17. a] *om. D*. 25. qui idem] *ego.* quidem, *C*. 29. si in scilla] *cod. Tol.* in ficilia, D^1. in sicilia, *r*. est seratur] *d*. esse ratur, *E*. seratur, *D*. 33. confesse, *E*. 34. festuca conspissandam, *Pint.* festugato (fistucato, *d*.) spissandam, C.

88 12. (17.) Huius loci pars est ad intervalla pertinens: quidam punicas et myrtos et lauros densiores seri iusserunt, in pedibus tamen novenis, malos amplius paulo, vel magis etiam piros magisque amygdalas et ficos, quo*d* iam optime diiudica*b*it ramorum amplitudinis ratio locorumque et umbrae cuiusque arboris, quoniam has quoque observari oportet. breves sunt quamvis magnarum arborum ram*i*s in orbem circinat*i*s, ut in malis pirisque, eaedem enormes cerasis, lauris.

89 (18.) Iam quaedam umbrarum proprietas: iuglandum gravis et noxia, etiam capiti humano omnibusque iuxta satis. necat gramina et pinus, sed ventis utraque resistit, quoniam et pro*i*ecta vinearum ratione a*u*gent stilicidia. pinus, quercus, ilicis ponderosissima, nullum cupressi, umbra minima et in se convoluta. ficorum levis, quamvis sparsa, ideoque inter vineas 90 seri non vetentur. ulmorum lenis, etiam nutriens, quacumque opacat. Attico haec quoque videtur e gravissimis, nec dubito, si emittantur in ramos. constrictae quidem illius noxiam esse non arbitror. iucunda et platani, quamquam crassa. licet gramini credere, non soli alia laetius operiente toro*s*. populo 91 nulla ludentibus foliis, pinguis alno, sed pascens sata. vitis sibi sufficit, mobili folio iactatuque crebro solem umbra temperans, eodem gravi protegens in imbre. omnium fere levis umbra quorum pediculi longi. non fastidienda haec quoque scientia, atque non in ultumis ponenda, quando satis quibusque umbra aut nutrix aut noverca est. iuglandum quidem pinorumque et picearum et abietis quaecumque attingere non dubie venenum.

92 (19.) Stilicidii brevis definitio est. omnium quae proiectu frondis ita defenduntur ut per ipsas non defluant imbres, stilla saeva est. ergo plurimum intererit hac in quaestione, terra in qua seremus in quantum arbores quasque alat. iam per se colles minora quaerunt intervalla. ventosis locis crebriores 93 seri conducit. olea tamen maximo intervallo, de qua Catonis Italica sententia est in XXV pedibus, plurimum XXX seri. sed hoc variatur locorum natura. non alia maior in Baetica arbor. in Africa vero — fides penes auctores erit — miliarias vocari multas narrant a pondere olei quod ferant annuo proventu.

---

4. ficus, *DE*[2]. quod iam] *ego*. qm̄, *D*. quo, *E*. 5. diiudicavit, *C*. 7. ramis] *ego*. ramos, *C*. circinatis] *ego*. circinat, *D*[2]. cercinat, *D*[1]. cercineat, *E*. 8. eadem, E. 12. protecta, *C*. augent] *ego*. aegent, *C*. *dist. ego*. 13. nulla compraessi, *D*[2]. 17. ullius, *DE*[2]. 19. gramina, *E*. operienti, *E* torus *C*. 34. plurimum] minimum plurimum, *d*. 35. alia] *d*. alio, *r*.

ideo LXXV pedes Mago intervallo dedit undique aut in macro solo ac duro atque ventoso, cum minimum, XLV. Baetica 94 quidem uberrimas messes inter oleas metit. illam inscientiam pudendam esse co*nve*niet adultas interlucare iusto plus et in 5 senectam praecipitare aut, ut plerumque ipsis qui posuere coarguentibus imperitiam suam, totas excidere. nihil est *foe*dius agricolis quam *ge*stae rei po*eni*tentia, multo iam ut praestet laxitate delinquere.

13. (20.) Quaedam autem natura tarde crescunt, et in 95 10 primis semine tantum nascentia et longo aevo durantia. at quae cito occidunt velocia sunt, ut ficus, punica, prunus, malus, pirus, myrtus, salix, et tamen antecedunt divitis. in trimatu enim ferre incipi*unt* ostendentes et ante. ex his lentissima est pirus, ocissima omnium cypirus et pseudoc*y*pirus fru- 15 tex. protinus enim floret semenque perfert. omnia vero celerius adolescunt stolonibus ablatis unamque in stirpem redactis alimentis.

(21.) Eadem natura et propagines docuit. rubi namque 96 curvati gracilitate et simul proceritate nimia defigunt rursus 20 in terram capita iterumque nascuntur ex sese repleturi omnia, ni resistat cultura, prorsus ut possint videri homines terrae causa geniti. ita pessima atque execranda res propaginem tamen docuit ac viviradicem. eadem autem natura et *h*ederis. Cato propagari praeter vitem tradit ficum, oleam, 25 punicam, malorum genera omnia, laurus, pruna, myrtum, nuces abellanas et Praenestinas, platanum. Propaginum duo 97 genera: ramo ab arbore depresso in scrobem quattuor pedum quoquo et post biennium amputato flexu plantaque translata post trimatum, quas si longius ferre libeat, in qualis statim 30 aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, ut in his transferantur. alterum genus luxuriosius, in ipsa arbore 98 radices sollicitando traiectis per vasa fictilia vel qualos ramis terraque circumfartis, atque hoc blandimento inpetratis radicibus inter poma ipsa et cacumina — in summa etenim cacu- 35 mina hoc modo petuntur — audaci ingenio arborem aliam

---

4. comvehi et, D^2. cum vehi et, *r*. interlucare] *codd. Gel.* interluctare, *C*. 7. fidius, *C*. castae, *C*. potentia, *C*. 8. laxitate] *d*. laxitati, *r*. delingere, *D*. 9. naturae, D^2. natorae, D^1. 12. pirus] *d*. pinus, *r*. 13. incipit, *C*. ostendentes et ante] *d*. ostendens stante, *r*. 14. pseudocapirius, *C*. 23. viviradicem] *cod. Tol.* viriradicem, *D*. viridem radicem, *E*. nature (natura, D^2.) tederis, *C*. 25. pruna] *Ianus*. prunam, *C*. syrtus, *D*. 28. quoquo] *d*. quoque, *r*. ennium, D^1E. 29. quas] *d*. qua, *r*. 31. luxoriosum, *E*. 33. circumfartis] d. circumpartis, *r*.

longe a tellure faciendi, eodem quo supra biennii spatio abscisa propagine et cum quasillis sata. Sabina herba propagine seritur et avolsione. tradunt faece vini aut e parietibus latere tuso mire ali. iisdem modis rosmarinum seritur et ramo, quoniam neutri semen, rhododendrum propagine et semine.

99 14. (22.) Semine quoque inserere natura docuit raptim avium fame devorato solidoque et alvi tepore madido cum fecundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis et ventis saepe translato in aliquas corticum rimas, unde vidimus cerasum in salice, platanum in lauru, laurum in ceraso et bacas simul discolores. tradunt et monedulam condentem semina in thensauros cavernarum eiusdem rei praebere causas.

100 (23.) Hinc nata inoculatio sutoriae simili fistula aperiendi in arbore oculum cortice exciso semenque includendi eadem fistula sublatum ex alia. in ficis *autem* et malis haec fuit inoculatio antiqua. Vergiliana quaerit sinum in nodo gem*mae* expulsi corticis gemmamque ex alia arbore includit. et hac-
101 tenus natura ipsa docuit, (24.) insitionem autem casus, magister alius et paene numerosior, ad hunc modum: agricola sedulus casam saepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen subdidit ex hedera. at illae vivaci morsu adprehensae suam ex alieno fecere vitam apparuitque truncum esse pro terra. aufertur ergo serra aequaliter su-
102 perficies, levigatur falce truncus. ratio postea duplex, et prima inter corticem lignumque inserendi. timebant prisci truncum findere, mox inforare ausi medio ipsique in eo medullae calamum inprimebant, unum inserentes, neque enim plures capiebat medulla, subtilior postea ratio vel senos — adici mortalitati eorum et numero — per media trunco leniter fisso cuneoque tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisus
103 descendat in rimam calamus. Multa in hoc servanda: primum omnium, quae patiatur coitum talem arbor et cuius arboris. varie quoque et non isdem in partibus subest omnibus sucus. vitibus ficisque media sicciora et e summa parte conceptus. ideo illinc surculi petuntur. oleis circa media sucus, inde et sur-
104 culi; cacumina sitiunt. facillime coalescunt quibus eadem corticis natura quaeque pariter florentia eiusdem horae cogna-

---

2. qua illis, *D.* 10. venti, *E.* veti, *D.* 11. lauru] *D.* lauro, *E.* 16. autem] hoc, *C.* (*id erat* ĩ=autem *in codd. antiquioribus.*) 17. gemmae] gemine, *D.* germine, *E.* 27. inperare, *D.* ausi] *d.* aut si, *r.* 29. *sq. dist. ego.* 35. sicciore, *C.* 36. medias, *D.* surculis, *C.* 38. gignationem, *E.*

tionem sucorumque societatem habent. lenta res est, quotiens umidis repugnant sicca, mollibus corticum duri. reliqua observatio, ne fissura in nodo fiat — repudiat quippe advenam inhospitalis duritia, — ut in parte nitidissima, ne longior
5 multo tribus digitis, ne obliqua, ne tralucens. Vergilius e 105
cacumine inseri vetat, certumque est ab umeris arborum orientem aestivom spectantibus surculos petendos, et e feracibus et e germine novello, nisi vetustae arbori inserantur — ii enim robustiores esse debent — praeterea ut praegnates,
10 hoc est gem*m*atione turgentes et qui parere illo speraverint
anno, bimi utique nec tenuiores digito minimo. inseruntur 106
autem et inversi, cum id agitur ut minor altitudo in latitudinem se fundat. ante omnia gemmantes nitere conveniet. nihil usquam ulcerosum aut retorridum spei favet. medulla calami
15 commissurae in matre ligni corticisque iungatur, id enim satius quam foris cortici aequari. calami exacutio medullam ne nudet, tamen tenui fistula detegat. fastigatio levi descendat cuneo tribus non ampliore digitis, quod facillime contingit tinctum aqua radentibus. ne exacuatur in vento, ne cortex 107
20 a ligno decedat alterutri. calamus ad corticem usque suum deprimatur. ne luxetur, dum *de*primitur, neve cortex replicetur in rugas. ideo lacrimantes calamos inseri non oportet, non, Hercules, magis quam aridos, quia illo modo labat umore nimio cortex, hoc vitali defectu non umescit neque concor-
25 poratur. id etiam religionis servant, ut luna crescente, ut cala- 108
mus utraque deprimatur manu. et alioqui hoc in opere duae simul manus minus nituntur, necessario temperamento. validius demissi tardius ferunt, fortius durant, contraria ex diverso. ne hiscat nimium rima laxeque capiat, aut ne parum, *ut* expri-
30 mat aut conpressum necet — hoc maxime cavendum in prae-
valide accipientis trunco — in media fissura relinquant. quidam 109
vestigio fissurae falce in truncis facto salice praeligant marginem ipsum, postea cuneo findunt continente vinculo libertatem dehiscendi. quaedam in plantario insita eodem die
35 transferuntur. si crassior truncus inseratur, inter corticem

---

1. est] *om. D.* 8. vetustae] *d.* vetustate, *r.* arboris, *D.* 9. ii] *E*². id, *r.* 10. geminatione, *C.* 12. latitudinem] altitudinem, *C.* 13. *sqq. dist. ego.* 14. aut retorridum] auctore torridum, *C.* 16. cortici] *d.* corticis, *r.* 18. cuneo] *d.* cum eo, *r.* 19. exacuatur] *codd. Gel.* exaquatur, *C.* 21. reprimitur, *C.* 24. 25. concorporat, *E.* 29. rima] prima, *C.* ut] *ego.* et, *C.* 31. quidem, *E.* 32. falce] *d.* falcem, *r.* 33. cuneo] *Ianus.* cuneos, *C.* 34. plantatio, *C.* 35. in, *D.*

et lignum inseri melius, cuneo optime osseo cortice rumpatur
110 laxato. Cerasi libro dempto finduntur. hae solae et post
brumam inseruntur. dempto libro habent veluti lanuginem,
quae si conprehendit insitum putrefacit. incolume cuneo ad-
actum utilissime adstringitur. inserere aptissimum quam proxime 5
terrae patiatur nodorum truncique ratio. eminere calami sex
111 digitorum longitudine non amplius debent. Cato argillae vel
cretae harenam fimumque bubulum admiscet atque ita usque
ad lentorem subigi iubet idque interponi et circumlini. ex iis
quae commentatus est facile apparet illa aetate inter lignum 10
et corticem nec alio modo inserere solitos aut ultra latitudinem
duum digitorum calamos demittere. inseri autem praecipit pira
ac mala per ver et post solstitium diebus L *et* post vindemiam,
112 oleas autem et ficos per ver tantum, luna sitiente, [hoc est
sicca] praeterea post meridiem ac sine vento austro. mirum 15
111 quod non contentus insitum munisse, ut dictum est, et caespite
ab imbre frigoribusque protexisse ac mollibus bifidorum vimi-
num fasc*ii*s, lingua bubula — herbae id genus est — insuper
optegi iubet eamque inligari opertam stramentis. nunc abunde
arbitrantur paleato luto fasc*ia*re libro duos digitos insito ex- 20
113 stante. Verno inserentes tempus urguet, incitantibus se gem-
mis praeterquam in olea, cuius diutissime oculi parturiunt, mi-
nimumque suci habet sub cortice, qui nimius insitis nocet.
punica vero et ficum qua*e*que alia sicca sunt recrastinare mi-
114 nime utile. pirum vel florentem inserere licet et in Maium 25
quoque mensem protendere insitiones. Quod si longius adfe-
rantur pomorum calami, rapo infixo*s* optime custodire sucum
arbitrantur, servari inter duos imbrices iuxta rivos vel piscinas
utrimque terra obstructos, 15. vitium vero in scrobibus siccis
stramento opertos ac deinde terra obrutos, ut cacumine ex- 30
stent.

115 (25.) Cato vitem tribus modis inserit: praesectam findi
106 iubet per medullam, in eam surculos exacutos, ut dictum est,
addi, medullas iungi. altero, si inter se vites contingant, utriusque in obliquum latere contrario adraso iunctis medullis colli- 35
gari. tertium genus est terebrare vitem in obliquum ad me-

---

2. finduntur] *d.* funduntur, *r.* 4. putrefacit] *d.* putrefacito, *r.* 6. sex] *d.* se, *D.* se ī, *E.* 12. demittere] *d.* dimittere, *r.* 13. L et] L, *C.* 14. 15. hoc est sicca] *uncis inclusi.* 18. fasciis] *Iānus.* fasces, *C.* 20. fasciare] *Iānus.* farcire, *C.* 24. quaeque] *Broterius.* quamque, *C.* 27. infixo, *C.* 30. exstent] *Dukerus ad Liv. 42, 2.* existent, *C.* 34. iungi. altero si] *d.* iunci. alteros, *r.* 35. adrasa, *C.*

dullam calamosque addere longos pedes binos atque ita ligatum
insitum intritaque inlitum operire terra calamis subrectis. nostra 116
aetas correxit ut Gallica uteretur terebra quae excavat nec urit,
quoniam adustio omnis hebetat, atque ut gemmascere incipiens
5 eligeretur calamus, nec plus quam binis ab insito emineret ocu-
lis, vimine alligato bina circumdarentur, acie a duabus partibus,
ut inde potius destillaret mucor qui maxime vites infestat, dein
cum evaluissent flagella pedes binos, vinculum insiti incideretur,
ubertate crassitudine permissa. Vitibus inserendis tempus de- 117
10 dere ab aequinoctio autumno ad germinationis initia. Sativae
plantae silvestrium radicibus inseruntur natura siccioribus. si
sativae silvestribus inserantur, degenerant in feritatem. Reliqua
caelo constant. aptissima insitis siccitas. huius enim *in* re-
medium adpositis fictilibus vasis modicus umor per cinerem
15 destillat. inoculatio rores amat lenes.

16. (26.) Emplastratio et ipsa ex inoculatione nata videri 118
potest, crasso autem maxime cortici convenit, sicut est ficis.
ergo amputatis omnibus ramis, ne sucum avocent, nitidissima
in parte quaque praecipua cernatur hilaritas, exempta scutula
20 ita ne descendat ultra corticem ferrum, inprimitur ex alia cor-
tex par cum sui germinis mamma, sic conpage densata ut ci-
catrici locus non sit et statim fiat unitas, nec umorem nec
adflatum recipiens; nihilominus tamen et luto munire et vin-
culo melius. Hoc genus non pridem repertum volunt qui novis 119
25 moribus favent, sed etiam et apud veteres Graecos invenitur et
apud Catonem, qui oleam ficumque sic inseri iussit mensura
etiam praefinita secundum reliquam diligentiam suam, corticis
scalpro excidi quattuor digitorum longitudinem et trium latitu-
dinem atque ita coagmentari et illa sua intrita obli*ni*, eadem
30 ratione *ut* in malo. Quidam huic generi miscuere fissuram in
vitibus, exempta cortici tessella, a latere *calamo* adigendo. Tot 120
modis insitam arborem vidimus iuxta Tiburtes tul*lio*s omni ge-
nere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio bacis, aliunde
vite, piris, ficis, punicis malorumque generibus. sed huic brevis
35 fuit vita. nec tamen *per* omnia experimentis adsequi naturam

5. eligeretur] *ego.* ligatur, *C.* 6. vimine] *ego.* ulmi vimine, *C.* 8. flagella] *d.* flagelli, *r.* 12. feritatem] *d.* feritate, *r.* 13. siccitas] *d.* siccatas, *r.* 13. in] *ego. om. C.* 16. Emplastratio] *Huetius.* Emplastri, *D.* emplasti ratio, *E.* ex] *om. E.* 17. cortice, *E.* ficus, *D.* 19. cernatur] *d.* certatur, *r.* 21. mammas, *C.* 28. longitudine, *E.* latitudine, *E.* 29. obliti, *E.* oblita, *D.* 30. ut] *ego.* et, *C.* 31. calamo] *ego.* plano, *C.* 32. tullios] *O. Iahnius in bull. dell' inst. arch. 1840, p. 12.* thulias, *C.* 35. per] *Sillig. om. C.*

possumus. quaedam enim nasci nisi sponte nullo modo queunt,
121 eaque inmitibus tantum et desertis locis proveniunt. capacissima insitorum omnium ducitur platanus, postea robur, verum utraque sapores corrumpit. quaedam omni genere inseruntur, ut ficus, ut punicae. vitis non recipit emplastra, nec quibus tenuis aut caducus rimosusque cortex, neque inoculationem siccae aut umoris exigui. fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio, sed utraque infirmissima. et quae cortice tantum nituntur vel levi aura ocissime deplantantur. inserere firmissimum et fecundius quam serere.

122 17. Non est omittenda raritas unius exempli. Corellius eques Romanus Ateste genitus insevit castaneam suomet ipsam surculo in Neapolitano agro. sic facta est castanea quae ab eo nomen accepit inter laudatas. postea *Tereus* eiusdem libertus Corellianam iterum insevit. haec est inter eas differentia: illa copiosior, haec Tereiana melior.

123 (27.) Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit ac defractos serere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent. multa sic seruntur inprimisque ficus omnibus aliis modis nascens praeterquam tale*a*, optime quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite eoque ipso harena cooperto. ramo seruntur et punica, palis laxato prius meatu, item myrtus, omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus bracchiali, cortice diligenter servato, trunco exacuto.

124 (28.) Myrtus et taleis seritur, morus talea tantum, quoniam in ulmo eam inseri religio fulgurum prohibet. quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Servandum in eo ante omnia ut taleae ex feracibus fiant arboribus, ne curvae, neve scabrae aut bifurcae *et* tenuiores quam ut manum impleant, ne minores pedalibus, ut inlibato cortice atque ut sectura inferior ponatur semper et quod erit ab radice, adcumeleturque germinatio terra, donec robur planta capiat.

125 18. (29.) Quae custodienda in olearum cura Cato iudicaverit, ipsius verbis optime praecipiemus: T a l e a s o l e a g i n e a s q u a s i n s c r o b e s a t u r u s e r i s t r i p e d a n e a s f a c i t o,

---

14. Tereus] *ego. coll. v. 16 et l. 15, 94 (ubi scribendum erat* Tereiana.) haere//, D^1. haeres, D^2. heret, *E.* eiusdem] *d.* eiusde, *r.* 16. terreiana, *E.* 20. tale, *C.* vastiore] *d.* vastatiore, *r.* 21. adigatur] *d.* adicatur, *r.* 22. ipso] *d.* ipsa, *r.* 23. longitudine] *d.* longitudinem, *r.* 24. crassitudine] *d.* crassitudinem, *r.* 26. e, *E.* 30. et] *ego. om. C.* neve, *v.*

diligenterque tractato, ne liber laboret, cum dolabis aut secabis. quas in seminario saturus eris pedales facito. eas sic inserito: locus bipalio subactus sit beneque gluttus. cum taleam demittes, pede taleam opprimito. si parum descendat, malleo aut mateola adigito, cavetoque ne librum scindas, cum adi*g*es. palo prius locum ne feceris quo taleam demitta*s*, ita melius vivet. taleae ubi trimae sunt, tum denique curae sint, ubi liber se vertet. 126
si in scrobibus aut in sulcis seras, ternas taleas ponito easque divaricato. supra terram ne plus quattuor digitos traversos emineat, vel oculo serv*a*to. Diligenter eximere oleam oportet et radices quam plurimas cum terra ferre, ubi radices bene operueris, calcare bene, ne quid noceat. si quis quaerat, quod tempus oleae serendae sit, agro sicco per sementem, agro laeto per ver. (30.) [1] Olivetum diebus XV ante aequinoctium vernum incipito putare. ex eo die dies XL recte putabis. id hoc modo putato: qua locus recte 127
ferax erit, quae arida erunt et si quid ve*n*tus interfregerit, inde ea omnia eximito. qua locus ferax non erit, id plus concidito aratoque bene enodatoque stirpisque leves facito. Circum oleas autumnitate ablaqueato et stercus addito. qui oletum saepissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. *si male arabit,* radices susum abibunt, crassiores fi*e*nt et eo in radices vires oleae abibunt. [2] Quae genera olearum et in quo ge- 128
nere terrae iuberet seri quoque spectare oliveta, diximus in ratione olei. 15,20 sqq. Mago in colle et siccis et argilla inter autumnum et brumam seri iussit, in crasso aut umido aut subriguo so*lo* a messe ad brumam. quod praecepisse eum Africae intellegitur. Italia quid*e*m nunc vere maxime seri*t*. sed si et autumno

---

4. demittes] *cod. Chiff.* demittis, *D.* dimittes, *E.* 6. adigito] *d.* adicito, *r.* 7. adices. *C.* 8. demittas] *Cato r. r. 45.* demittat, *C.* taleae] *d.* talea et, *r.* 9. sint] *d.* sunt, *r.* 10. seres, *D.* 12. emine aut, *C.* oculo servato] *Pint.* oculos serito, *C.* 14. ubi] *d.* obi, *r.* 16. quaeret, *D.* quaerit, E^1. 21. ventus] *Cato r. r. 44.* vetus, *C.* 23. artatoque, *Pontedera antiquit. p. 56.* 27. si male arabit] *Sillig. ex Cat. r. r. 61, 1. om. C.* 28. fiunt, *C.* 29. et] *cod. Tol.* ut, *C.* 30. iuberet] *Sillig.* iubere et, *C.* 31. argilla] argilla et, *E.* argillam et, *D.* 32. subriguo solo] *Pint.* subriguoso, *cod. Tol.* subricosu, *D.* subrigu, *E.* 34. quidam, *C.* vero, *D.* seri, *C.*

libeat, post aequinoctium XL diebus ad vergiliarum occasum
IIII soli dies sunt quibus seri noceat. Africae peculiare quod
129 in oleastros inserit quadam aeternitate, cum senescant proxima
adoptioni virga emissa atque ita alia arbore ex eadem iuvenescente iterumque et quotiens opus sit, ut aevis eadem oliveta 5
constent. inseritur autem oleaster calamo et inoculatione.
[3] Olea ubi quercus effossa sit male ponitur, quoniam vermes
130 qui raucae vocantur in radice quercus nascuntur et transeunt.
Non in*h*umare taleas aut siccare prius quam serantur utilius
conpertum. Vetus olivetum ab aequinoctio verno intra vergiliarum 10
exortum interradi alternis annis melius inventum, item muscum
circumdare radici, circumfodi autem omnibus annis a solstitio
duum cubitorum scrobe pedali altitudine, stercorari tertio anno.
[4] Mago idem amygdalas ab occasu arcturi ad brumam seri
131 iubet, pira non eodem tempore omnia, quoniam neque floreant 15
eodem, oblonga aut rotunda ab occasu vergiliarum ad brumam,
reliqua genera media hieme ab occasu sagittae, subsolanum aut
septentrionis spectantia, laurum ab occasu aquilae ad occasum
132 sagittae. conexa enim de tempore serendi quaestio est. Vere et autumno id magna ex parte fieri decrevere. est et alia hora circa canis 20
ortus, paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter
utilis intellegitur, sed haud omittenda nobis non tractus alicuius
133 rationem verum naturae totius indagantibus. In Cyrenaica regione sub etesiarum flatu conserunt, nec non et in Graecia,
oleam maxime in Laconia. Coos insula et vites tunc serit, 25
ceteri apud Graecos inoculare et inserere non dubitant, sed
arbores non serunt. plurimumque in eo locorum natura pollet;
namque in Aegypto omni serunt mense et ubicumque imbres
aestivi sunt, ut in India et Aethiopia, nescessario post haec
134 autumno seruntur arbores. [5] ergo tria tempora eadem ger- 30
minationis, ver et canis arcturique ortus. neque enim animalium tantum est ad coitus aviditas, sed multo maior est terrae
ac satorum omnium libido, qua tempestive uti plurimum interest conceptus, peculiare utique in insitis, cum sit mutua cupi-
135 ditas utrique coeundi. Qui ver probant ab aequinoctio statim 35
admittunt, praedicantes germina parturire, ideo faciles corticum

---

2. IIII] *Hard.* XIIII, *C.* 3. oleastros] *ego.* oleastro est, *C.* 9. intumare, *C.* 12. circumdare] *d. om. r.* 16. eodem] *ego.* eadem, *Cv. dist. ego.* 18. ad occasum, *D.* 19. quaestio] *ego.* quae (que, *E.*) ratio, *C.* 25. Coos] *Iánus.* cuius, *C.* Cos, *v.* 27. eo locorum] *d.* oleo quorum, *E.* oleo colarum, D^1. ocularum, D^2. 32. maior est] *d.* maiore, *r.* terrae ac] *d.* ac terrae, *r.*

esse conplexus. qui praeferunt autumnum ab arcturi ortu, quoniam statim radicem quandam capiant et ad ver parata veniant atque non protinus germinatio auferat vires. Quaedam tamen statutum tempus anni habent ubique, ut cerasi et amygdalae circa brumam serendi vel inserendi. de pluribus locorum situs optime iudicabit. frigida enim et aquosa verno conseri oportet, sicca et calida autumno. [6] Communis quidem Italiae 136
ratio tempora ad hunc modum distribuit: moro ab idibus Februaris in aequinoctium, piro autumnum, ita ut brumam XV ne minus diebus antecedant, malis aestivis et cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hiemem in idus Februarias, siliquae Graecae et persicis ante brumam per autumnum, nucibus iuglandi et pineae et abellanae et Graecae atque castaneae a kal. Martiis *ad* idus easdem, salici et genistae circa Martias kal. hanc in siccis semine, illam in umidis virga seri diximus. 16, 74. 77

19. [7] Est etiamnum nova inserendi ratio, ne quid sciens 137
quidem praeteream quod usquam invenerim, Columellae excogitata, ut adfirmat ipse, qu*a* vel diversae insociabilisque arborum naturae copulentur, ut fici atque oleae. iuxta hanc seri ficum iubet non ampliore intervallo quam ut contingi large possit ramo oleae quam maxime sequaci atque oboedituro, eumque omni interim tempore edomari meditatione curvandi. postea fico adepta vires, quod evenire trimae aut utique quin- 138
quenni, detruncata superficie ipsum *quo*que deputatum et, ut dictum est, adraso cacumine defigi in crure fici, custoditum 115
vinculis, ne curvatura fugiat. ita quodam propaginum insitorumque temperamento triennio commune inter duas matres coalescere, quarto anno abscisum totum adoptantis esse, nondum vulgata ratione aut mihi certe satis conperta.

(31.) Cetero eadem illa de calidis frigidisque et umidis 139
aut siccis supra dicta ratio et scrobes fodere monstravit. in 135
aquosis enim neque amplos neque altos facere expediet, aliter in aestivoso et sicco, ut quam maxime accipiant aquam contineantque. Haec et veteres arbores colendi ratio est. ferventibus enim locis adcumulant aestate radices operiuntque, ne solis ardor exurat. aliubi a*b*laqueant perflatuusque admittunt. 140

---

6. iudicabit] *d.* iudicavit, *r.* 8. Mora, *D.* 9. piro] *d.* pira, *r.* 14. ad] et, *C.* salici] *cod. Tol.* salicis, *C.* 15. illam] *d.* illa, *r.* 17. invenerim] *d.* invenerit, *r.* 18. quo, *D.* que, *E.* 19. fici] *d.* faci, *D.* fagi, *E.* 24. ipsum quoque] *Sillig coni.* ipsumque, *C.* 25. cruce, *E.* 27. communi, *d.* 33. aquam] *d.* aqua, *r.* 36. adlaqueant, *D.* adlaqueantur, *E.* perflatuusque] *ego.* perflatusque, d. perflatum usque, *r.*

idem hieme cumulis a gelu vindicant. contra illi hieme aperiunt umoremque sitientibus quaerunt. ubicumque circumfodiendi arboris ratio in circuitu pedes in orbem ternos, neque id in pratis, quoniam amore solis umorisque in summa tellure oberrant. Et de arboribus quidem fructus gratia serendis in- 5
serendisque in universum sint dicta haec.

141 20. (32.) Restat earum ratio quae propter alias seruntur ac vineas maxime, caeduo ligno. Principatum in his optinent salices, quarum .... loco madido, tamen refosso pedes duos et semipedem, talea sesquipedali vel pertica, quae utilior quo 10
142 plenior. Intervallo esse debent pedes seni. trimae pedibus binis a terra putatione coercentur, ut se in latitudinem fundant ac sine scalis tondeantur. salix enim fecundior quo terrae propior. has quoque omnibus annis confodi iubent mense
143 Aprili. Haec est viminalium cultura. perticalis et virga et 15
talea seritur, fossura eadem. perticas ex ea caedi iustum est quarto fere anno. et hae autem senescentium locum propagine sarciunt pertica post annum. Salicis viminalis iugera singula sufficiunt XXV vineae iugeribus. Eiusdem rei causa populus alba seritur bipedaneo pastinato, talea sesquipedali, 20
biduo siccata, palmipedi intervallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

144 (33.) Harundo etiam dilutiore quam hac solo gaudet. seritur bulbo radicis, quod alii oculum vocant, dodrantali scrobe, intervallo duum pedum et semipedis, reficiturque ex sese vetere 25
harundineto exstirpato, quod utilius repertum quam castrare, sicut antea. namque inter se radices serpunt mutuoque de-
145 cursu necantur. Tempus conserendi priusquam oculi harundinum intumescant, ante kal. Martias. crescit ad brumam usque desinitque, cum durescere incipit. hoc signum tempestivam 30
habet caesuram, et hanc autem quotiens et vineam fodiendam putant. seritur et traversa, non alte terra condita, erumpunt-
146 que e singulis oculis totidem plantae. seritur et deplantata pedali sulco, binis obrutis gemmis, ut tertius nodus terram attingat, prono cacumine, ne rores concipiat. caeditur decre- 35
scente luna. Vineis anno siccata utilior quam viridis.

147 (34.) Castanea pedamentis omnibus praefertur facilitate

---

3. circuitu] *d* circuitum, *r*. 4. quoniam] *D*. quando, *E*. 5. serendis inserendisque] *cod. Tol.* serendi inserendique, *C*. 6. sunt, D^2E.
9. *lac. significavi*. quarum satio fit loco, *v*. refossos, *C*. 11. seni] *d*. semi, *r*. 14. confodi] D^2. confidi, D^1. configi, *E*. 17. propagine] D^2. prae, *r*. 18. post] ac post, *D*. 23. etiamnum, D^1E. 25. utere. D^1E. 32. alte terra] *d*. altera, *r*.

tractatus, perdurandi pervicacia, regerminatione caedua vel salice laetior. quaerit solum facile nec tamen harenosum, maximeque sabulum umidum aut carbunculum vel tofi etiam farinam, quamlibet opaco septentrionalique et praefrigido situ, vel etiam
5 declivi. recusat eadem glaream, rubricam, cretam omnemque terrae fecunditatem. Seri nuce diximus, sed nisi ex maximis 148
non provenit, nec nisi quinis acervatim satis. perfringi solum 59
debet sub ea ex Novembri mense in Februarium, quo solutae sponte cadunt ex arbore atque subnascuntur. intervalla sint
10 pedalia, undique sulco dodrantali. ex hoc seminario transferuntur in aliud bipedali intervallo post biennium. Sunt et pro- 149
pagines, nulli quidem faciliores. nudata enim radice tota in sulco prosternitur. tum ex cacumine supra terram relicto renascitur et alia ab radice. sed tralata nescit hospitari pavetque
15 novitatem biennio fere. postea prosilit. ideo nucibus potius quam viveradicibus plantaria caedua implentur. Cultura non 150
alia quam supra dictis, fodiendo supputandisque per biennium sequens. de cetero ipsa se colit umbra stolones supervacuos enecante. caeditur intra septimum annum. Sufficiunt pedamenta
20 iugeri vicenis vinearum iugeribus, quando etiam bifida ex stirpe fiunt, durantque ultra alteram silvae suae caesuram. Aesculus 151
similiter provenit, caesura triennio senior, minus morosa nasci in quacumque terra seritur vere balano, sed non nisi aesculi, scrobe dodrantali, intervallis duorum pedum. saritur leviter
25 quater anno. Hoc pedamentum minime putrescit caesumque maxime fruticat. Praeter haec sunt caedua, quae diximus, fraxinus, laurus, persica, corulus, malus, sed tardius nascuntur terramque defixa vix tolerant, non modo umorem. sabucus contra firmissima ad palum taleis seritur ut populus. nam de cupresso 16, 139
30 satis diximus. sqq.

21. (35.) [1] Et praedictis velut armamentis vinearum 152
restat ipsarum natura praecipua tradenda cura. Vitium surculis et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura, geniculati scaporum nodi intersaepiunt medullam. ferulae ipsae breves
35 et ad summa brevioris articulis utique his in internodia includunt. medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longi- 153

5. glaream] *Pint.* galleam, *C.* 6. ex] et, *C.* 7. refringi, *D.* 8. sub ea] *ego.* supra *Cv.* 11. post] *ego.* plus, *Cv.* biennio, *dv.* 15. novitatem] D^2. novitas tam, *r.* *dist. Schneider ad Colum. p. 232.* 16. viviradicibus, *codd. Gel.* vice radicibus, *C.* 17. supplantandisque, *E.* 18. stolone, *C.* 20. vicenis] D^2. vicem sui, *r.* ex] *Schneider ad Colum. 4, 33, 1.* ea, *C.* 24. saritur] *Ianus.* sarritur, *Dal.* seritur, *C.* 25. laesumque, *C.* 35. his in] D^2. si in, D^1. dua, *E.* 36. medullam, *D.*

tudinem inpellens quamdiu nodi pervia patent fistula. cum vero
concreti ademere transitum, repercussa erumpit ab ima sui
parte iuxta priorem nodum alternis laterum semper inguinibus,
16, 163 13, 122 ut dictum est in harundine ac ferula, quorum dexterum ab
imo intellegitur articulo, laevum in proximo, atque ita per vi- 5
ces. hoc vocatur in vite gemma, cum ibi caespitem fecit, ante
vero quam faciat, in concavo oculus et in cacumine ipso ger-
men. sic palmites, nepotes, uvae, folia, pampini gignuntur,
154 mirumque firmiora esse in dextera parte genita. [2] Hos ergo
in surculis nodos, cum seruntur, medios secare oportet ita ne 10
profluat medulla. et in fico quidem dodrantales paxilli solo
patefacto seruntur sic ut descendant quae proxima arbori
fuerint, duo oculi extra terram emineant. oculi autem in arborum
155 surculis proprie vocantur, unde germinantur. Hac de causa et
in plantariis aliquando eodem anno ferunt quo fuere laturi 15
fructus in arbore, cum tempestive sati praegnates inchoatos
conceptus aliubi pariunt. ita satas ficos tertio anno transferre
facile. hoc pro senescendi celeritate adtributum huic arbori,
156 ut citissime proveniat. [3] Vitium numerosior satus est. primum
omnium nihil seritur ex his nisi inutile et deputatum in sar- 20
menta. opputatur autem quidquid proximo tulit fructum. sole-
bat capitulatus utrimque e duro surculus seri, eoque argumento
malleolus vocatur etiamnunc. postea avelli cum sua calce
coeptus est, ut in fico, neque est aliud vivacius. tertium genus
adiectum etiamnum expeditius sine calce, quod sagittae vocan- 25
tur, cum intorti panguntur, idem cum recisi nec intorti, tri-
gemmes. plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt.
157 Serere e pampinariis sterile est, nec nisi fecundo oportet. quae
caros habet nodos infecunda iudicatur, densitas gemmarum
fertilitatis indicium est. quidam seri vetant nisi eos qui floru- 30
erint surculos. sagittas serere minus utile, quoniam in trans-
ferendo facile rumpitur quod intortum fuit. Seruntur pedali
non breviores longitudine, quinque sexve nodorum. pauciores
158 tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Inseri eodem
die quo deputentur utilissimum, si multo postea necesse sit 35
114 serere custoditos, uti praecepimus, caveri utique ne extra terram
positi sole inarescant, vento aut frigore hebetentur. qui diutius
in sicco fuerint priusquam serantur in aqua pluribus diebus
159 revirescant. [4] Solum apricum et quam amplissimum in semi-

---

1. patent] *Urlichs vind. 323.* patet, *Cv.* 4. dextero, *C.* 7. facit, *E.* oculos, D^2E. 10. medio, *D.* 11. paxilli] D^2. ta.x.illi, D^1. taxilli, *E.* 15. quo] D^2. aquos, D^1. aquas, *E.* fluere, *E.* 26. idem] *codd. Gel.* id enim, *C.* 33. nodorum] D^2. donorum, *r.*

nario sive in vinea bidente pastinari debet ternos pedes bipalio
alto, marra reici quaternum pedum fermento, ita ut *in* pedes binos
fossa procedat, fossum purgari et extendi, ne crudum relin-
quatur, verum exigi mensura. male pastinatum deprendunt
5 scamna inaequalia. metienda est et ea pars quae interiacet
pulvini. Surculi seruntur et in scrobe et in sulco longiores. *de-* 160
super quam tenerrima ingeritur terra, sed in gracili solo fru-
stra nisi substrata pinguiore. corio *gemmas* duas integi oportet
et proximam attingi, terram eodem paxillo deprimi et spissari,
10 interesse in plantario sesquipedes inter bina semina in latitu-
dinem, in longitudinem semisses, ita satos malleolos XXIIII
mense recidere ad imum articulum, nisi ipsi parcatur. oculorum
inde materia emicat, cum qua XXXVI mense viveradix trans-
fertur. [5] Est et luxuriosa ratio vites serendi ut quattuor malle- 161
15 oli vehementi vinculo colligentur ima parte luxuriosa atque ita
vel per ossa bubuli cruris vel per colla fictilia traiecti obruantur
binis eminentibus gemmis. uniscunt hoc modo recisique palmi-
tem emittunt. postea fistula fracta radix libere capit vires uva-
que fert omnium corporum suorum acinos. In alio genere 162
20 inventu novicio finditur malleolus, medullaque erasa in se col-
ligantur ipsi caules ita ut gemmis parcatur omni modo. tum
malleolus in terra *fimo* mixta seritur, et cum spargere caules
coepit, deciditur foditurque saepius. talis uvae acinos nihil intus
ligni habituros Columella promittit, cum vivere semina ipsa
25 perquam mirum sit medulla adempta. Nasci surculis etiam 163
quibus non sit articulatio arbores, non omittendum videtur.
namque buxi tenuissimis quinis senisve colligatis depacti prove-
niunt. quondam in observatione erat ut defringerentur ex in-
putata buxo, aliter vivere non crediti. detraxere hoc experi-
30 menta. [6] Seminarii curam sequitur vinearum ratio. quinque 164
generum hae: sparsis per terram palmitibus, aut per se vite
subrecta, vel cum *amm*iniculo sine iugo, aut pedatae simplici
iugo, aut conpluviatae quadriplici. Quae pedatae rat*io*, eadem 165
intellegetur eius quoque in qua sine amminiculo vitis per se
35 stabit. id enim non fit nisi pedamenti inopia. simplici iugo

---

2. in] *om. C.* 6. desuper] *ego.* aesuper, *D.* esuper, *E.* 8. pinguiore. corio gemmas] *ego.* pinguiores (pinguiore, D^2.) corio (*om.* D^1E.) quam, *C.* 9. *dist. ego.* 10. semina in] *d.* semina, *r.* 12. oculo, D^2. 13. ut ve radix, D^1. ut vera radix, D^2. 15. ima] D^2. in, *r.* 17. uniscunt] D^2. unescunt, D^1. umescunt, *Ev.* 20. erasa] *d.* crassa, *r.* 21. caules] candales, *C.* 22. malleolo, *E.* fimo] fixo, *C.* 27. senisque, *E.* semisque, *D.* 29. haec, *E.* 32. anniculo, *C.* 33. pedatae ratio] *Ianus.* pedata erat (erit, *E.*)*C.* 34 intellegitur, *E.*

constat porrecto ordine quem canterium appellant. melior ea
vino, quoniam sibi ipsa non obumbrat adsiduoque sole coqui-
tur et adflatum magis sentit, celerius rorem dimittit, pampina-
tioni quoque et occationi omnique operi facilior. super cetera
166 deflorescit utilius. Iugum fit pertica aut harundine aut crine 5
funiculove, ut in Hispania Brundisique. Conpluviata copiosior
vino est, dicta a cavis aedium conpluviis. dividitur in quaternas
partes totidem iugis. huius serendi ratio dicetur, eadem valitura
in omni genere, in hoc vero numerosior tantum. [7] *tribus* vero
seritur modis: optime in pastinato, proxime in sulco, novissime 10
167 in scrobe. de pastinatione dictum est. 22. Sulco latitudo palae
159 satis est, scrobibus ternorum pedum in quamque partem. alti-
tudo in quocumque genere tripedalis, ideo nec vitis minor
168 transferri debet, exstatura etiamnum duabus gemmis. emolliri
terram minutis in scrobe imo sulcis fimoque misceri necessarium. 15
clivosa altiores scrobes poscunt, praeterea pulvinatis a devexi-
tate labris. qui ex his longiores fient, ut vites binas accipiant
e diverso, alvei vocabuntur. esse vitis radicem in medio scrobe
oportet, sed ipsam innixam solido in orientem aequinoctialem
169 spectare, adminicula prima e calamo accipere; vineas limitari 20
decumano XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum
transitus, aliisque traversis limitibus denum pedum distingui
per media iugera, aut, si maior modus sit, totidem pedum car-
dine quot decumano limitari, semper vero quintanis semitari,
hoc est ut quinto quoque palo singulae iugo paginae includan- 25
tur; [8] solo spisso non nisi repastinato nec nisi viveradicem
170 seri, tenero et soluto vel malleolum sulco vel scrobe. In colles
sulcos agere traversos melius quam pastinare, ut defluvia trans-
tris eorum contineantur, aquoso caelo vel sicco solo malleolos
serere autumno, nisi si tractus ratio muta*b*it. siccus enim et 30
calidus autumno poscet, umidus frigidusque etiam veris exitu.
In arido solo viveradix quoque frustra seritur, male et in siccis
malleolus, nisi post imbrem, at in riguis vel frondens vitis et
usque ad solstitium recte, ut in Hispania. Quiescere ventos
sationis die utilissimum. plerique austros optant, Cato abdicat. 35
171 [9] Interesse medio temperamento inter binas vites oportet pe-
des quinos, minimum autem laeto solo pedes quaternos, tenui

---

1. canterium] *d.* cantherium, *r.* 9. tribus] *Pint. om. C.* 15. sulcisque (sulcisve D^2. salcisve, D^1.) fimo, *C.* 18. alvei] D^2. alei, *r.* 24. quot] *d.* quod, *r.* quinquanis, *E.* 25. ut] *d.* in, *r.* 28. 29. transtris] D^2. tilis, D^1. tales, *E.* 29. malleolos] *d.* malleolus, *r.* 30. mutabit] *ego.* mutavit, *C.* 34. ventos] *d.* veritos, *r.*

plurimum octonos, — Umbri et Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his quae vocant porculeta, — pluvio et caliginoso tractu rariores poni, sicco densiores. Subtilitas parsi- 172
moniae conpendia invenit, cum vinea in pastinato seratur, obi-
5 ter seminarium faciendi, ut et viveradix loco suo et malleolus qui transferatur inter vites et ordines seratur, quae ratio in ingero circiter XVI viveradicum donat. interest autem biennium fructus, quo tardius in sato provenit quam in tralato. Viveradix 173
posita in vinea post annum resecatur usque ad terram, ut unus
10 tantum emineat oculus, adminiculo iuxta adfixo et fimo addito. simili modo et secundo anno reciditur viresque concipit et intra se pascit suffecturas oneri. alias festinatione pariendi gracilis atque eiuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fetum exeat tota. nihil avidius nascitur ac, nisi ad pariendum vires serven-
15 tur, tota fit fetus. [10] Pedamenta optuma quae diximus aut 174
ridicae *e* robore oleaque, si non sint, pali e iunipero, cupresso, 147sqq.
laburno, sabuco. reliquorum generum sudes omnibus annis reciduntur. saluberrima in iugo harundo conexa fasciculis durat annis quinis. Cum breviores palmites sarmento iunguntur inter
20 se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. [11] Tertius 175
vineae annus palmitem velocem robustumque emittit et quem faciat aetas vitem. hic in iugum insilit. *ali*qui tum excaecant eum supina falce auferendo oculos, ut longius evocent, noxia iniuria. utilior enim consuetudo pariendi satiusque pampinos
25 adiugatae detergere usque quo placeat roborari eam. Sunt qui 176
vetant tangi proximo anno quam tralata sit, neque ante LX mensem falce curari, tunc autem ad tres gemmas recidi. alii et proximo quidem anno recidunt, sed ut ternos quaternosve singulis annis adiciant articulos, quarto demum perducant ad
30 iugum. id utrimque fructu tardum, praeterea retorridum et nodosum pumilionum incremento. optimum autem matrem esse firmam, postea fetum audacem. nec tutum est quod cicatricosum, magno imperitiae errore. Quidquid est tale plagis 177
nascitur, non e matre. totas habeat illa vires, dum roboratur,
35 et annuos accipit tota fetus, cum permissum fuerit nasci. nihil natura portionibus parit. Quae excreverit satis firma protinus

---

11. concipit et] concipit ut, *E*. concipitur, *D*. 13. runcida, D^2. eiundicia, E^1. 15. fit] *d*. sit, *r* 16. radice, *E*. e] *Dal. om. C.* 17. laburno] *Barb.* alburno, *C.* 18. fasciculus, *E.* 22. aliqui] *Sillig.* aqui, *C.* 24. pariendi] *d.* parienti, *r.* 26. tangi] *d.* tingi, *r.* quam] *d.* q. L. I. autem, *D.* quo, *E.* 30. fructu] *Urlichs vind. 324.* fructum, *C.* 31. pumilionum] *d.* pumiliorium, *D.* pumiliorum, *E.* 35. missum, *D.*

in iugo collocari debebit, si etiamnum infirmior erit, sub ipso
178 iugo hospitari recisa. viribus, non aetate decernitur. temerarium est ante crassitudinem pollicarem viti imperare. sequente anno palmites salventur pro viribus matris singuli aut gemini. idem et secuto, si coget infirmitas, nutriantur, tertioque demum duo adiciantur. nec sunt plures quaternis umquam permittendi, breviterque non indulgendum et semper inhibenda fecunditas. et ea est natura ut parere malit quam vivere. quidquid materiae adimitur fructui accedit. illa se mavult quam fructum gigni, quoniam fructus caduca res est. sic perniciose luxuriat,
179 nec ampliat se, sed egerit. [12] Dabit consilium et soli natura. in macro, etiamsi vires habebit, recisa intra iugum moretur, ut omnis fetura sub eo exeat. minimum id esse debebit intervallum, ut attingat iugum speretque, non teneat, adeo non recumbat in eo, nec delicate se spargat. ita temperetur hic
180 modus ut crescere etiamnum malit quam parere. [13] Palmes duas tresve gemmas habere sub iugo debet, ex quibus materia nascatur, tunc per iugum erigi alligarique, ut sustineatur iugo, non pendeat, vinculo mox adstrictius a tertia gemma alligari, quoniam et sic coercetur impetus materiae densioresque citra pampini exultant. cacumen religari vetant. Natura haec est: deiecta pars aut praeligata fructum dat, plurimumque ipsa curvatura. quod citra est materiem mittit offensante, credo, spi-
152 ritu et illa quam diximus medulla. quae ita emicuerit materia
181 fructum dabit anno sequente. Sic duo genera palmitum. quod e duro exit materiamque in proximum annum promittit pampinarium vocatur aut, si supra cicatricem est fructuarium. alterum ex anniculo palmite semper fructuarium. Relinquitur sub iugo et qui vocatur custos — hic est novellus palmes. non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit — et alius iuxta eum, verrucae magnitudine, qui furunculus appellatur, si forte custos
182 fallat. [14] Vitis antequam septumum annum a surculo conpleat evocata ad fructum eiuncescit ac moritur. nec veterem placet palmitem in longum et ad quartum usque pedamentum emitti, ut quod alii dracones alii funiculos vocant, ut faciant

---

4. salventur] *Hard.* salutentur, *C.* 7. 8. fecunditas et] *d.* fecunditas in, *E.* fecundita est, *D.* 8 malit] *d.* mallit, *r.* 9. se mavult] *ego.* semina mavult, *dv.* semina vult, *r.* 12. moritur, *C.* 14. superetque, *D.* superet quae, *E.* 15. ita] *d.* ista, *r.* 16. etiam, D^2. malit] *d.* mallet, *r.* 18. erigi] *ego.* mergi, *C.* 27. si] D^2. uti, *r.* 28. semperque, *E.* 32. ferunculus, *E.* 34. evanescit, D^2. 36. ut] D^2. *om. r.* funiculos] D^2. iuniculos, *r.*

quae masculeta appellant. cum induruit vitis, pessimum in
vinea traducere. Quinto anno et ipsi palmites intorquentur 183
singulaeque singulis materiae emittuntur ac deinde proximis,
prioresque amputantur. semper custodem relinqui melius, sed
5 is proximus viti esse debet, nec longior quam dictum est, et 181
si luxuriaverint palmites, intorqueri, ut quattuor materias vel
duas, si uniiuga erit vinea, emittat. [15] Si per se vitis ordi- 184
nabitur sine pedamento, qualecumque initio adminiculum desi-
derabit, dum stare condiscat et recta surgere. Cetera ad pri-
10 mordium eadem. dividi autem putatione pollicis in aequali
examine undique, ne praegravet fructus parte aliqua, obiter
idem deprimens, prohibebit in excelsum emicare. Huic vineae
trium pedum altitudo excelsior nutat, ceteris a quinto, dum ne
excedat hominis longitudinem iustam. lis quoque quae spar- 185
15 guntur in terra brevis ad limitandum caveas circumdant, scro-
bibus per ambitum factis, ne vagi palmites inter se pugnent
occursantes, maiorque pars terrarum ita supinam in tellurem
vindemiam mittit, siquidem et in Africa et in Aegypto Syriaque
ac tota Asia et multis locis Europae hic mos praevalet. ibi 186
20 ergo iuxta terram conprimi debet vitis, eodem modo et tem-
pore nutrita radice quo in iugata vinea, ut semper pollices
tantum relinquantur, fertili solo cum tribus gemmis, graciliore
quinis, praestatque multos esse quam longos. quae de natura
soli diximus tanto potentiora sentientur quanto propior fuerit
25 uva terrae. [16] Genera separari ac singulis conseri tractus 187
utilissimum, — mixtura enim generum etiam in vino, non
modo in musto discors, — aut si misceantur, non alia quam
pariter maturescentia iungi necessarium. iuga altiora quo lae-
tior ager et quo planior, item roscido, nebuloso minusque
30 ventoso conveniunt, contra humiliora gracili et arido et aestuoso
ventisque exposito. iuga ad pedamentum quam artissimo nodo
vinciri oportet, vitem levi contineri. quae genera vitium et in
quali solo caeloque essent conserenda, cum enumeraremus 14, 20 sqq.
naturas earum et vinorum, docuimus. [17] De reliquo cultu vehe- 188
35 menter ambigitur. plerique aestate tota post singulos rores
confodi iubent vineam, alii vetant gemmantem, decuti enim
oculos tractuque intrantium deteri, et ob id arcendum procul

---

3. deinde] *D.* deinde e, *E.* 8. 9. desiderabit] *d.* desideravit, *r.* 9. 10 primordio, *D.* 11. praegavet, *D*[1]. precavet, *E.* 12. emitare, *D*[1]. emittere, *E.* 15 brevi, *C.* limitandum] *Ianus* imitandum, *C.* 18. mittit] *D*[2]. metuit, *r.* 23. quinis] binis, *Dal.* 25. tractus] *Urlichs vind. 325.* tractibus, *d.* tractum, *r.* 32. levi] *d.* leve, *r.* 34. docuimus] *D.* notavimus, *E.*

omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime
auferat gemmas. inimicos et pubescente uva rastros, satisque
esse vineam ter anno confodi, ab aequinoctio verno ad vergi-
189 liarum exortum et canis ortu et nigrescente acino. quidam
ita determinant: veterem semel a vindemia ante brumam, cum 5
alii ablaqueare et stercorare satis putent, iterum ab idibus
Aprilibus, antequam concipiat, hoc est in VI idus Maias; dein
prius quam florere incipiat et cum defloruerit et variante se
uva. peritiores adfirmant, si iusto saepius fodiatur, in tantum
tenerescere acinos ut rumpantur. quae fodiantur ante ferven- 10
tes horas diei fodiendas convenit, sicuti lutum neque arare
neque fodere, fossione pulverem excitatum contra soles nebu-
190 lasque prodesse. [18] Pampinatio verna in confesso est ab
idibus Maiis, intra dies X, utique antequam florere incipiat, et
eam infra iugum debere fieri. de sequente variant sententiae. 15
cum defloruerit, aliqui pampinandum putant, alii sub ipsa matu-
ritate. sed de his Catonis praecepta decernent. namque et
191 putationum tradenda ratio est. [19] Protinus hanc a vindemia,
ubi caeli tepor indulget, adoriuntur. sed hoc fieri numquam
debet ratione naturae ante exortum aquilae, ut in siderum 20
18, 283 causis docebimus proximo volumine, immo vero favonio, quo-
niam anceps culpa sit praeproperae festinationis. Si saucias
recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio, certum
est gemmas earum frigore hebetari plagasque findi et caeli
vitio exuri oculos lacrima destillante. nam gelu fragiles fieri 25
192 quis nescit? Operarum ista conputatio est in latifundis, non
legitima naturae festinatio. quo maturius putantur aptis die-
bus, eo plus materiae fundunt, quo serius, eo fructum uberio-
rem. quare macras prius conveniet putare, validas novissime,
plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres, et 30
ad terram verti quam levissima cicatrice acie falcis exacuta
plagaque conlevata, recidi autem semper inter duas gemmas,
193 ne sit vulnus oculis in recisa parte. nigram esse eam existi-
mant et donec ad sincera veniatur recidendam, quoniam e
vitioso materia utilis non exeat. si macra vitis idoneos pal- 35
mites non habeat, ad terram recidi eam novosque elici utilis-
simum, in pampinatione non hos detrahere pampinos qui cum

---

3. confido, *D*[1]. confidi, *E*. 4. ortu] ortum, *C*. 6. putant, *C*. 7. aprilis, *E*. aprilos, *D*[1]. concipit, *E*. 8. variante] *D*[2]. varia ante, *r*. 15. ea, *C*. 19. hoc] in hoc, *C*. 29. conveniat, *E*[1]. 31. exacuta] *Pint*. exacta, *C*. 32. conlevata] *Pint*. convelata, *C*. 37. hos] *d*. his, *r*.

uva sint, id enim et uvas supplantat praeterquam in novella vinea. inutiles iudicantur in latere nati, non ab oculo, quippe etiam uva quae nascatur e duro rigescente, ut nisi ferro detrahi non possit. Pedamentum quidam inter duas vites utilius putant 194
5 statui, et facilius ablaqueantur ita, meliusque est uniiugae vineae, si tamen et ipsi iugo sint vires nec flatu infesta regio. in quadripertita quam proximum oneri adminiculum esse debet, ne tamen inpedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse non amplius, ablaqueari autem prius quam putari iubent. [20] Cato 195
10 de omni cultura vitium ita praecipit: Quam altissimam vineam facito alligatoque recte, dum ne nimium constringas. hoc modo eam curato: capita vitium *per sementem ablaqueato. vineam* putatam circumfodito, arare incipito. ultro citroque sulcos
15 perpetuos ducito. vites teneras quam primum propagato, *sic* occato, veteres quam minimum castrato. potius, si opus erit, deicito biennioque post praecidito. vitem novellam resecari tum erit tempus, ubi valebit. si vinea ab vite calvata erit, 196
20 sulcos interponito ibique vivam radicem serito. umbram a sulcis removeto, crebroque fodito. In vinea vetere serito ocinum, si macra erit. quod granum capit ni serito, et circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aliquid horumce. Ubi 197
25 vinea frondere coeperit, pampinato. vineas novellas alligato crebro, ne caulis praefringatur. et quae iam in perticam ibit eius pampinos teneros alligato leviter porrigitoque u*ti* recte stent. ubi uva varia fieri coeperit, vites subligato. [21] Vitis 198
30 insitio una est per ver, altera cum uva floret. ea optima est. Vineam veterem si in alium locum transferre voles, dumtaxat bracchium crassam licebit. primum deputato. binas gemmas ne amplius relinquito. ex radicibus bene exfodito, et
35 cave radices ne saucies. ita uti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco operitoque et bene occulcato. eodemque modo vineam statuito, alligato flexato-

---

. enim et] *D.* et enim, *E.* 6. flatui, *C.* 7. oneri] *d.* onerari, *r.* 13. per—vineam] *Pint. ex Cat. r. r. 33. om. C.* putata, *E.* 16. sic occato] *Sillig ex Cat. l. l.* cato, *C.* 23. ni serito] *ego.* ne serito, *d.* inserito, *r.* 28. uti] *Sillig ex Cat. l. l.* ubi, *C.* 29. varia] *Cato l. l.* vallaria, *C.* 35. ne] *om. D.* 37. flexatoque] *d.* flosxatoque, *E*[1]. floxatoque, *r.*

que uti fuerit, crebroque fodito. Ocinum, quod in vinea seri iubet, antiqui appellabant pabulum umbrae patiens, quod celerrime proveniat.

199 23. [22] Sequitur arbusti ratio mirum in modum damnata a Saserna patre filioque, celebrata Scrofae, vetustissimis post Catonem peritissimisque, ac ne a Scrofa quidem nisi Italiae concessa, cum tam longo iudicetur aevo nobilia vina non nisi in arbustis gigni et in his quoque laudatiora summis sicut uberiora
200 imis. adeo excelsitate proficitur. Hac ratione et arbores eliguntur. prima omnium ulmus, excepta propter nimiam frondem atinia. dein populus nigra, eadem de causa, minus densa folio. non spernunt plerique et fraxinum ficumque, etiam oleam, si non sit umbrosa ramis. harum satus cultusque abunde tractatus est. ante XXXVI mensem attingi falce vetantur. alterna servantur bracchia, alternis putantur annis, sexto anno ma-
201 ritantur. Transpadana Italia praeter supra dictas cornu, opulo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros, Venetia salice propter uliginem soli. et ulmus detruncata media in tria ramorum scamna digeritur, nulla fere viginti pedum altiore arbore. tabulata earum ab octavo pede altitudinis dilatantur in collibus
202 siccisque agris, a duodecumo in campestribus et umidis. Meridianum solem spectare palmae debent, rami a proiectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba, ne obumbrent. Intervallum iustum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni si non aretur, hoc in omnis partes. singulis denas saepe ad-
203 nutriunt vites, damnato agricola minus ternis. Maritare nisi validas inimicum, enecante veloci vitium incremento. serere tripedaneo scrobe necessarium distantes inter sese arboremque singulis pedibus. nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla fodiendi inpendia, utpote cum arbusti ratio haec peculiari dote praestet, quod ab eodem solo seri fruges et vitibus prodest, superque quod vindicans se altitudo non, ut in vinea, ad arcendas animalium iniurias pariete vel saepe vel fossarum uti-
204 que inpendio muniri se cogit. [23] In arbusto ex praedictis

12, 22 sqq. 15, 1 sqq. 16, 62 sqq.

---

3. proveniet, *D*. 4. 5. a Saserna] sasserna *D*. aserna, *E*. 5. celebrata] *d*. celebrato, *r*. scrofae] D^2. scropae, D^1. sropae, *E*. 6. peritissimisque] *d*. peritissimis, *r*. ac] ac, *C*. 9. 10. religuntur, *D*. religantur, *E*. 16. opulo] *Pint*. populo, *C*. 17. acere ornu, *E*. acer cornu, *D*. 18. 19. in tria ramorum] *Urlichs vind. 326*. intra ramorum, *d*. intra morum, *r*. 23. tonsili] D^2. consilii, *r*. 24. intervallo, *C*. 28. veloci] D^2. vel loci, *r*. 30. malleoli, *C*. 31. haec] *D*. hac, *E*. 35. coget, *E*. ex] *ego*. et, *D*. e, *E*.

sola viveradicum ratio, item propaginum, et haec gemina, ut 97
diximus, qualorum et ipso tabulato maxime probata, quoniam
a pecore tutissima est, altera deflexa vite vel palmite iuxta
suam arborem aut circa proximam caelibem. quod supra ter-
5 ram est e matre radi iubetur, ne fruticet. in terra non pau-
ciores quattuor gemmae obruuntur ad radicem capiendam, extra
in capite bínae relincuntur. vitis in arbusto quattuor pedes 205
in longo constat omnis, sulco tres lato, alto duos cum semi-
pede. post annum propago inciditur ad medullam, ut paula-
10 tim radicibus suis adsuescat. caulis a capite ad duas gemmas
reciditur, tertio totus mergus absciditur repetiturque altius in
terram, ne ex reciso frondeat. tolli viveradix a vindemia pro-
tinus debet. [24] Nuper repertum draconem serere iuxta ar- 206
borem, — ita appellamus palmitem emeritum pluribusque in-
15 duratum annis, — hunc praecisum quam maxima amplitudine,
tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obruatur,
unde et rasilem vocant, deprimere sulco, reliqua parte ad ar-
borem erecta, ocissimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra,
usitatum est quam proxime solum decidi, donec firmetur radix,
20 sicuti neque roscidam seri neque a septentrionis flatu. vites
aquilonem spectare debent ipsae, palmites autem earum meri-
diem. [25] Non est festinandum ad putationem novellae, sed 207
primo in circulos materies colligenda, nec nisi validae putatio
admovenda, seriore anno fere ad fructum arbusta vite quam
25 iugata. sunt qui omnino putari vetent priusquam arborem
longitudine aequaverit. Prima falce sex pedes a terra recidatur,
flagello infra relicto et nasci coacto incurvatione materiae. tres
ei gemmae, non amplius, deputato supersint. ex his omissi 208
palmites proximo anno imis digerantur scamnis ac per sin-
30 gulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento
in singulis tabulatis et emissario uno qui subeat usque quo
placuerit. de cetero putatione omni flagella quae proxime
tulerint recidantur, nova circumcisis undique capreolis spargantur
in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium cri-
35 nibus circumvestit arborem crinesque ipsos uvis, Gallica in tra-
duces porrigitur, Aemiliae viae in ridicas atiniarum ambitu, 209
frondem earum fugiens. [26] Est quorundam inperitia sub ramo
vitem vinculo suspendendi, suffocante iniuria. contineri debet

3. tutissimum, *D*. 4. citra, *D*. 5. ne] *D*. nec, *r*. 8. *dist. ego*. omis, D^1. oms, D^2. sulcos, D^2. 16. observatur, *D*. 21. ipse, D^1. ipsi, D^2. 23. primo] *d*. primos, *r*. materiae, *D*. 25. vetant, *E*. 27. incurvatione] *d*. incurbationem, *r*. 29. digerantur] D^2. ingerantur, *d*. vigerantur, *r*. 33. tulerunt, *E*. 35. ipsos] *d*. ipso, *r*.

vimine, non artari — quin immo etiam quibus salices supersunt molliore hoc vinculo facere malunt herbaque Siculi quam vocant ampelodesmon, Graecia vero universa iunco, cypero, ulva — liberata quoque vinculo per aliquot dies vagari et incondita spargi atque in terra quam per totum annum specta- 5
210 verit recumbere, namque *ut* veterina a iugo et canis a cursu volutatio iuvat, ita tum et vitium porrigi lumbos. arbor quoque ipsa gaudet adsiduo levata onere, similis respiranti, nihilque est in opere naturae quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vices feriarum velit. ob id protinus a vindemia 1
putari et lassas etiamnum fructu edito inprobatur. putatae rursus alligentur alio loco, namque orbitas vinculi sentiunt
211 vexatione non dubia. Traduces Gallica e cultura bini utrimque lateribus, si *utraque* pars quadrageno distet spatio, quaterni, si viceno. inter se obvii miscentur alliganturque una conciliati, 1
virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant, aut si brevitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem unco. Traducem bimum praecidere solebant — onerat enim vetustate — melius donare tempus, ut rasilem faciant, ni largiatur crassitudo. alias utile toros futuri draconis pasci. 2
212 [27] Unum etiamnum genus est medium inter hoc et propaginem, totas supplantandi in terram vites cuneisque findendi et in sulcos plures simul ex una propagandi, gracilitate singularum firmata circumligatis hastilibus, nec recisis qui a lateribus excurrant pampinis. Novariensis agricola traducum turba 25
non contentus, nec copia ramorum, inpositis etiamnum patibulis palmites circumvolvit. itaque praeter soli vitia cultura quoque torva
213 fiunt vina. Alia culpa iuxta urbem Aricinis, quae alternis putantur annis, non quia id viti conducat, sed quia vilitate reditum inpendia exuperent. medium temperamentum in Carsulano secuntur 30
cariosasque tantum vitis partes incipientesque inarescere deputando, ceteris ad uvam relictis, detracto onere supervacuo, pro nutrimento omni est raritas volneris. sed nisi pingui solo talis
214 cultura degenerat in labruscam. [28] Arbusta arari quam altissime desiderant, etsi frumenti ratio non exigit. pampinari 35
ea non est moris, et hoc conpendium operae. deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum qui sint super-

---

6. ut] *om. C.* 7. iuvat] *d.* vivac, *r.* 11. etiamnum] *d.* etiam, D^2. setiannum, *E.* setiam /////, D^1. 14. utraque] *Urlichs vind. 327. om. C.* 18. *dist. Urlichs l. l.* 19. ut rasilem] *Urlichs l. l.* ut (in, *D.*) transilem, *C.* 21. etiam, D^2. 23. gracitilate] *d.* gracilitates, *r.* 27. propter, D^2. 28. Aricinis] *Sab.* varracinis, *C.* 33. omni, *d.* omnis, *r.* 35. etsi] *Urlichs vind. 329.* tanta etsi, *C.* 37. inter-

vacui et absumant alimenta. plagas ad septentrionis aut ad meridiem spectare vetuimus, melius, si neque in occasus solis. 84 diu dolent talia quoque ulcera et difficile sanescunt algendo nimis aestuandove. — non eadem in vite libertas, quoniam certa latera, sed facilius abscondere et detorquere quo velis plagas. — in arborum tonsura supiniore velut calices faciendi, ne consistat umor.

(36.) Viti adminicula addenda quae scandat adprehensa, 215 si maiora sint. 24. Vitium generosarum pergulas quinquatribus putandas et, quarum servare uvas libcat, decrescente luna tradunt, quae vero interlunio sint putatae nullis animalium obnoxias esse. alia ratione plena luna noctu tondendas, cum sit ea in leone, scorpione, sagittario, tauro, atque in totum serendas plena aut crescente utique censent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena iugera vinearum.

(37.) [1] Et abunde satu cultuque arborum tractato, quo- 216 niam de palmis et cytiso in peregrinis arboribus adfatim diximus, ne quid desit, indicanda reliqua natura est magno opere 13, 26 et 130 sqq. pertinens ad omnia ea. infestantur namque et arbores morbis — quid enim genitum caret his malis? — et silvestrium quidem perniciosos negant esse vexarique tantum grandine in germinatione aut flore, aduri quoque fervore aut flatu frigidiore, praepostero die, quamquam suo frigora etiam prosunt, ut diximus. Quid ergo? non et vites algore intereunt? hoc 217 quidem est quo deprehendatur soli vitium, quoniam non evenit 10 nisi in frigido. itaque per hiemes caeli rigorem probamus, non soli. nec infirmissimae arbores gelu periclitantur, sed maximae, vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam praestrictus non potuit eo pervenire umor. [2] Arborum qui- 218 dam communes morbi, quidam privati generum. Communis vermiculatio et sideratio ac dolor membrorum, unde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominis miseris. trunca dicimus certe corpora et oculos germinum exustos ac multa simili sorte. itaque laborant et fame et 219 cruditate, quae fiunt umoris quantitate, aliquae vero et obesi-

---

lucata] *d.* interlocata, *r.* 3. senescunt, *E.* 4. nimis] *Barb.* minus, *C.* 5. creta, *C.* 8. adprachensas, *D.* adprehensas, *E.* 9. pergulas] *D.* per singulas, *E.* quinquatribus] *d.* quinque tribus, *E.* quique tribus *D.* 11. sint] *D.* si sint, *E.* 14. serendasque, *C.* ut, *C.* utque, *D.* utquae, *E.* 18. est] *Brot.* sit, *C.* 22. frigidiore] *Barb.* fragiliore, *C.* 23. quamquam] *Sillig.* quam, *C.* 25. soli] *d.* oli, *r.* 27. gelu] *d.* gulae, *D.* gelis, *E.* 29. praestrictus] *cod. Chiff.* praestrictas, *C.* 31. et] D^2. est, *r.* 32. debilitas] *D.* debita, *E.*

tate, ut omnia quae resinam ferunt nimia pinguitudine in taedam mutantur et, cum radices quoque pinguescere coepere, intereunt ut animalia nimio adipe, aliquando et pestilentia per genera, sicut inter homines nunc servitia nunc plebes urbana
220 vel rustica. [3] Vermiculantur magis minusve quaedam, omnes tamen fere, idque aves cavi corticis sono experiuntur. iam quidem et hoc in luxuria esse coepit, praegrandesque roborum delicatiore sunt in cibo — cosses vocant — atque etiam farina
221 saginati hi quoque altiles fiunt. maxime autem arborum hoc sentiunt piri, mali, fici, minus quae amarae sunt et odoratae. eorum qui in ficis existunt alii nascuntur ex ipsis, alios parit qui vocatur cerastes, omnes tamen in cerasten figurantur sonumque edunt parvoli stridoris. et sorbus arbor infestatur vermiculis rufis ac pilosis, atque ita emoritur. mespila quoque
222 in senecta obnoxia ei morbo est. [4] Sideratio tota e caelo constat. quapropter et grando in his causis intellegi debet et carbunculatio et quod pruinarum iniuria evenit. haec enim verno tepore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. pruinae perniciosior natura, quoniam lapsa persidit gelatque ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi inmoto aere et sereno. proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, cum insita ac no-
223 vellae arbores moriuntur, praecipue ficus et vitis. Olea praeter vermiculationem, quam aeque ac ficus sentit, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici vel patellam. haec est solis exustio. Nocere tradit Cato et muscum rubrum. nocet plerumque vitibus atque oleis et nimia fertilitas. Scabies communis omnium est. inpetigo et quae adgnasci solent cocleae, peculiaria ficorum vitia, nec ubique. sunt enim quaedam aegri-
224 tudines et locorum. [5] Verum ut homini nervorum cruciatus sic et arbori, ac duobus aeque modis. aut enim in pedes, hoc est radices, inrumpit vis morbi, aut in articulos, hoc est cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. inarescunt ergo, et sunt apud Graecos sua nomina utrique
225 vitio. undique primo dolor, mox et macies earum partium fragilis, postremo tabes morsque, non intrante suco aut non

---

3. aliquando] D^2. quanto, *r*. 6. cani, *E*. 8. delicatiore sunt] delicatiores ut (uti, *E*)*C*. 11. alios] *d* alius, *r*. 15. ei] in, *E*. ein, *r*. 18. tempore, *C*. 21. persidit] D^2. persidet, *r*. 23. siccitatum] D^2. sittacum. *G*. sit citatium. *r*. 29 adgnasci] *d*. agnosci, *E*. agnasci, *r*. 31. ut] E^2. at, *r*. 37. morbusque, *E*.

perveniente, maximeque id fici sentiunt. Caprificus omnibus immunis est quae adhuc diximus. scabies gignitur roribus lentis post vergilias. nam si *larg*iores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie et *g*rossi cadunt; sive imbres nimii
5 fuere, alio modo ficus laborat radicibus madidis. [6] Vitibus 226
praeter vermiculationem et siderationem morbus peculiaris articulatio tribus de causis: una vi tempestatium germinibus ablatis, altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis, tertia culturae imperitia laesis. Omnis enim earum iniuriae in articulis
10 sentiuntur. siderationis genus est et his deflorescentibus roratio, aut cum acini priusquam crescant decocuntur in callum. aegrotant et cum alsere, laesis uredine attonsarum oculis. et calore hoc evenit intempestivo, quoniam omnia modo constant certoque temperamento. Fiunt et culpa vitia colentium, cum 227
15 praestringuntur, ut dictum, aut circumfossor iniurioso ictu ver- 209
beravit, vel etiam subarator inprudens luxavit radices corpusve desquamavit. est et quaedam contusio falcis hebetioris. quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut aestus, quoniam in ulcus penetrat iniuria omnis a foris. infirmissima
20 vero malus, maxime quaequ*ae* dulcis est. Quibusdam debilitas 228
sterilitatem, non necem adfert, ut si quis pino cacumen auferat vel palmae. sterilescunt enim, nec moriuntur. Aegrotant aliquando et poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut teporis vel adflatus defuere aut contra abundavere.
25 decidunt enim aut deteriora fiunt. pessimum est inter omnia, cum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus. [7] Sunt ex eadem causa nascentes et 229
urucae, dirum animal, eroduntque frondem, aliae florem, olivarum, quoque, ut in Mileto, ac depastam arborem turpi facie
30 relinquunt. nascitur hoc malum tepore umido et lento. fit aliud ex eodem, si sol acrior insecutus inussit ipsum vitium ideoque mutavit. Est etiamnum peculiare olivis et vitibus — araneum vocant —, cum veluti telae involvunt fructum et absumunt. Adurunt et flatus quidam eas maxime, sed et alios 230
35 fructus. nam vermiculationem et poma ipsa per se quibusdam

---

3. largiores] *Dal.* rariores, *C.* perfundunt] perfunduntne, *C. Vid. Urlichs vind. 330.* 4. grossi] *Hard.* erossi, *C.* 7. vi] uti, *C.* 9. enim] *om. E.* 10 et] in, *E.* 11. cum] *d.* con, *r.* 14. vitia colentium] *Ianus.* vitia colentia, *G.* vitium colentia, *r.* 19. ulcis, *DG.* 20. maxime quaequae] *ego.* maxime quaeque, D^2. maxime quaque, D^1. maximeque quae, E^1. maximeque quaeque, E^2. maximeque quaque, *G.* 24. teporis] temporis, *C.* defuere] D^2. defluere, *r.* 30. fit] D^2. sit, *r.* 33. 34. absumunt] absumunt et, D^2. adsumunt et, *r.*

annis sentiunt, mala, pira, mespila, punica. in oliva ancipiti eventu, quando cub *cute* nati fructum adimunt, augent, si in ipso nucleo fuere erodentes *eum*. Gigni illos prohibent pluviae quae fiunt post arcturum. eaedem si austrinae fuere, generant dr*u*ppis quoque, quae maturescentes tum sunt praecipue cadu- 5
231 cae. id riguis magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis. Sunt et culicum genera aliquis molesta, ut glandibus, fico, qui videntur ex umore nasci, tum dulci subdito corticibus. et
232 aegrotatio quidem fere in his est. [8] Quaedam temporum causae aut locorum non proprie dicantur morbi, quoniam pro- 10 tinus necant, sicut tabes cum invasit arborem aut uredo vel flatus alicuius regionis proprius, ut est in Apulia atabulus, in Euboea Olympias. hic enim si flavit circa brumam, frigore exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari possint. hoc genere convalles et adposita fluminibus laborant, praecipueque 15
233 vitis, olea, ficus. quod cum venit, detegitur statim in germinatione, in oliva tardius. sed in omnibus signum est revivescendi, si folia amisere. alioqui quas putes praevaluisse moriuntur. nonnumqum inarescunt folia eademque revivescunt. alia in ter*ris* septentrionalibus, ut Ponto, *T*hracia, frigore aut 20 gelu laborant, si post brumam continuavere XL diebus. *et* ibi autem et in reliquis partibus, si protinus editis fructibus ge-
234 latio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat. [9] Quae iniuria hominum constant secundum *vim* habent causas. pix, oleum, adeps inimica praecipue novellis. Cortice in orbem 25 detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuvatur, crassescens enim praestringit et strangulat. nec andrac*h*le offenditur, si non simul incidatur et corpus. alioqui et cerasus et tilia et vitis corticem mittunt, sed non vitalem, nec proximum corpori, verum eum qui subnascente alio expellitur. 30
235 Quarundam natura rimosus cortex, ut platanis. tiliae renascitur paulo minus quam totus. ergo his quarum cicatricem trahit medentur luto fimoque. et aliquando prosunt, si non vehementior frigorum aut caloris vis secuta est. quaedam tar-

---

2. sub cute] *Hard.* subeunti, *C.* 3. fuere] *D*². facere, *r.* eum] cum, *C.* 5. droppis, *C.* 7. molesta] *d.* modesta, *r.* 8. dulci] *d.* dulcis, *r.* 14. nullus, *DG.* 16. eum, *DG.* 18. si] *D*². *om. r.* 20. aliae, *dv.* in terris] *Hard.* inter, *C.* Thracia] *Urlichs vind.* 332. phrygia, *dv.* frygia, *G.* fragia, *r.* 21. et ibi] *codd. Gel.* ibi, *D*². tibi, *r.* 22. 23. gelatio] *d.* velatium, *E.* velatiu, *r.* 24. constant] *D*². constat, *r.* secundum vim] *ego.* secundum, *DG.* secumdum, *E*¹. secum *E*². 25. orbe, *EG.* 27. andrachle] *Sillig.* adracle, *E.* andracle, *r.* 33. fimoquae, *D*². fitoquae, *D*¹. fitoque, *G.* fiditoque, *E.* 34. caloris vis] *D*². caloruus, *E.* caloru iis, *r.*

dius ita moriuntur, ut robora et quercuus. refert et tempus anni. abieti enim et pino si quis detraxerit sole taurum vel geminos transeunte, cum germinant, statim moriuntur, eandem iniuriam hieme passae diutius tolerant. similiter ilex et robur 236
5 quercusque. si angusta decorticatio fuit, nihil nocet ut supra 234
dictis, infirmioribus quidem et in solo gracili vel ab una tantum parte detractus interemit. Similem et decacuminatio rationem habet piceae, cedri, cupressi — hae enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereunt — similem et depastio
10 animalium. Oleam quidem etiam si lambat capra sterilescere 237
auctor est Varro, ut diximus. quaedam hac iniuria moriuntur, 8, 204 15, 34
aliqua deteriora tantum fiunt, ut amygdalae — ex dulcibus enim transfigurantur in amaras —, aliqua vero etiam utiliora, ut aput Chios pirus quam phocida appellant. nam detruncatio 13, 36 17, 201
15 diximus quibus prodesset. Intereunt pleraque et fissa stirpe, 238
exceptis vite, malo, fico, punicis, quaedam vel ab ulcere tantum. *pin*us hanc iniuriam spernit et omnia quae resinam gignunt. Radicibus amputatis mori minime mirum est. pleraeque tamen non omnibus sed maximis aut quae sunt inter illas vitales ab-
20 scisis moriuntur. [10] Necat invicem inter sese umbra vel 239
densitate atque alimenti rapina. necat et hedera vinciens. nec viscum prodest, et cytisus neca*t*ur eo quod halimon vocant Graeci. Quorundam natura non necat quidem, sed laedit odor*u*m aut suci mixtura, ut raphanus et laurus vitem. olfa-
25 ctatrix enim intellegitur et tingui odore mirum in modum, ideo, cum iuxta sit, averti et recedere saporemque inimicum fugere. hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, rapha- 240
nus mandatur praecipiens. odit et caulem et olus omne, odit et corylum, ni procul absint, tristis atque aegra. nitrum qui-
30 dem et alumen, marina aqua calida et fabae putamina vel ervi ultima venena sunt.

25. (38.) Inter vitia arborum est et prodigiis locus. in- 241
venimus *f*icos sub foliis natas, vitem et malum punicam stirpe fructum tulisse, non palmite aut ramis, vitem uvas sine foliis,

---

5. quercusque] *Urlichs vind. 333.* quercus quae, *C.* et quercus. Quae, *dv.* nocet ut] *D*². nocetur, *rv.* 6. gracilius, *D*². 8. haec, *EG.* 10. capras, *DG.* 11. haec, *DG.* 14. phocida] *d*(?). phochida, *r.* 16. exceptis vite malo] *d.* exrectis vitem alio (ex alio, *E.*)*r.* punicis] *D*². punices, *r.* 17. pinus] *Urlichs vind. 334.* ficus, *C.* 19. 20. abscissis, *DG.* 20. necant, *D.* 22. necatur eo] *Hard.* nec aureo, *C.* halimon] *d* alimon, *r.* 24. odorum] *ego.* odorem, *C.* 27. 28. raphanum, *E.* rhapanum, *r.* 33. ficos] *Ianus.* eos, *G.* enim eos, *r.* punicam] *d*(?) punicum, *r.* 34. palmitem, *DG.*

oleas quoque amisisse folia bacis haerentibus. sunt miracula fortuita. nam et oliva in totum ambusta revixit, et in Boeotia
242 derosae locustis fici regerminavere. mutantur arbores et colore fiuntque ex nigris candidae, non semper prodigio, sed eae maxime quae ex semine nascuntur. et populus alba in nigram transit. quidam et sorbum, si in calidiora loca venerit, sterilescere putant. prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma aut dulcia ex acerbis, e caprifico fici aut contra, gravi ostento, cum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida uva et fico in nigras, aut ut Laodiciae Xerxis adventu platano
243 in oleam mutata. qualibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet, ne *in* infinitum abeamus, apud nos vero C. Epidi commentarii, in quibus arbores locutae quoque reperiuntur. Subsedit in Cumano arbor gravi ostento paulo ante Pompei Magni bella civilia paucis ramis eminentibus. inventum Sibylliuis libris internicionem hominum fore, tantoque maiorem quanto propius ab urbe *hostia litatum* esset.
244 Sunt prodigia et cum alienis locis enascuntur, ut in capitibus statuarum vel aris, et cum in arboribus ipsis alienae. ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem. simili modo Trallibus palma in basi Caesaris dictatoris circa bella civilia eius. nec non et Romae in Capitolio in ara Iovis bello Persei enata palma victoriam triumphosque portendit. hac tempestatibus prostrata eodem loco ficus enata est M. Messalae C. Cassii censorum lustro, a quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor
245 prodidit. Super omnia quae umquam audita sunt erit prodigium in nostro aevo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vetti Marcelli e primis equestris ordinis oliveto universo viam publicam transgresso arvisque inde e contrario in locum oliveti profectis.

246 26. (39.) Nunc expositis arborum morbis consentaneum est dicere et remedia. Ex his quaedam sunt communia omnium, quaedam propria quarundam. communia ablaqueatio, adcumulatio, adflari radices aut cooperiri rigua dato potu vel ablato, fimum suco refectis, putatio levatis onere, item suco

---

2. et in] *E.* etiam in, *D*². etiai, *r.* 3. fici] *D*². ficusi, *G.* ficisi, *r.* colores, *DG.* 4. prodigio sed eae] *d.* prodigiosae eae (deae *D*¹*G.* de ea, *D*²)*r.* 7. acerba] *d*(?). acerva *r.* 10. laodiciae] *D*². leoditiae, *E.* laudatiae, *r.* 11. mutata] *d*(?). mutatam, *r.* 12. in] *om. C.* 12. 13. C. Epidi] lepidi, *D*². cepidi, *r.* 13. commentarii] *d.* commentariis, *D.* comentariis, *r.* 17. propius] *d.* proprius, r. hostia litatum] *ego.* postea facta, *C.* 21. palmae, *D.* palme, *G.* 22. ara iovis] *D*². capita bis, *r.* 25. subversa] *E.* subversum, *r.* 28. vecti, *E.* 34. rigua]

emisso quaedam veluti detractio sanguinis, circumrasio corticis, vitium extenuatio et domitura palmitum, gemmarum, si frigus retorridas hirtasque fecerit, repumicatio et quaedam politura. Arborum his aliae magis aliae minus gaudent, veluti cupressus 247
5 et aquam aspernatur et fimum et circumfossuram amputationemque et omnia remedia odit, quin etiam necatur riguis, vitis et punicae praecipue aluntur. ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum vero eius marcescit. amygdalae si colantur fossione, florem amittunt. nec insitas circumfodere oportet priusquam validae 248
10 ferre coeperint poma. plurimae autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues et capillum. reciduntur veteres totae ac rursus a stolone aliquo resurgunt, sed 16, 123, 130, 173, 241
non omnes, nec nisi quarum naturam pati diximus.

(40.) Rigua aestivis vaporibus utilia, hieme inimica, autumno 249
15 varie et e natura soli, quippe cum vindemiator Hispaniarum stagnante solo uvas demetat. cetero maiore in parte orbis etiam pluvias autumi aquas derivare convenit. circa canis ortum rigua maxime prosunt ac ne tum quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. et aetas modum temperat,
20 novellae enim minus sitiunt. desiderant autem maxime rigari quae adsuevere, contra siccis locis genita non expetunt umorem nisi necessarium.

(41.) Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonense 250
Italiae agro, pago Fabiano, ubi et arva rigant. mirumque, her-
25 bae aqua illa necantur, fruges aluntur et riguus pro sarculo est. in eodem agro bruma, tanto magis si nives iaceant geletve, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare voc*ant*, memorabili natura in amne solis, e*o*dem aestate vix tolerandi rigoris.

30 27. (42.) Carbunculi ac robiginum remedia demonstra- 251
bimus volumine proximo. interim est et scariph*a*tio quaedam 18, 279 sqq.
in remedis, cum macie corticis ex aegritudine adstringente se iustoque plus vitalia arborum conprimente exac*u*tam falcis aciem utraque manu inprimentes perpetuis incisuris deducunt ac veluti

---

riguas *C.* 2. domitura palmitum gemmarum] *d.* dominatura palmitum gemmarum, *E.* dominarum, *r.* 5. aquam] *E.* aquas, D^1. aqua, *r.* 8. marcescit] *Hard.* marcescet, *C.* 12. ac] *d. om. r.* 15. variae, *DG.* varia, *E.* vindemitor, *DG.* 16. ceterum *E.* 17. derivare] D^2. eriavere, *E.* eriaevare, *r.* 25. riguus] frigus, D^2. 26. si nives iaceant] D^2. sinuessa taceant (tacent, E^1)*r.* 28. voce, *E.* vocem, *r.* eodem aestate] *Ianus.* ede maiestate, *C.* 30. carbunculi] *d.* carbunculum, *r.* 30. 31. demonstravimus, D^1EG. 31. chariphacio, *E.* scariphacio, *r.* 32. macie] *d.* acie, *r.* 33. exacutam] *Urlichs vind. 335.* exactam *C.* 34. utramque, D^1EG.

cutem laxant. salutare id fuisse argumento sunt dilatatae cicatrices et internato corpore expletae.

252 (43.) Magnaque ex parte similis hominum medicina et arborum est, quando earum quoque terebrantur ossa. amygdalae ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite et ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur. et ulmis detrahitur sucus inutilis, supra terram foratis usque ad medullam 253 in senecta, aut cum alimento nimio abundare sentiuntur. idem et ficorum turgido cortice incisuris in oblicum levibus emittitur. ita fit ne decidant fructus. pomiferis quae germinant nec ferunt fructum fissa radice inditur lapis, fertilesque fiunt, hoc idem in amygdalis e robore cuneo adacto, in piris sorbisque e 254 taeda ac cinere et terra cooperto. Etiam radices circumcidisse prodest vitium luxuriantium ficorumque et circumcisis cinerem addidisse. Fici serotinae fiunt, si primae grossi, cum fabae magnitudinem excessere, detrahantur. subnascuntur enim quae serius maturescunt. eaedem *cum* frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertilioresque fiunt, nam caprificatio maturat.

255 (44.) In ea culices nasci e grossis manifestum, quoniam, cum evolavere, non inveniuntur intus grana, quae in eos versa apparet. exeundi tanta est aviditas ut plerique aut pede relicto aut pinnae parte erumpant. Est et aliud genus culicum quos vocant centrinas, fucis apium similes ignavia malitiaque cum pernicie verorum et utilium. interemunt enim illos atque 256 ipsi commoriuntur. vexant et tineae semina ficorum, contra quas remedium in eadem scrobe defodere taleam lentisci inversa parte quae fuerit a cacumine. uberrimas autem ficus rubrica amurca diluta et cum fimo infusa radicibus frondere *in*cipientium facit. caprificorum laudantur maxime nigrae et in petrosis, quoniam frumenta plurima habeant, caprificatio ipsa post imbrem.

257 (45.) In primis autem cavendum ne ex remediis vitia fiant, quod evenit nimia aut intempestiva medicina. interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima. vitis tantum tonsuram annuam quaerit, alternam vero myrtus, punicae, oleae, quia celeriter fruticescunt. ceterae rarius tondentur, nulla autumno. ac ne radantur quidem nisi

---

2. expletae] *d.* expleto, *r.* 8. senectam, *C.* 13. et] *d.* e, *r.* 15. primae] *d.* primae ae, D^1. prima ae, *r.* 17. eaedem] *d.* eadem, *r.* cum] *om.* *C.* 26. commoriuntur] *codd.* *Chiff.* moriuntur, *C.* 27. quas] *d.* quos, *r.* talea.n] *Pint.* italiam, *C.* 28. lubrica] *EG.* 29. 30. recipientium, *d.* cipientium, *r.* 37. radantur] D^2. radiantur, *r.*

vere. putatio ne plaga *sit;* vitalia sunt omnia quaecumque non supervacua.

(46.) Similis fimi ratio. gaudent eo, sed cavendum ne 258
in fervore solis admoveatur, ne inmaturum, ne validius quam
5 opus sit. urit vineas suillum nisi quinquennio interposito, praeterquam si riguis diluatur, et e coriariorum sordibus nisi admixta aqua, item largius. iustum existimant in denos pedes quadratos tres modios. id quidem soli natura decernet.

(47.) Columbino ac suillo plagis quoque arborum me- 259
10 dentur. si mala punica acida nascantur, ablaqueatis radicibus fimum suillum addi iubent. eo anno vinolenta, proximo dulcia futura. alii urina hominis aqua mixta riganda censent quater anno, singulis amphoris, aut cacumina spargi vino lasare diluto, si findantur in arbore, pediculum intorqueri, ficis utique
15 amurcam adfundi, ceteris arboribus aegris faecem vini, aut lupinum circum radices earum seri. Aqua quoque lupini decocti 260
circumfusa pomis prodest. fici, cum Volcanalibus tonuit, cadunt. remedium est ut ante stipula hordeacea areae stringantur. Cerasos praecoces facit cogitque maturescere calx admota ra-
20 dicibus. et haec autem omnia poma intervelli melius est ut quae relicta sint grandescant.

28. Quaedam poena emendantur aut morsu excitantur, 261
ut palmae ac lentisci. salsis enim aquis aluntur. salis vim et cineres, sed leniorem habent, ideo ficis adsperguntur rutaeque,
25 ne fiant vermiosae neve radices putrescant. quin et vitium radicibus aquam salsam iubent adfundi, si sint lacrimosae, si vero fructus earum decidant, cinerem aceto conspergi ipsasque inlini aut sandaraca, si putrescat uva, si vero fertiles non sint, aceto acri subacto cinere rigari atque oblini; quod si fructum 262
30 non maturent prius inarescentem, praecisarum ad radices plagam fibrasque aceto acri et urina vetusta madefacere atque eo luto obruere, saepe fodere. olearum, si parum promisere fructus, nudatas radices hiberno frigori opponunt eaque castigatione proficiunt. omnia haec annua caeli ratione constant
35 et aliquando serius poscuntur, aliquando celerius. Nec non ignis aliquis prodest, ut harundini. ambusta namque densior mitiorque surgit. Cato et medicamenta quaedam conponit,

---

1. putatio ne plaga sit] *ego.* putatione plaga ad, *C.* 3. fimi ratio] *eodd. Gel.* firmatio, *C.* 7. largios, *C.* 11. addi iubend, D^2. adiubend, D^1. adiubent. *G.* adiuvent, E^2. advenit, E^1. 15. vini] *d.* vinea, *E.* vine, *r.* 19. calix, D^1E^1. ca. LX. *G.* 23. ut] *d.* et, *r.* salsis] salis, *C.* 24. cinis, *DG.* rutaeque] *Dal* rutaque, *C.* 25. ne] *d.* nec, *r.* 28. sint] *Urlichs vind. 336.* sunt, *C.* 30. ab, *DG.* 36. aliquid] *E.*

mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum urnam, amurcae et aquae portione aequa, ablaqueatis prius radicibus paulatim adfundi iubens, in olea hoc amplius, stramentis ante circumpositis, item fico, huius praecipue vere terram adaggerari radicibus, ita futurum ut non
264 decidant grossi maiorque fecunditas nec scabra proveniat. simili modo, ne convolvolus fiat in vinea, amurcae congios duos decoci in crassitudinem mellis, rursusque cum bituminis tertia parte et sulpuris quarta sub diu *co*qui, quoniam exardescat sub tecto. hoc vites circa capita ac sub bracchis ungui; ita non fore convolvolum. quidam contenti sunt fumo huius mixturae
265 suffire vineas secundo flatu continuo triduo. Plerique non minus auxilii et alimenti arbitrantur in urina quam Cato in amurca, addita modo pari aquae portione, quoniam per se noceat. aliqui volucre appellant animal praerodens pubescentes uvas. quod ne accidat, falces, cum sint exacutae, fibrina pelle detergent atque ita putant, aut sanguine ursino linunt post putationem easdem. Sunt arborum pestes et formicae.
266 has abigunt rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus, nec non et pisce suspenso iuxta in unum locum congregant aut lupino trito cum oleo radices linunt. multi et has et talpas amurca necant, contraque urucas, et mala *ne* putrescant, lacerti viridis felle tangi cacumina iubent, privatim autem contra urucas ambiri arbores singulas a muliere initi*an*te mensis, nudis
267 pedibus, recincta. item ne quod animal pastu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto spargi folia, quotiens imber interveniat, quoniam obli*n*atur ita virus medicaminis, mira quaedam excogitante sollertia *hu*mana, quippe cum averti grandines carmine credant plerique, cuius verba inserere non equidem serio ausim, quamquam a Catone proditis contra luxata membra iungenda harundinum fissurae. idem arbores religiosas lucosque succidi permisit, sacrificio prius facto, cuius rationem *pre*cationemque eodem volumine tradidit.

---

2. portionem, E^1. 3. aqua, *DG*. 5. vetere, *E*. 8. mollis, D^1EG. cum bituminis tertia] *d*. cubitum in his tertia, D^2. cubitu (cubitum, *E*.) ministeria, *r*. 9. coqui] qui, *C*. 15. alii, *E*. volucre] *d*. voluere, *r*. 17. ursina, D^1EG. li///nunt, *D*. linolunt, *G*. lini volunt, *E*. 19. caudibus, *EG*. 21. has et] *d*. *om*. *E*. has e, *r*. 22. uricas, *DG*. ne] *om*. *C*. 24. initiante] *Barthius ad. Stat. Theb. 6, 217*. incitate, D^2. incitati, *r*. 26. diluto] *d*. dilutos, *r*. 27. oblinatur] *ego*. obluator, *C*. 28. humana] inmanat, *E*. immanat, *D*. imanat, *G*. 30. membra] menbret, D^1. menbra et, D^2. menbreu, *E*. membret, *G*. 31. iungenda] *Ianus*. iungendae, *D*. iunguendae, *r*. 32. 33. precationemque] *Hard*. rotationemque, *E*. recationemque, *r*.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XVIII.

Cap. 1. (Sect. 1.) Sequitur natura frugum hortorumque 1
ac florum quaeque alia praeter arbores aut frutices benigna tellure proveniunt, vel per se tantum herbarum inmensa contemplatione, si quis aestimet varietatem, numerum, flores, odores coloresque et sucos ac vires earum quas salutis aut voluptatis hominum gratia gignit. qua in parte primum omnium patrocinari terrae et adesse cunctorum parenti iuvat, quamquam 2
inter initia operis defensae. quoniam tamen ipsa materia ac- 2, 154
cedit interius ad reputationem eiusdem parientis et noxia, nostris sqq.
eam criminibus urguemus nostramque culpam illi inputamus. genuit venena. set quis invenit illa praeter hominem? cavere ac refugere alitibus ferisque satis est. atque cum arbore exacuant limentque cornua elephanti et uri, saxo rhinocerotes, utroque apri dentium sicas, sciantque ad nocendum praeparare se animalia, quod tamen eorum excepto homine tela sua venenis tinguit? nos et sagittas unguimus ac ferro ipsi nocen- 3
tius aliquid damus, nos et flumina inficimus et rerum naturae elementa, ipsumque quo vivitur in perniciem vertimus. neque est ut putemus ignorari ea ab animalibus; quae praeparent *enim* contra serpentium dimicationes, quae post proelium ad medendum excogitarint, indicavimus. nec ab ullo praeter ho- 8, 88
minem veneno pugnatur alieno. fateamur ergo culpam ne iis 96 sqq. 4
quidem quae nascuntur contenti; etenim quanto plura eorum genera humana manu fiunt! quid? non et hominis quidem vi venena nascuntur? atra ceu serpentium lingua vibrat tabesque animi contracta adurit culpantium omnia ac dirarum alitum

8. ac] *E.* aut, *r.* 9. qua in] D^2. quam, *r.* 12. interius] *ego.* intus, *C.* 13. urguemus] *G.* urguetur, E^1. urguemur, *r.* 14. set] et, *E.* hominum, *DFG.* 15. 16. exacuant] D^2. exagant, *F.* exaquant, *r.* limentque] *d.* timenque, D^2. limenque, *r.* uri saxo] *E.* uri ac, D^2. humore saxo, *r.* 17. utraque, *C.* apri] D^2. apru, *r.* sicca, *E.* siccas, *r.* 18. tela] *E.* e tela, *r.* 19. tinguit] D^2. tingui, *E.* tinguis, *r.* 20. flumina] D^2. filomina, *r.* 21. ipsumque] ipsum quoque, *E.* in] ipse in, D^2. in se, *E.* ipse, *r.* 23. enim] *ego.* e, D^1. *om. r.* 24. excogitarint] *ego.* excogitarent, *C.* 25. pugnantur, *E.* pugnamtur, *FG.* culpam] *d.* culpa, *r.* 26. quanto] *Huetius.* quando, *C.* 27. quid? non] quin. *E.* 28. vi] *ego in Jahns Jahrb. 95, 73.* ut, *C.*

modo tenebris quoque suis et ipsarum noctium quieti invidentium gemitu, quae sola vox eorum est, ut inauspicatarum animantium vice obvii quoque vetent agere aut prodesse vitae.
5 nec ullum aliud abominati spirituus praemium novere quam odisse omnia. verum et in hoc eadem naturae maiestas quanto 5 plures bonos genuit ut fruges! quanto fertilior in his quae iuvent alantque! quorum aestimatione et gaudio nos quoque relictis exustioni suae istis hominum rubis pergemus excolere vitam, eoque constantius quo operae nobis maior quam famae gratia expetitur. quippe sermo circa rura est agrestisque 10 usus, sed quibus vita constet honosque apud priscos maximus fuerit.

6 2. (2.) Arvorum sacerdotes Romulus in primis instituit seque duodecimum fratrem appellavit inter illos Acca *Larentia* nutrice sua genitos, spicea corona quae vitta alba colligaretur 15 sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data, quae prima apud Romanos fuit corona. honosque is non nisi vita finitur et
7 exules etiam captosque comitatur. Bina tunc iugera p. R. satis erant, nullique maiorem modum adtribuit, quo servorum paulo ante principis Neronis contento huius spatii viridiariis? 20 piscinas iuvat maiores habere, gratumque, si non aliquem culinas. Numa instituit deos fruge colere et mola salsa supplicare atque, ut auctor est Hemina, far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset, id uno modo consecutus, statuendo non
8 esse purum ad rem divinam nisi tostum. is et Fornacalia in- 25 stituit farris torrendi ferias et aeque religiosas Terminis agrorum. hos enim deos tum maxime noverant, Seiamque a serendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in circo videmus, — tertiam ex his nominare sub tecto religio est —, ac ne degustabant quidem novas fruges aut vina antequam 30 sacerdotes primitias libassent.

9 3. (3.) Iugerum vocabatur quod uno iugo boum in die exarari posset, actus in quo boves agerentur cum aratro uno

---

1. suis] *D*². vis, *r*. 2. quae] *D*². quoque, *E*. que, *r*. 3. obvii] obuti, *D*². 7. iuvant, *E*. alantque] *D*². alutque, *G*. aluntque, *r*. 8. exustioni] *cod. Tol.* exustionis, *C*. urbis, *EG*. 9. quo] quoniam, *D*. qm̄, *F*. 10. gratia] *E*¹. gretia, *E*². graecia, *DG*. precia, *F*¹. grecia, *F*². 11. constet] *cod. Tol.* et, *E*. tet, *r*. 14. sauventia, *G*. saventia, *r*. 15. genitos] *d*. genitus, *r*. 17. finitus, *E*. 20. spatio, *E*. patii, *r*. 23. hemina] *d*. emina, *D*². eamina, *E*. aemina, *r*. 24. salubrius esset] *d*. salubribus esse, *D*²*E*. sarlubribus esse, *r*. consecutus] *Ianus*. consecutum, *C*. 25. Fornacalia] *Merula*. fortunacalla, *C*. 29. tertiam] *d*. tertia, *r*. 31. libassent] *d*. livassent, *D*². iuvassent, *r*.

impetu iusto. hic erat CXX pedum, duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat. dona amplissima imperatorum ac fortium civium quantum quis uno die plurimum circumaravisset, item quartari farris aut heminae, conferente populo.
5 Cognomina etiam prima inde: Pilumni qui pilum pistrinis in- 10
venerat, Pisonis a pisendo, iam Fabiorum, Lent*ul*orum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus sereret. Iuniorum familiam Bubulcum nominarunt quia bubus optime utebatur. quin et in sacris nihil religiosius conf*a*rreationis vinculo erat,
10 novaeque nuptae farreum praeferebant. Agrum male colere 11
censorium probrum iudicabatur, atque, ut refert Cato, cum virum laudantes bonum agricolam bonumque colonum dixissent, amplissime laudasse existimabantur. hinc et locupletes dicebant loci, hoc est agri, plenos. pecunia ipsa a pecore appellabatur
15 et etiam nunc in tabulis censoris pascua dicuntur omnia ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. multatio quoque non nisi ovium boumque inpendio dicebatur, nec omittenda priscarum legum benivolentia. cautum quippe est ne quis bovem prius quam ovem nominaret
20 qui indiceret multam. Ludos boum causa celebrantes Bubetios 12
vocabant. Servius rex ovium boumque effigie primum aes signavit. Frugem quidem aratro quaesitam furtim noctu pavisse ac secuisse puberi XII tabulis capital erat, suspensumque Cereri necari iubebant gravius quam in homicidio convi-
25 ctum, inpubem praetoris arbitratu verberari noxiamve duplionemve decerni. Iam distinctio honosque civitatis ipsius non 13
aliunde erat. rusticae tribus laudatissimae eorum qui rura haberent, urbanae vero, in quas transferri ignominia esset, desidiae probro. itaque quattuor solae erant a partibus urbis
30 in quibus habitabant, Suburana, Palatina, Collina, Esquilina. nundinis urbem revisitabant et ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebes rustica avocaretur. Quies somnusque 14
in stramentis erat. gloriam denique ipsam a farris honore adoriam appellabant. equidem ipsa etiam verba priscae signi-
35 ficationis admiror. ita enim est in commentariis pontificum:

---

4. quartarius] F^2. 6. pisendo] D^2F^2. piscendo, *r*. Lentulorum] *Barb*. lentinorum, *C*. 7. 8. familiam] *F*. familia, *r*. 8. quia] F^2. qui, *r*. 9. confarreationis] *Dal*. conferretationis, *C*. 12. laudantes bonum agricolam] D^2. *om*. *r*. 15. et] F^2. *om*. *r*. 18. nec] F^2. nunc, *r*. 19. quis] F^2. *om*. *r*. 21. aes] D^2 *in ras*. *E*. ares, *F*. araes, *G*. 23. puberi] F^2. pubere, D^2. puveri, *r*. 28. urbanae] F^2. vanae, *E*. bene, *G*. banae, *r*. 30. quibus] F^2. quas, *r*. 34. ipsa] *om*. *EG*. etiam] *om*. DF^1.

Augurio canario agendo dies constituantur priusquam frumenta vaginis exeant nec antequam in vaginas perveniant.

15 (4.) Ergo his moribus non modo sufficiebant fruges nulla provinciarum pascente Italiam, verum etiam annonae vilitas incredibilis erat. Manius Marcius aedilis plebis primum frumentum populo in modios assibus datavit. L. Minucius Augurinus, qui Spurium Maelium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit undecumus plebei tribunus, qua de causa statua ei extra portam trigeminam a populo stipe
16 conlata statuta est. T. Seius in aedilitate assibus populo frumentum praestitit, quam ob causam et ei statuae in Capitolio ac Palatio dicatae sunt, ipse supremo die populi umeris portatus in rogum est. quo verum anno Mater deum advecta Romam est, maiorem ea aestate messem quam antecedentibus
17 annis decem factam esse tradunt. M. Varro auctor est, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse, item vini congios ficique siccae pondo XXX, olei pondo X, carnis pondo XII. nec e latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos, quippe etiam lege Stolonis Licini incluso modo quingentorum iugerum et ipso sua lege damnato, cum substituta fili persona amplius possideret.
18 Luxuriantis iam rei p. fuit ista mensura. Mani quidem Curi post triumphos inmensumque terrarum adiectum imperio nota dictio est perniciosum intellegi civem cui septem iugera non essent satis. haec autem mensura plebei post exactos reges
19 adsignata est. Quaenam ergo tantae ubertatis causa erat? ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri, ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato et triumphali aratore, sive illi eadem cura semina tractabant qua bella, eademque diligentia arva disponebant qua castra, sive honestis manibus
20 omnia laetius proveniunt, quoniam et curiosius fiunt. Serentem invenerunt dati honores Serranum, unde ei et cognomen. aranti quattuor sua iugera in Vaticano, quae prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dictaturam et quidem, ut

2. nec] *Urlichs chrest. 224.* et, *C.* 4. nulli, *C.* 6. plebis] *d.* plebilis, *r.* 7. modios assibus] medio (medios, D^2.) assibus (passibus, *FG*)*C.* 8. aelium, *C.* 10. quae, *DFG.* trigemina, *DFG.* 11. T. Seius] *Sillig.* T. Sesius, *d.* Treius, *E.* T. reius, *r.* 15. romam] *d.* roma, *r.* ea aestate messem] *codd. Turnebi.* eam aestate esse (messem, *d*)*C.* 18. pondo] ponto, *d.* post, *r. Sic ter deinceps.* 20. lege] *d.* legis, *r.* 21. ipso] *D.* ipse, *r.* 25. dictio] F^2. coccio, *G.* contio, *Ev.* coctio, *r.* 33. ei et] F^2. *om. r.* 35. cincinnato] *d.* cincinatori, *E.* cincinator, *r.*

traditur, nudo, plenusque nuntius morarum, vela corpus, inquit, ut perferam senatuus populique Romani mandata. Tales tum 21
etiam viatores erant, quod ipsum nomen inditum est subinde ex agris senatum ducesque arcessentibus. at nunc eadem illa
5 vincti pedes, damnatae manuus inscriptique vultus exercent, non tam surda tellure quae parens appellatur colique dicitur, ut onere ab his sumpto non invita ea et indignante credatur id fieri. sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse quae fuerint imperatorum!

10 (5.) Igitur de cultura agri praecipere principale fuit etiam 22
apud exteros, siquidem et reges fecere, Hiero, Philometor Attalus, Archelaus, et duces, Xenophon et Poenus etiam Mago, cui quidem tantum honorem senatus noster habuit Carthagine capta ut, cum regulis Africae bibliothecas donaret, unius eius
15 duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam transferend*a*, cum iam M. Cato praecepta condidisset, peritisque 23
Punicae dandum negotium, in quo praecessit omnis vir clarissimae familiae D. Silanus. sapientiae vero auctores et carminibus excellentes quique alii illustres viri conposuissent quos
20 sequemur praetexuimus hoc in volumine, non in grege nominando M. Varrone qui LXXXI vitae annum agens de ea re prodendum putavit.

4. Apud Romanos multo serior vitium cultura esse coepit, 24
primoque, ut necesse erat, arva tantum coluere, quorum a
25 nobis nunc ratio tractabitur non volgari modo verum, ut adhuc fecimus, et vetustis et postea inventis omni cura perquisitis causaque rerum et ratione simul eruta. dicemus et sidera 207sqq.
siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata, quandoquidem qui adhuc diligentius ea tractavere quibusvis potius
30 quam agricolis scripsisse possunt videri. (6.) ac primum omnium 25
oraculis maiore e parte agemus, quae non in alio vitae genere plura certiorave sunt. cur enim non videantur oracula a certissimo die maximeque veridico usu profecta?

5. Principium autem a Catone sumemus: Fortissimi 26
35 viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur

---

1. nudo] nodo, D^1F^1. manus nodo, *E*(?). plenosque, *DEF*^{1}. nuntius] F^2. nunti, *r*. morarum] F^2. amorum, *E*. ac morum, *r*. 4. ex] et ex *E*. 7. ut] F^2. ut ipsa (ipse, *G*)*r*. onere] F^2. honere, *r*. ab] F^2. *om*. *r*. sumpto non] F^2. absumpto ut non, *r*. invite, *EF*. indignante credatur] F^2. indigna creantur, *r*. 10. iugitur, *G*. iugiter, F^1. 15. 16. transferendo, *C*. 18. auctores — 19. viri] D^2. *om*. *r*. 20. sequimur, *F*. sequentur, *E*. sequmur, D^1. 24. coluere] F^2. colere, F^1. colore, *r*. 26. perquisitis] D^2. perquisitio, *r*. 27. dicimus *C*. 29. qui] *E*. *om*. *r*. 31. e] a, E^1. *om*. D^2.

minimeque male cogitantes. Praedium ne cupide emas. in re rustica operae ne parcas, in agro emendo minime. quod male emptum est semper paenitet. agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam, vicinum. Singula magnas interpreta- 5
27 tiones habent nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius aestimari iubet, quo pacto *nit*eant. in bona enim, inquit, regione bene nitent. Atilius Regulus ille Punico bello bis consul aiebat neque fecundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effetis saluberrimum. Salubritas loci non sem- 10 per incolarum colore detegitur, quoniam adsueti etiam in pestilentibus durant. praeterea sunt quaedam partibus anni salubria, nihil autem salutare est nisi quod toto anno salubre
28 est. Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter
17, 36 prima spectari iubet ut solum sua virtute valeat qua dictum 15 est positione, ut operariorum copia prope sit oppidumque validum, ut navigiorum evectus vel itinerum, ut bene aedificatus et cultus, in quo falli plerosque video. segnitiem enim prioris domini pro emptore esse arbitr*an*tur. nihil est damnosius deserto agro. itaque Cato, de bono domino melius emi, nec 20 temere contemnendam alienam disciplinam, agroque ut homini, quamvis quaestuosus sit, si tamen et sumptuosus, non multum
29 superesse. ille in agro quaestuosissimam iudicat vitem — non frustra, quoniam ante omnia de inpensae ratione cavit — proxime hortos irriguos — nec id falso, si sub oppido sint — 25 et prata antiqui parata dixere, idemque Cato interrogatus, quis esset certissimus quaestus, respondit: si bene pascas, qui
30 proximus? si sat bene. Summa omnium in hoc spectando fuit ut fructus is maxime probaretur qui quam minimo inpendio constaturus esset. hoc ex locorum occasione aliter alibi decer- 30 nitur, eodemque pertinet quod agricolam Cato vendacem esse
31 oportere dixit, fundum in adulescentia conserendum sine cunctatione, *a*edificandum non nisi consito agro, tunc quoque cunctanter, optimumque est, ut volgo dixere, aliena insania

---

5. aquarum, F^2. viam] viam aut, D^2. vim aut, *r*. viciniam, F^2. 7. niteant] iubeant, *C*. 8. regione] *d*. religione, *r*. nitent] *cod. Tol.* nitentq., *G*. nitenti, *r*. 14. est malus] F^2. malus, *r*. 15. valeat] D^2. *om*. *G*. aleat, *r*. 17. ut bene] D^2. vi(tum, *E*) bene, *r*. 18. segnitiem] *G*. segnitio, *r*. 19. arbitratur, *C*. damnosius] D^2. damno eius, *r*. 20. desertus, *C*. ager, *E*. agrum, F^2. 25. irriguos] F^2. riguos, *r*. 28. si sat] *Sillig*. sit. at, *C*. 29. minimo] F^2. minime, *r*. 31. cato] F^2. *om*. *r*. 32. 33. sine cunctatione edificandum, D^2. *om*. *r*. 33. consito] D^2. consitio, *r*.

frui, sed ita ut villarum tutela non sit oneri, eum tamen qui bene habitet saepius ventitare in agrum, frontemque domini plus prodesse quam occipitium non mentiuntur.

6. (7.) [1] Modus hic probatur ut neque fundus villam 32
5 quaerat neque villa fundum, non, ut fecerunt iuxta diversis eadem aetate exemplis L. Lucullus et Q. Scaevola, cum villa Scaevolae fructus non caperet, villam Luculli ager, quo in genere censoria castigatio erat minus arare quam verrere. nec hoc sine arte quadam est. novissimus villam in Misenensi
10 posuit C. Marius VII cos. sed peritia castra metandi, sic ut conparatos ei ceteros etiam Sulla Felix caecos fuisse diceret. [2] convenit neque iuxta paludes ponendam esse neque adverso 33
amne, quamquam Homerus omnino e flumine semper antelucanas auras insalubres verissime tradidit. spectare in aestuosis
15 locis septentriones debet, meridiem in frigidis, in temperatis exortum aequinoctialem. Agri ipsius bonitas quibus argumentis 34
iudicanda sit, quamquam de terrae genere optimo disserentes abunde dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas 17, 25 sqq.
subsignabimus Catonis maxime verbis: ebulum vel prunus
20 silvestris vel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratensis, quercus, silvestris pirus malusque frumentarii soli notae, item nigra terra et cinerei coloris. omnis creta coquet, nisi permacra, sabulumque, nisi id etiam pertenue est, et multo
25 campestribus magis quam clivosis respondent eadem. [3] Modum agri in primis servandum antiqui putavere, 35
quippe ita censebant, satius esse minus serere et melius arare, qua in sententia et Vergilium fuisse video. verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam, iam vero et provincias.
30 sex domini semissem Africae possidebant, cum interfecit eos Nero princeps, non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio qui numquam agrum mercatus est conterminum. Agro empto domum vendendam inclementer atque non ex utilitate publici status Mago censuit hoc exordio praecepta pan-

---

5. fecerit, *C.* diversis] *om. G.* diversum, *r.* 6. et Q.] equae *E.* et quae, *F.* et que, *r.* 7. caperet] *codd. Turnebi.* caret, *C.* 9. misinensi, *C.* 10. metanti, *E.* 11. comparatos ei ceteros, *codd. Gel.* conparatus et ceterus (ceteri, *E*)*C.* diceret] *codd. Gel.* dicere, *C.* 13. e] *om. C.* 15. in temperatis] F^2. temperatis, *r.* 21. 22. malusque] *E.* malus, *r.* 22. frumentarii soli notae] frumentis habilis linoque, F^2. 24. sabulumque] F^2. sabulum, *r.* 29. latifundia] *D.* latifundium, *E.* latifundi iam, F^2. latifundiam, *r.* 31. fraudandus, F^2. 32. pompeius, F^2.

dere ingressus, ut tamen appareat adsiduitatem desideratam ab
36 eo. [4] Dehinc peritia vilicorum in cura habenda est, multa-
que de his Cato praecepit. nobis satis sit dixisse quam pro-
ximum domino cordi esse debere et tamen sibimet ipsi non
videri. coli rura ab ergastulis pessumum est et quidquid agitur
a desperantibus. temerarium videatur unam vocem antiquorum
posuisse, et fortassis incredibile penitus aestimetur: nihil mi-
37 nus expedire quam agrum optime colere. L. Tarius
Rufus infima natalium humilitate consulatum militari industria
meritus, antiquae alias parsimoniae, circiter |M| HS. liberalitate
divi Augusti congestum usque ad detractationem heredis exhausit
agros in Piceno coemendo colendoque in gloriam. internicio-
nem ergo famemque censemus? immo, Hercules, modum iu-
38 dicem rerum omnium utilissimum. bene colere necessarium
est, optime damnosum. praeterquam subole, suo colono aut
pascendis alioqui colente domino aliquas messes colligere non
expedit, si conputetur inpendium operae, nec temere olivam,
nec quasdam terras diligenter colere, sicut in Sicilia tradunt,
itaque decipi advenas.

39 (8.) [1] Quonam igitur modo utilissime colentur agri? ex
oraculo scilicet: malis bonis. sed defendi aecum est abavos
qui praeceptis suis prospexere vitae. namque cum dicerent
malis, intellegere voluere vilissimos, summumque providentiae
illorum fuit ut quam minimum esset inpendi. praecipiebant
enim ista qui triumphales denas argenti libras in supellectile
crimini dabant, qui mortuo vilico relinquere victorias et reverti
in rura sua postulabant, quorum heredia colenda suscipiebat
40 res p., exercitusque ducebant senatu illis vilicante. Inde illa
reliqua oracula: nequam agricolam esse quisquis emeret
quod praestare ei fundus posset, malum patrem
familias quisquis interdiu faceret quod noctu pos-
set, nisi in tempestate caeli, peiorem qui profestis
diebus ageret quod feriatis deberet, pessimum qui
sereno die sub tecto potius operaretur quam in
41 agro. [2] Nequeo mihi temperare quo minus unum exemplum
antiquitatis adferam ex quo intellegi possit apud populum etiam

---

4. cordi] F^2. corde, *r*. 5. ab] F^2. *om r*. 7. posuisse] F^2. potuisse, *r*. 9. militari] *D*. militare, *r*. 10 |M| HS] *ego*. XIh$\overset{\text{i}}{\text{S}}$, D^1F. XIh|-S, *G*. X I+S, D^2, in, *E*. 11. detractationem] E^2. detractionem, *r*. exhausit] *d*. exausit, *r*. 13. modu, E^2. modo, E^1. 20. Quonam] *E*. Q$\overline{\text{m}}$, *r*. 21. defendendi, *DFG*. 23. summumque] D^2. summum, *r*. 24. esset] *d*. esse, *r*. inpedi, *DFG*. 27. heredia] *d*. herendia, *r*. 28. illis] *d*. illi, *r*. 30. posset] *d*. possit, *r*. 32. professis, *C*.

de culturis agendi morem fuisse, qualiterque defendi soliti sint
illi viri. C. Furius Cresimus e servitute liberatus, cum in
parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet quam
ex amplissimis vicinitas, in invidia erat magna, ceu fruges
5 alienas perliceret veneficiis. quamobrem ab Spurio Albino curuli 42
aedile die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus
oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit et
adduxit *fam*iliam suam validam atque, ut ait Piso, bene curatam
ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres
10 ponderosos, boves saturos. postea dixit: veneficia mea, Qui- 43
rites, haec sunt, nec possum vobis ostendere aut in forum
adducere lucubrationes meas vigiliasque et sudores. omnium
sententiis absolutus itaque est. profecto opera inpensa cultura
constat, et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini
15 esse dixerunt. [3] Reliqua praecepta reddentur suis locis, quae 44
propria generum singulorum erunt. interim communia quae
succurrunt non omittemus, et in primis Catonis humanissimum
utilissimumque: id agendum ut diligant se vicini. cau-
sas reddit ille, nos existimamus nulli esse dubias. inter prima
20 idem cavet ne familiae male sit. nihil sero faciendum in
agricultura omnes censent, iterumque suo quaeque tempore
facienda, et tertio praecepto praetermissa frustra revocari. de
terra cariosa execratio Catonis abunde indicata est, quamquam 17, 3
praedicere non cessat is, quidquid per asellum fieri
25 potest vilissime constare. Filex biennio moritur, si 45
frondem agere non patiaris. id efficacissime contingit germi-
nantibus ramis baculo decussis. sucus enim ex ipsa defluens
necat radices. aiunt et circa solstitium avolsas non renasci
nec harundine sectas aut exaratas vomeri harundine inposita.
30 similiter et harundinem exarari filice vomeri inposita praecipiunt. 46
iuncosus ager verti pala debet, ante infractus bidentibus. fru-
tecta igni optime tolluntur. umidiorem agrum fossis concidi 47
atque siccari utilissimum est, fossas autem cretosis locis apertas

1. agendis, *F*. morem] modum, F^2. 5. venificiis, *E*. beneficiis, *r*. curili, *DFG*. 6. aedile] *Sillig. om. C.* 8 familiam] *Hard.* filiam, *C.* suam] D^2. *om r.* 10. benefacia, DF^1. benefacta, F^2. benefacico, *G*. 12. omnibus, DF^1G. 13. inpensa] *E*. in inpensa, *F*. non inpensa, *r*. 14. constat et] *E*. constet, *r*. 16 erunt] E^2F^2. erit, F^1. erint, *r*. 18. utilissimumque] F^2. utilissimum, *r*. se] F^2. *om. r.* 21. iterum, *E*. 25. constare] F^2. constat, *r*. filex] F^2. felix, *r*. 26. 27. germinantibus] F^2. germinantis, *r*. 27. baculo] F^2. baculos, *r*. 30. filice] F^2. felice, *r*. 31. iuncosus] D^2E. iunco sucosus F^2. iunco sucus, *r*. ante infractus] F^2. aut in saxoso (faxoso, F^1G)*r*. 32. fossis] F^2. fossi, *r*. 33. cretosis] D^2F^2. cetosis, D^1G. retosis, F^1. retusis, *E*.

relinqui, in solutiore terra saepibus firmari, *marg*ine proclivibus aut supinis lateribus procumb*ente*, quasdam obcaecari et in alias dirigi maiores patentioresque et, si sit occasio, silice vel glarea sterni, ora autem earum binis utrimque lapidibus statuminari et alio superintegi. Silvae extirpandae rationem Democritus prodidit, lupini flore in suco cicutae uno die macerato sparsoque radicibus.

48 7. (9.) Et quoniam praeparatus est ager, nunc indicabitur natura frugum. sunt autem duo prima earum genera: frumenta, ut triticum, hordeum, et legumina, ut faba, cicer. differentia notior quam ut indicari deceat.

49 (10.) [1] Frumenti ipsius totidem genera per tempora satu divisa: hiberna, quae circa vergiliarum occasum sata terra per hiemem nutriuntur, ut triticum, hordeum, aestiva, quae aestate ante vergiliarum exortum seruntur, ut milium, panicum, sesama, *h*orminum, irio, Italiae dumtaxat ritu. alioquin in Graecia et in Asia omnia a vergiliarum occasu seruntur, quaedam autem
50 utroque tempore in Italia, ex his quaedam et tertio veris. aliqui verna milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant, sementiva autem triticum, hordeum, fabam, rapam. et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadripedum causa sati, ut farrago, et in leguminibus, ut vicia, ad communem quadripedum
51 hominumque usum lupinum. [2] Legumina omnia singulas habent radices praeter fabam, easque surculosas, quia non in multa dividuntur, altissimas autem cicer. frumenta multis radicantur fibris sine ramis. Erumpit a primo satu hordeum die septimo, legumen quarto vel, cum tardissime, septimo, faba a XV ad XX, legumina in Aegypto tertio die. ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quae et prior floret. radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem, cete-
52 ris seminibus eadem pars et radicem et florem. [3] Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam quae sunt hiberni generis, at milium et panicum in culmum
53 geniculatum et concavum, sesama vero in ferulaceum. Omnium

---

1. reliqui, *DFG*. solutiore] F^2. solutione, *r*. margine proclivibus] *ego in Jahns Jahrb. 95, 73*. ine (in, F^2. ne, *E*.) procibus (proclivis, F^2)*C*. 2. procumbente] *ego ibd.* procumbere, *C*. 3. et si] F^2. *om. r*. 4. 5. statuminari] *D*. intus muniri, F^2. istatuminari, *r*. 5. alios, F^2. 7. sparsoque] F^2. sparsisque, *rv*. 15. sesama] D^2. sisima, D^1F. sesima, *r*. 16. horminum] torminum, F^2. orminum, D^2. urminum, *r*. irio] milio, D^2. 17. a] *D. om. r*. 20. sementiva] F^2. sementivam, *r*. 22. ad] ac, F^2. communem] D^2. commune, *r*. 23. usum] D^2. usui, *r*. 27. a] *E. om. r*. 32. hieme] *F*. hiemi, *r*. fastigiantur] D^2. spicantur, F^2. fa//tigantur, *E*. fatigantur, *r*. 34. sesa-

sativorum fructus aut spicis continetur, ut tritici, hordei, muniturque vallo aristarum contra aves et parvas quadripedes, aut includitur siliquis, ut leguminum, aut vasculis, ut sesamae ac papaveris. milium et panicum tantum pro indiviso et parvis
5 avibus expositum est. indefensa quippe membranis continentur. panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo paene in surculum, praedensis acervatur granis cum longissima pedali *ph*oba. milio comae granum complexae fimbriato capillo curvantur. Sunt et panico genera: 54
10 mammosa, e pano parvis racemata paniculis, et cacumine gemino. quin et colore distinguntur candido, nigro, rufo, etiam purpureo. Panis multifariam et e milio fit, e panico rarus. sed nullum ponderosius frumentum est aut quod coquendo magis crescat. LX pondo panis e modio reducunt modiumque pultis
15 ex tribus sextaris madidis. Milium intra hos X annos ex India 55
in Italiam invectum est nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo. adolescit ad pedes altitudine VII, praegrandibus comis — iubas vocant — omnium frugum fertilissimum. ex uno grano sextari terni gignuntur. seri debet in umidis.
20 [4] Frumenta quaedam in tertio genu spicam incipiunt con- 56
cipere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam. genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona. sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicae, qui ut spem sui fecit, quattuor aut quinque tardissime
25 diebus florere incipiunt totidemque aut paulo pluribus deflorescunt, hordea vero, cum tardissime, diebus septem. Varro quater novenis diebus fruges absolvi tradit et mense nono meti.
[5] Fabae in folia exeunt ac deinde caulem emittunt nullis 57
distinctum internodis. reliqua legumina surculosa sunt. ex
30 his ramosa cicer, ervum, lens. quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisarum, et deteriora fiunt. leguminum unicaulis faba sola, unus et lupino, sed ceteris ramosus praetenui surculo, omnibus vero fistulosus.

---

ma] D^2. sisama, F^2. sisemina, *r*. 1. sativorum] F^2. satorum, D^2 *in ras*. saturorum, *r*. 2. contra — parvas] D^2. ob, F^2. *om*. *r*. 3. sesamae] D^2F^2. sesimae, *E*. sesemae, *r*. 5. 6. continentur] F^2. continetur, *r*. 8. phoba] *Turnebus*. offa, D^2F^2. obfa, *r*. milio] D^2. mili, F^2. miliae, *r*. 12. multifariam] *D*. multifariae, F^2. multifaria, *r*. 13. frumento, *E*. 14. crescit, *E*. 17. altitudin, *E*. altitudines, F^1. altitudinis, F^2. 18. comis] D^2F^2. cumis, *r*. iubas] D^2. lobas, *r*. 22. farri] F^2. farris, *r*. 26. diebus] D^2. *om*. *r*. 28. caulem] *E*. caules, *F*. caulis, *r*. 29. distinctus, F^1. distinctas, F^2. 30. ervom, *E*(?). erbum, *r*. 31. pisarum et] F^2. piscandum nisi habuere aut, *r*. 32. 33. lupino sed] D^2. lupinis et, *E*. lupinis, F^2. lupinos et, *r*. 33. fistulosis, *C*.

58 Folium quaedam ab radice mittunt, quaedam a cacumine. frumentum et hordeum utique et quidquid in stipula est in cacumine unum folium habet — sed hordeo scabra sunt, ceteris levia —, multi*fo*lia contra faba, cicer, pisum. Frumentis folium harundinaceum, fabae rotunda et magnae leguminum parti, longior*a* erviliae et piso, phasiolis venosa, sesamae et
59 irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum et papaveri. legumina diutius florent, et ex his ervum ac cicer, sed diutissime faba XL diebus, non autem singuli scapi tamdiu, quoniam alio desinente alius incipit, nec tota seges sicut frumenti pariter. siliquantur vero omnia diversis diebus et ab ima primum
60 parte paulatim flore subeunte. [6] Frumenta cum defloruere, crassescunt maturanturque cum plurimum diebus XL, item faba, paucissimis cicer. id enim a sementi diebus XL perficitur. milium et panicum et sesama et omnia aestiva XL diebus maturantur a flore, magna terrae caeliquè differentia. in Aegypto enim hordeum sexto a satu mense, frumenta septumo metuntur, in Hellade VII hordeum, in Peloponneso octavo, et frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur. in faba leguminibusque alternis lateribus siliquantur. Fortiora
61 contra hiemes frumenta, legumina in cibo. [7] Tunicae frumento plures. hordeum maxime nudum et arinca, set praecipue avena. calamus altior frumento quam hordeo, arista mordacior hordeo. In area exteruntur triticum et siligo et hordeum. sic et seruntur pura qualiter moluntur, quia tosta non sunt. e diverso far, milium, panicum purgari nisi tosta non possunt. itaque haec cum suis folliculis seruntur cruda. et far in vaginulis suis servant ad satus atque non torrent.

62 (11.) Levissimum ex his hordeum raro excedit XV libras et faba XXII. ponderosius far magisque etiamnum triticum. farina in Aegypto ex olyra conficitur. tertium genus spicae hoc ibi est. Galliae quoque suum genus farris dedere, quod illic bracem vocant, apud nos scandalam, nitidissimi grani. est et

---

2. utique] *ego.* vitiumque, *E.* utrimque, *r.* 4. multifolia] *ego. coll. Theophr. h. pl. 8, 2, 3.* multificia, *C.* 5. magna, D^2E. 6. parti] F^2 parte, *r.* longiore, D^2. longior, *r.* esviliae, *E.* ervi ciceri, D^2. sesamae] D^2. saesime, G. sesimae, *r.* 6. 7. et irioni] cetrioni, *E.* ti, D^2. trioni, *r.* 8. sed] *om.* F^2. 10. alius] *E.* aliud, D^2. aliut, *r.* 11. siliquantur] *d* siliquata, D^2. aliquam tam, *G.* siliquam tam, *r.* diveris, *DFG.* 12. subiunctae, *E.* 13. faba] faba XL, F^2. 15. sisama, F^2. sesima, *G.* sesina, E^2. semina, *r.* 18. VII] *F. om. r.* 21. contra hiemes] hieme, *E.* leguminibus, F^2. 25 moliuntur. *DE.* moriuntur, *F.* 27. seruntur] D^2. serantur, *r.* 28. ad satus] F^2G. assuetus, E^2. at satus, *r.* 31. farina in] F^2. far in, *r.* 33. sandalam, *E.* est] F^2. *om. r.*

alia differentia, quod fere quaternis libris plus reddit panis quam far aliud. populum Romanum farre tantum e frumento CCC annis usum Verrius tradit.

(12.) [1] Tritici genera plura, quae fecere gentes. Italico 63
5 nullum equidem comparaverim candore ac pondere, quo maxime decernitur. montanis modo comparetur Italiae agris externum, in quo principatum tenuit Boeotia, dein Sicilia, mox Africa. tertium pondus erat Thracio, Syrio, deinde et Aegyptio, athletarum *t*um decreto, quorum capacitas iumentis similis quem
10 diximus ordinem fecerat. Graecia et Ponticum laudavit, quod in Italiam non pervenit. ex omni autem genere grani prae- 64
tulit dracontian et st*rangi*an et Selinusium argumento crassissimi calami. itaque pingui solo haec genera adsignabat. levissimum et maxime inane speudian, tenuissimi calami, in
15 umidis seri iubebat, quoniam multo egeret alimento. hae fuere 65
sententiae Alexandro Magno regnante, cum clarissima fuit Graecia atque in toto orbe terrarum potentissima, ita tamen ut ante mortem eius annis fere CXLV Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudaverit ad verbum
20 tralata sententia, et fortunatam Italiam frumento serere candido, quae laus peculiaris hodieque Italico est; quo magis admiror posteros Graecorum nullam mentionem huius fecisse frumenti. [2] Nunc ex his generibus quae Romae invehuntur 66
levissimum est Gallicum atque Chersonneso advectum, quippe
25 non excedunt modii vicenas libras, si quis granum ipsum ponderet. Sardum adicit selibram, Alexandrinum et trientem, — hoc et Siculi pondus — B*a*eticum totam libram addit, Africum et dodrantem. in transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere, circa Clusium et senas. lex certa naturae 67
30 ut in quocumque genere pani miliari tertia portio ad grani pondus accedat, sicut optumum frumentum esse quod in subactum congium aquae capiat. quibusdam generibus per se

---

3. verius, D^1G. varrius, *E*. 9. tum] *Urlichs vind. 344.* cum, *C*. 11. autem] D^1 *in ras. G.* a, F^2. aeadem, F^1. eadem, *E*. 12. dracontian] D^2. ora contion, *r*. strangian] stelepan, D^2. istelepant, *r*. 14. speudian] D^2. sceu, *E*. sceudia, *r*. 18. eius] D^2F^2. *om. r*. 19. laudaverit] D^2F^2. laudaverim, *r*. 20. serere] D^2. canere, *E*. carere, *r*. 23. roma, *DG*. 24. advectum] D^2. adpensus, F^2. adventum, *r*. 25. excedit, F^2. modii] D^2. modius, F^2. modium, *E*. mod, *G*. modo, *r*. si quis] D^2. silique, F^1. siliqui, *r*. 26. selibram] F^2. selibras, *r*. trientem] F^2. trientis, *E*(?). trientes, *r*. 27. Baeticum] *Urlichs vind. 346.* boeticum, *C*. 27. 28. dodrantem] F^2. dodrantis, *E*(?). dodrantes, *r*. 29. certe, *E*. natura, DF^1G. 30. miliari] *ego. coll.* § § 55. 102. 73. 74. militari, *Cv*. 31. accedat] accedit (accedat F^2.) et tertia, *C*.

pondus, sicut Baliarico modio tritici panis p̄. XXXV redit, quibusdam non nisi mixtis, ut Cyprio et Alexandrino XX prope
68 libras non excedentibus. Cyprium fuscum est panemque nigrum facit, itaque miscetur Alexandrinum candidum, redeuntque XXV pondo. Thebaicum libram adicit. Marina aqua sub- 5
igi, quod plerique in maritimis locis faciunt occasione lucrandi salis, inutilissimum. non alia de causa opportuniora morbis corpora existunt. Galliae et Hispaniae frumento in potum
62 67 resoluto quibus diximus generibus spuma ita concreta pro fermento utuntur, qua de causa levior illis quam ceteris panis 10
69 est. [4] Differentia est et calami, crassior quippe melioris est generis. Plurimis tunicis Thracium triticum vestitur ob nimia frigora illi plagae exquisitum. eadem causa et trimenstria invenit detinentibus terras nivibus quod tertio fere a satu mense cum et in reliquo orbe metitur. totis hoc Alpibus notum, et 15
hiemalibus provinciis nullum hoc frumento laetius, unicalamum praeterea nec usquam capax, seriturque non nisi tenui terra.
70 Est et bimestre circa Thraciae Aenum, quod XL die quo satum est maturescit, mirumque nulli frumento plus esse ponderis et furfuribus carere. utitur eo et Sicilia et Achaia, montuosis 20
utraque partibus, Euboea quoque circa Carystum. in tantum fallitur Columella qui ne trimestri quidem proprium genus existimaverit esse, cum sit antiquissimum. Graeci setanion vocant. tradunt in Bactris grana tantae magnitudinis fieri ut singula spicas nostras aequent. 25

71 (13.) Primum ex omnibus frumentis seritur hordeum. dabimus et dies serendo cuique generi natura singulorum exposita. hordeum Indis sativom et silvestre, ex quo panis apud eos praecipuus et alica. Maxume quidem oryza gaudent, ex qua tisanam conficiunt quam reliqui mortales ex hordeo. ory- 30
zae folia carnosa, porro similia sed latiora, altitudo cubitalis, flos purpureus, radix geminae rotunditatis.

---

1. redit] *ego*. reddit, *C*. 2. non nisi] D^2. in pinis, *r*. 4. redduntque, EF^2 5. libram] F^2. *in ras*. libras, *r*. 6. occasione] F^2. occasionem, *r*. 7. inutilissimum] *d*. utilissimum, *r*. morbis] a morbis, F^2. 8. gallia, *E*. et] F^2. *om*. *r*. hispania, *E*. hispanie, *G*. 11. differentia est] *E*. differentiae, *DF*. differencie, *G*. 14. a satu] F^2. assatum, *r*. 15. cum] D^2. *om*. *r*. 17. seriturque] *E*. seriturquae, F^2. sequitur quae, *r*. 18. Thraciae Aenum] *Pint*. tracie enum, D^2. tracie finem, F^2. tracienum, *G*. tracie (thraciae, *E*?) fenum, *r*. quo] F^2. quod, *r*. 20. achia, *DFG*. 22. trimestris, *E*'. 23. antiquissimum] F^2. antiquissim//i, *D*. antiquissimi, *r*. 25. singulas, EF^2. 28. ex] *G*. in, *r*. 29. et alica] *Hard*. itali, F^2. italica, *r*. quidem] *Urlichs vind. 347*. quidam, *C*. 32. gemine, *FG*. gemmeae, *D*.

(14.) Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Athenien- 72
sium ritu Menandro auctore apparet et gladiatorum cognomine
qui hordeari vocabantur. polentam quoque Graeci non ali-
unde praeferunt. pluribus fit haec modis. Graeci perfusum
5 aqua hordeum siccant nocte una ac postero die frigunt, dein
molis frangunt. sunt qui vehementius tostum rursus exigua 73
aqua adspergant et siccent prius quam molant. ali vero vi-
rentibus spicis decussum hordeum recens purgant madidumque
in pila tundunt atque in corbibus eluunt ac siccatum sole
10 rursus tundunt et purgatum molunt. quocumque autem genere
praeparato vicenis hordei libris ternas seminis lini et coriandri
selibram salisque acetabulum torrentes ante omnia miscent in
mola. qui diutius volunt servare cum polline ac furfuribus 74
suis condunt novis fictilibus. Italia sine perfusione tostum in
15 subtilem farinam molit, isdem additis atque etiam milio. pa-
nem ex hordeo antiquis usitatum vita damnavit, quadripedum-
que fere cibus est, (15.) cum tisanae inde usus validissimus
saluberrimusque tanto opere probetur. Unum laudibus eius 75
volumen dicavit Hippocrates e clarissimis medicinae scientia.
20 Tisanae bonitas praecipua Uticensi. in Aegypto vero est quae
fiat ex hordeo, cui sunt bini anguli. in Baetica et Africa ge-
nus ex quo fiat hordei, glabrum appellat Turranius. idem
olyran et oryzan eandem esse existimat. Tisanae conficiendae
volgata ratio est.

25 (16.) Simili modo e tritici semine tragum fit, in Campa- 76
nia dumtaxat et Aegypto, (17.) amylum vero ex omni tritico
ac siligne, sed optimum e trimestri. inventio eius Chio in-
sulae debetur, et hodie laudatissimum inde est appellatum ab
eo quod sine mola fiat. proximum trimestri quod e minime
30 ponderoso tritico. madescit dulci aqua in ligneis vasis, ita ut
integatur quinquies in die mutata, melius si et noctu, ita ut
misceatur pariter. emollitum prius quam acescat, linteo aut 77
sportis saccatum tegulae infunditur inlitae fermento, atque ita
in sole densatur. post Chium maxime laudatur Creticum, mox

---

7. et] F^2. *om. r.* 9. siccatum] D^2F^2 *in ras.* siccarum, *r.* 12. selibras, *DG.* selibra, *E.* acetabulum] F^2. acetabulo, *r.* ante omnia] omnia ante, *DG.* 15. emilio, *C.* 16. 17. quadripedumque fere cibus] quadripedum (quadrupedum, D^2F^2) que refe (quis fere, D^2. quorum, F^2). cibus (ctibus, *E*)*C.* 19. scientiae, E^1. 23. oryzan] orygan, DE^2F. origan, *r.* eandem] *E.* eadem, *r.* 25. e] et, *C.* tragum] D^2. trangum, *r.* 27. e] F^2. et, *r.* 28. inde est] D^2, idem, F^2. id est, *r.* 30. aqua in] D^2F^2. aquam, *r.* 31. intinguatur, F^2. noctu] F^2. in noctu, *r.* 33. saccatum] *Hard.* siccatum, *C.*

Aegyptium, — probatur autem levore et levitate atque ut recens sit, — iam et Catoni dictum apud nos.

78 (18.) Hordei farina et ad medendum utuntur, mirumque in usu iumentorum ignibus durato ac postea molito offisque humana manu demissis in alvum maiores eis vires torosque corporis fieri. Spicae quaedam binos ordines habent, quaedam plures usque ad senos. grano ipsi aliquod differentiae: longius leviusque aut brevius et rotundius, candidius nigriusve, cui purpura est optimo ad polentam. contra tempestates
79 candido maxima infirmitas. Hordeum frugum omnium mollissimum est. seri non volt nisi in sicca et soluta terra ac nisi laeta. palea ex optimis, stramento vero nullum conparatur. hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur quam triticum occupet rubigo, itaque sapientes agricolae triticum cibaris tantum serunt, hordeum sacculo seri dicunt.
80 propterea celerrime redit, fertilissimumque est quod in Hispaniae Carthagine Aprili mense collectum est. hoc seritur eodem mense in Celtiberia, eodemque anno bis nascitur. rapitur omne a prima statim maturitate festinantius quam cetera. fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur. meliorem etiam polentam fieri tradunt, si non excocta maturitate tollatur.

81 8. (19.) Frumenti genera non eadem ubique, nec ubi eadem sunt isdem nominibus. volgatissima ex his atque potentissima far, quod adoreum veteres appellavere, siligo, triticum. haec plurimis terris communia. arinca Galliarum propria copiosa et Italiae est, Aegypto autem ac Syriae Ciliciaeque et Asiae ac
82 Graeciae peculiares zea, oryza, tiphe. Aegyptus similaginem conficit e tritico suo nequaquam Italicae parem. qui zea utuntur non habent far. est et haec Italiae in Campania maxime,
12 semenque appellatur. hoc habet nomen res praeclara, ut mox docebimus, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit, non ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. amylum

2. catonis, *E.* 5. in alvum] *F*² *suo loco, r ante vocem* vires *ponunt.* eis] *Ianus.* esse, *C.* 7. aliquid, *E.* aliquae, *F*². 8. et] *Urlichs. vind. 349.* aut, *C.* 8. 9. nigriusve] *ego in Jahns Jahrb. 95, 74.* nigriusque vel, *D.* nigrius vel, *r.* 9. *dist. ego ibd.* optimo] *D*². ultimo, *r.* 11. volt] valet, *F*². volet, *r.* 13. quia] *F*². qui, *r.* 16. fertilissimumque est] *F*². fertilissimum quae, *F*¹. fertilissimi quae (que, *D*²*E*)*r.* in] *om. F*². 16. 17. hispania, *E.* 18. anno bis] *D.* nobis, *F*². a nobis, *r.* 24. 25. ex his atque ponentissima (potentissima, *ego*), *D*². *om. r.* 25. appellare, *EFG.* 27. aegypto] *G.* in aegypto, *r.* 28. oriza, *F*². olyza, *D.* oliza, *r.* 29. italicae] *F.* italiae, *r.* 32. ζείδωρος ἄρουρα] zidoros (eidoros, *D*¹. zoidoros, *D*²) arura, *C.* dixit] *D*². diximus, *r.* 33. donaret] *d.* donarent, *r.*

quoque ex ea fit priore crassius. haec sola differentia est. 83
Ex omni genere durissimum far et contra hiemes firmissimum.
patitur frigidissimos locos et minus subactos vel aestivosos si-
tientisque. primus antiquis Latio cibus, magno argumento in
5 adoriae donis, sicuti diximus. pulte autem, non pane, vixisse 14
longo tempore Romanos manifestum, quoniam et pulmentaria
hodieque dicuntur. et Ennius antiquissimus vates obsidionis 84
famem exprimens offam eripuisse plorantibus liberis patres
commemorat. et hodie sacra prisca atque natalium pulte fri-
10 tilla conficiuntur, videturque tam puls ignota Graeciae fuisse
quam Italiae polenta.

(20.) [1] Tritici semine avidius nullum est nec quod plus 85
alimenti trahat. siliginem proprie dixerim tritici delicias can-
dore, virtute, pondere. conveniens umidis tractibus, quales
15 Italiae sunt et Galliae Comatae, sed trans Alpis in Allobrogum
tantum Remorumque agro pertinax, in ceteris ibi partibus
biennio in triticum transit. remedium ut gravissima quaeque
grana eius serantur. 9. E siligine lautissimus panis pistri- 86
narumque opera laudatissima. praecellit in Italia, si Campana
20 Pisis natae misceatur. ruflor illa, at Pisana candidior ponde-
rosiorque cretacea. iustum est e grano Campanae, quam vocant
castratam, e modio redire sextarios quattuor siliginis vel e
gregali sine castratura sextarios quinque, praeterea floris semo- 87
dium et cibari, quod secundarium vocant, sextarios quattuor,
25 furfuris sextarios totidem, e Pisana autem siliginis sextarios
quinque, cetera paria sunt. Clusina Arretinaque etiamnum
sextarios siliginis adiciunt, in reliquis pares. si vero pollinem
facere libeat, XVI pondo panis redeunt et cibari tres furfurum-
que semodius. molae discrimine hoc constat. nam quae sicca
30 moluntur plus farinae reddunt, quae salsa aqua sparsa candi-
diorem medullam, verum plus retinent in furfure. Farinam a 88
farre dictam nomine ipso apparet. siligineae farinae modius
Gallicae XX libras panis reddit, Italicae duabus tribusve amplius
in artopticio pane. nam furnaceis binas adiciunt libras in quo-
35 cumque genere.

10. [2] Similago e tritico fit, laudatissimo ex Africa. iu- 89

---

9. 10. fritilla] E^2F^2. fritella, E^1. fit illa, *r*. 10. tam puls] *D*. tam plus, EF^1. tamplius, F^2. tempus, *G*. 13. 14. candore virtute pondere] F^2. candor (candore, F^1) est et sine virtute sine pondere, *r*. 15. sed] sed et, *E*. 16. remorumque] D^2. memorumque, *r*. 18. lautissimus] D^2. latissimus, *r*. 19. praecellet, *DFG*. 21. campaniae, *C*. 27. adiciunt] *Ianus*. adsiunt, *E*. adsciunt, *r*. 28. tres] F^2. tria, *r*. 32. modius] PE^2F^2. modios, *r*. 33. XX] *P*. XXII, *r*. 36. laudatissimo ex africa] *P*. laudatissima ex africo, *r*.

stum est e modiis redire semodios et pollinis sextarios quinque, — ita appellant in tritico quod florem in siligine; hoc aerariae officinae chartariaeque utuntur —, praeterea secundarii sextarios quattuor furfurumque tantundem, panis vero e
90 modio similaginis p. XXII, e floris modio p. XVI. Pretium huic annona media in modios farinae XL assis, similagini octonis assibus amplius, siligini castratae duplum. Est et alia distinctio semel pollinatam XVII p. panis reddere, bis XVIII, ter XIX cum triente et secundarii panis quinas selibras, totidem
91 cibarii, et furfurum sextarios VI. [3] Siligo numquam maturescit pariter, nec ulla segetum minus dilationem patitur propter teneritatem iis quae maturuere protinus granum dimittentibus. sed minus quam cetera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam nec rorem continet qui robiginem
92 faciat. [4] Ex ari*n*ca dulcissimus panis. ipsa spissior quam far, et maior spica, eadem et ponderosior. raro modius grani non XVI libras implet. exteritur in Graecia difficulter, ob id iumentis dari ab Homero dicta. haec enim est quam olyram vocat. eadem in Aegypto facilis fertilisque. Far sine arista
93 est, item siligo, excepta quae Laconica appellatur. Adiciuntur his genera bromos et tragos, externa omnia, ab oriente invectae oryzae similia. tiphe et ipsa eiusdem est generis, ex qua fit in nostro orbe oryza. apud Graecos est et *zea*, traduntque eam *ac* tiphen, cum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistae serantur, nec protinus, sed tertio anno.

94 (21.) Tritico nihil est fertilius. hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime alebat hominem, utpote cum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur. misit ex eo loco divo Augusto procurator eius ex uno grano — vix credibile dictu — CCCC
95 paucis minus germina, exstantque de ea re epistulae. misit et

---

2. ita] *PF*². ita ut, *r*. 3. erariae, *P*. haerariae, *DF*. arariae, *E*. heccrarie, *G*. 5. p. XXII] *Urlichs vind. 351.* // XXII., *P*. CXXII, *r*. p. XVI] *P*. CXVII, *r*. 6. simulaginis, *P*. similaginis castrate (castratae, *E*). duplum, *r*. *Cf. infra*. 6 7. octonis—duplum] *om. F*¹. 8. pollinatam] *ego*. tem//// c. ///ipollinata, *P*. tempore. L. (temp. L., *D*¹*G*. templi, *D*²) pollinatam, *r*. XVII p.] XVIII, *P*¹. XVIII. p., *P*². XVII pondo, *E*(?). bis] *P*. visa, *r*. ter] *P*. tert., *DF*² *in ras*. tertia, *r*. 9. XIX] XX, *D*². XXX, *D*¹. VII////, *P*. 15. facit, *P*. arinca] ari/////, *P*. africa, *r*. 16. modius] *d*(?). modios, *r*. 21. bromos et tragos] bro..... trago, *P*. bromos siligo excepta et tragos, *rv*. *Cf. v. 20.* 22. oryzae] *P*. oryza, *r*. tiphe] *E*(?). etii////e, *P*. thipe, *r*. ipsa] *P*. pisa, *r*. 23. zea] ixia, *CP*. 24. ac] *om. CP*(?) 27. utpote] *PD*²*F*². *om. r*. 30. eius] e eius, *P*. 31. paucis minus] *PD*². *om. F*². paucissimis, *r*.

Neroni similiter CCCLX stipulas ex uno grano. cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt aliique et tota Baetica et in primis Aegyptus. fertilissima tritici genera ramosum aut quod centigranium vocant. inventus est iam et scapus unus centum fabis onustus.

(22.) Aestiva frumenta diximus sesimam, milium, panicum. sesima ab Indis venit. ex ea et oleum faciunt, colos eius candidus. huic simile est in Asia Graeciaque erysimum, idemque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius quam frugibus. eiusdem naturae et orminum Graecis dictum, sed cumino simile, seritur cum sesama. hac et irione nullum animal vescitur virentibus. 49 96

(23.) Pistura non omnium facilis, quippe Etruria spicam farris tosti pisente pilo praeferrato, fistula serrata et stella intus denticulata, ut, si intenti pisant, concidantur grana ferrumque frangatur. maior pars Italiae nudo utitur pilo, rotis etiam quas aqua verset obiter et molat. de ipsa ratione pisendi Magonis proponemus sententiam: triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea evalli, dein sole siccatum pila repeti, simili modo hordeum. huius sextarios XX spargi duobus sextariis aquae. lentem torreri prius, dein cum furfuribus leviter pisi aut addito in sextarios XX lateris crudi frusto et harenae semodio. erviliam iisdem modis quibus lentem. sesimam in calida maceratam exporrigi, dein confricari et frigida mergi ut paleae fluctuentur, iterumque exporrigi in sole super lintea, quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere. Et ipsa autem quae evalluntur variam pistrinarum rationem habent. acus vocatur, cum per se pisitur spica tantum, aurificum ad usus, si vero in area teritur cum stipula, palea, in maiore terrarum parte ad pabula iumentorum. Mili et panici et sesimae purgamenta adpludam vocant et alibi aliis nominibus. 97 98 99

---

1. CCLX, *P.* 2. 3. betica, *PD*². boetica, *E.* bietica, *r.* 5. unus] *om. P.* 6. ses//mam, *P.* sisimam, *E.* sisisimam, *D*¹. sissimam, *r.* 7. sesima] *PD.* sisima, *r.* 9. pinguius] *P.* pinguis, *C.* 9. 10. irionem] *P.* trionem, *D*². trionum, *E.* irionum, *r.* 11. et] est et, *F*². 12. sesama] *P.* sisima, *F*². sesima, *r.* hac] *F*². hec, *G.* haec, *Pr.* 15. ut] aut, *EF.* u///, *P.* intenti] ini//////, *P.* interiti, *C.* 16. nudo] *PD*². riudo, *D*¹*F.* ruido, *r.* 17. aqua] *PD*². aquas, *r.* 18. proponemus] *F*². proponemu//, *P.* praeponemus, *DG.* proponemur, *F*¹. praeponetur, *E.* sententia, *DE.* 19. evalli (evelli, *EF*²) dein, *C.* validae in, *P.* 21. torreri] *P.* torrere, *C.* 23. sesimam (i *in ras.*), *P.* sesima, *E.* sisima, *r.* 27. valluntu//, *P.* evaliuntur, *C.* pistrinarum] *P.* pristinarum, *C.* 28. pisitur] *D*¹. pitur, *D*². piscatur, *E*¹. pistur, *r.* *dist. Urlichs vind. 352.* 30. ad] est ad, *F*². iumentorum] *D*²*F*². iumentatum, *r.* 30. 31. sesimae] *E.* sisime, *r.*

100 (24.) Milio Campania praecipue gaudet pultemque candidam ex eo facit. fit et panis praedulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur et cruda etiam farina, equino lacte vel sanguine *e* cruris venis admixto. Aethiopes non aliam frugem quam mili hordeique novere.

101 (25.) Panico et Galliae quidem, praecipue Aquitania utitur, sed et circumpadana Italia addita faba sine *a*qua. Ponticae gentes nullum panico praeferunt cibum. Cetera aestiva frumenta riguis magis etiam quam imbribus gaudent, milium et panicum aquis minime, quoniam in folia exeunt. vetant ea inter vites arboresve frugiferas seri, terram emacerari hoc satu existimantes.

102 11. (26.) Mili praecipuus ad fermenta usus e musto subacti in annuum tempus. simile fit e tritici ipsius furfuribus minutis et optimis e musto albo triduo macerat*is*, subactis ac sole siccatis. inde pastillos in pane faciendo dilutos cum similagine seminis fervefaciunt atque ita farinae miscent, sic optimum panem fieri arbitrantes. Graeci in binos semodios
103 farinae satis esse bessem fermenti constituere. et haec quidem genera vindemiis tantum fiunt, quo libeat vero tempore ex aqua hordeoque bilibres offae ferventi foco vel fictili patina torrentur cinere et carbone, usque dum rubeant. postea operiuntur in vasis donec acescant. hinc fermentum diluitur. cum fieret autem panis hordeacius, ervi aut cicerculae farina ipse fermentabatur, iustum erat duae librae in quinque semo-
104 dios. nunc fermentum fit ex ipsa farina quae subigitur prius quam addatur sal, ad pultis modum decocta et relicta donec acescat. vulgo vero nec suffervefaciunt, sed tantum pridie adservata materia utuntur, palamque natura est acore fermentari, sicut evalidiora esse corpora quae fermentato pane alantur, quippe cum apud veteres ponderosissimo cuique tritico praecipua salubritas perhibita sit.

105 (27.) Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur, alias ab opsoniis appella*ti*, ut ostrearii, alias a deliciis, ut

---

2. praedulcis] *D*²*F*². praedulci, *D*¹*F*¹. predulci, *r*. 4. e] *om. C.* cruris venis] *om. F*². 6. quidem] *d.* quidam, *r*. 7. sine aqua] *ego. om. F*². sine qua, *r*. sine qua nihil conficiunt, *v*. 11. emacerari] *F*². emactari, *r*. 13. e] *F*². et, *r*. 15. maceratis] *Pint.* macerato, *F*². maturato, *r*. 16. 17. similagine] *D*²*F*². similigine, *D*¹. similageni, *E*. similigeni, *r*. 17. seminus, *F*². 18. binos] *F*². binos et, *r*. 19. bessem] *Sillig.* besē, *F*². beses, *r*. 24. ervi] *d.* hervi, *E*. herbi, *r*. farina] *cod. Tol.* farinae, *F*. farine, *r*. 25. ipsae, *EF*. 29. natura est] *D*². est naturam st, *F*². naturam est, *DE*. naturam st, *F*¹. naturam str, *G*. 34. appellari, *EG*. apellari, *r*. vostrearii, *F*². vostreari, *r*.

artolagani, alias a festinatione, ut speustici, nec non a coquendi ratione, ut furnacei vel artopticei aut in clibanis cocti, non pridem etiam e Parthis invecto quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur ad tenuem et spongiosam inanitatem, alii Parthicum. summa laus siliginis bonitate et cribri tenuitate constat. quidam ex ovis aut lacte subigunt, butyro vero gentes etiam pacatae, ad operis pistorii genera transeunte cura. Durat 106
sua Piceno in panis inventione gratia ex alicae materia. eum novem diebus macerat*um* decumo ad speciem tractae subigunt uvae passae suco, postea in furnis ollis inditum, quae rumpantur ibi, torrent. neque est ex eo cibus nisi madefacto, quod fit lacte maxime vel mulso.

(28.) Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bel- 107
lum annis ab urbe condita super DLXXX. ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus maxime erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. artoptas iam Plautus appellat in fabula quam Aulularíam scripsit, magna ob id concertatione eruditorum an is versus poetae sit illius, certumque fit Atei 108
Capitonis sententia *co*cos tum panem lautioribus coquere solitos, pistoresque tantum eos qui far pisebant nominatos. nec cocos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant. Cribrorum genera Galliae ex s*a*etis equorum invenere, Hispania *e* lino excussoria et pollinaria, Aegyptus *e* papyro atque iunco.

(29.) [1] Sed inter prima dicatur et alicae ratio praestan- 109
tissimae saluberrima*eque*, quae palma frugum indubitata Italia*e* contigit. fit sine dubio et in Aegypto, sed admodum spernenda, in Italia vero pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoque agro, in Campania tamen laudatissima. campus est subiacens montibus nimbosis, totus quidem $\overline{XL}$ p. planitie. terra eius, ut 110
protinus soli natura dicatur, pulverea summa, inferior bibula

---

1. speustici] *codd. Gel.* sceptrici, F^2. sceptrice, *r.* 2. non] *om.* F^2. 3. invectus, F^2. 4. ad] D^2F^2. a, *r.* tenue, *E.* spongeosa, *E.* spongiosum, F^1. spongeosam, *D.* inanitate, *EG.* 7. at, F^2. genere, F^2. 8. eum] *codd. Gel.* cui, F^2. cum, *r.* 9. maceratum] *Sillig.* macerato, *C.* tracto et, F^2. subigunt] D^2. subacto, F^2. subi tunc, *r.* 12. vel] F^2. *om. r.* 15. maxime] *om. E.* 17. aulularíam] *d.* aurularíam, *r.* 18. an is] annis. *E.* ennii, D^2. anni is, *r.* 19. coquos tum, *Turnebus.* tostum, D^2E. costum, *r.* 22. criborum, *EFG.* ex setis, D^2. setis, F^2. sextis, *r.* 23. hispania e] *E.* ispania e, D^2. diis paniae, *G.* diis panie, *r.* apollinaria, *DG.* opollinaria, *r.* e] *om. C.* 26. saluberrimaeque quae] saluberrimam quae (que, *EG*)*C.* italia, *C.* 27. contingit, *EF.* 30. totus] *G.* totis, *r.* XL. p., *DG.* XL pre, *F.* XLM pre, *E*(?). planicie, *G.* tinitiae, E^1. planitiae, *r.*

et pumicis vice fistulosa quoque montium culpa in bonum
cedit. crebros enim imbres percolat atque transmittit, nec
dilui aut madere voluit propter felicitatem culturae, eadem ac-
ceptum umorem nullis fontibus reddit, sed temperate conco-
111 quens intra se vice furni continet. seritur toto anno, panico 5
semel, bis farre. et tamen vere segetes quae interquievere
fundunt rosam odoratiorem sativa. adeo terra non cessat
parere, unde volgo dictum plus apud Campanos unguenti quam
apud ceteros olei fieri. quantum autem universas terras cam-
pus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius quae Leboriae 10
vocantur, quem Phlegraeum Graeci appellant. finiuntur Le*b*o-
ria*e* via ab utroque latere consulari quae a Puteolis et quae a
112 Cumis Capuam ducit. [2] Alica fit e zea quam semen appel-
82 lavimus. tunditur granum eius in pila lignea, ne lapidis duritia
conterat, mobili, ut notum est, pilo vinctorum poenali opera. 15
primori inest pyxis ferrea. excussis in*de* tunicis iterum isdem
armamentis nudata conciditur medulla. ita fiunt alicae tria
genera: minimum ac secundarium, grandissimum vero aphaerema
appellant. nondum habent candorem suum quo praecellunt,
iam tamen Alexandrinae praeferuntur. postea — mirum dictu 20
— admiscetur creta quae transit in corpus coloremque et te-
114 neritatem adfert. invenitur haec inter Puteolos et Neapolim
in colle Leucogeo appellato, extatque divi Augusti decretum
quo annua ducena milia Neapolitanis pro eo numerari iussit e
fisco suo, coloniam deducens Capuam, adiecitque causam ad- 25
serendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine eo
metallo posse. in eodem reperitur et sulpur, emicantque fontes
Araxi oculorum claritati et volnerum medicinae dentiumque
115 firmitati. [3] Alica adulterina fit maxime quidem e zea quae
in Africa degenerat. latiores eius spicae nigrioresque et brevi 30
stipula. pisunt cum harena et sic quoque difficulter deterunt
utriculos, fitque dimidia nudi mensura, posteaque gypsi pars
quarta inspargitur atque, ut cohaesit, farinario cribro subcernunt.
quae in eo remansit excepticia appellatur et grandissima est.
rursus quae transit artiore cernitur et secundaria vocatur, item 35

---

1. fistulosa] *Hard.* fistulas, *C.* 3. falacitatem, *D*¹*G.* facilitatem, *D*². 4. temperatae, *DF.* 4. 5. conquoquens, *D*². toncoquens, *D*¹*F.* tuncoquens, *G.* tcoquens, *E.* 5. furni] *Siltig.* fusi, *C.* 7. sativam, *C.* 10. campanus] *D. om. r.* leboriae] *D.* laboriae, *G.* laborie, *r.* 11. vocatur, *D*². 11. 12. leviora, *C.* 14. ne] *D*². vel, *E*(?) ve, *r.* 15. mobili ut] *D*². mobilius, *D*¹. nobilius, *r.* 16. inde] in, *C.* 23. colle] *D*². cole et, *G.* colle et, *r.* extatque] *E.* existitque, *D*². exiatque, *r.* 24. annua] *codd. Gel.* annoa, *C.* 25. 26. adserendi] *Strack.* adferendi, *C.* 35. vocatur item] *D*². vocum ritem (ritae, *E*)*r.*

cribraria quae simili modo in tertio remansit cribro angustissimo et tantum harenas transmittente. Alia ratio ubique adul- 116
terandi. ex tritico candidissima et grandissima eligunt grana ac semicocta in ollis postea arefaciunt, sol*em* admittunt rursusque leviter adspersa molis frangunt. Ex zea pulchrius quam e tritico fit *tra*gum, quamvis id alicae vitium sit. candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert.

12. (30.) Sequitur leguminum natura, inter quae maximus 117
honos fabae, quippe ex qua temptatus sit etiam panis. lomentum appellatur farina eius, adgravaturque pondus illa et omni legumine, iam vero et ad pabulum in pane venali. fabae multiplex usus omnium quadripedum generi, praecipue homini. frumento etiam miscetur apud plerasque gentes, et maxime panico solida ac delicatius fracta. quin et prisco ritu pulsa 118
faba suae religionis diis in sacro est, praevalens pulmentari cibo et hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere, ob haec Pythagoricae sententiae damnata, ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea, qua de causa parentando utique adsumitur. Varro et ob haec flaminem ea non vesci 119
tradit et quoniam in flore eius litterae lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio, namque fabam utique ex frugibus referre mos est auspici causa, quae ideo referiva appellatur. et auctionibus adhibere eam lucrosum putant. sola certe frugum etiam exesa repletur crescente luna. aqua marina aliave salsa non percoquitur. Seritur ante vergiliarum occasum leguminum 120
prima, ut antecedat hiemem. Vergilius eam per ver seri iubet circumpadanae Italiae ritu, sed maior pars malunt fabalia maturae sationis quam trimestrem fructum. eius namque siliquae caulesque gratissimo sunt pabul*o* pecori. Aquas in flore maxime concupiscit, cum vero defloruit, exiguas desiderat. solum in quo sata est laetificat stercoris vice. ideo circa Macedoniam Thessaliamque, cum florere coepit, vertunt arva. Nascitur et 121
sua sponte plerisque in locis, sicut septentrionalis oceani insulis, quas ob id nostri Fabarias appellant, item in Mauretania silvestris passim, sed praedura et quae percoqui non possit.

---

4. solem] *ego*. sole, *C*. admittunt] D^2. ad initum, *r*. 6. e] D^2E. et, *r*. tragum] *Turnebus* grana cum, *E* gracum, *r*. 7. ei] *d*. et, *r*. 8. maximus] F^2. maximae, *E*. maxime, *r*. 10. eius] F^2. *om*. D^2. ea, *r*. 11. *dist. ego*. ad] F^2. *om*. *r*. pabulum] *G*. pabulo, *D*. pabula, *r*. in pane] *DG*. *om*. *r*. 14. 15. pulsa faba] D^2. fabata, *r*. 19. vitique, D^1E. 22. mos] F^2. mox, *r*. 26. ut] D^2E. haud, F^2. aut, *r*. antecedit, F^2. seri] *d*. sari, *r*. 28. sationis] *d*. racionis, *G*. rationis, *r*. 29. pabuli, *C*.

nascitur et in Aegypto spinoso caule, qua de causa crocodili
122 oculis timentis refugiunt. longitudo scapo quattuor cubitorum est amplissima, crassitudo *digiti*, in t*otum*, ni genicula abessent, molli calamo similis, caput papaveri, colore roseo, in eo fabae non supra tri*gin*ta, folia ampla, fructus ipse amarus et odore, 5 sed radix perquam grata incolarum cibis, cruda et omnino decocta, harundinum radicibus similis. nascitur et in Syria Ciliciaque et in Toron*ae* Chalcidi*ces* lacu.

123 (31.) Ex leguminibus autumno vere*ve* seruntur lens et in Graecia pisum. Lens amat solum tenue magis quam pingue, 10 caelum utique siccum. duo genera eius Aegypto, alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura, unde vario usu tralatum est in lenticulas nomen. invenio apud auctores aequanimitatem fieri vescentibus ea. Pisum in apricis seri debet frigorum inpatientissimum. ideo in Italia et in austeriore caelo non nisi 15 verno tempore terra facili, soluta.

124 (32.) Ciceris natura est gigni cum salsilagine, ideo solum urit nec nisi madefactum pridie seri debet. differentiae plures, magnitudine, colore, figura, sapore. est enim arietino capiti simile, unde ita appellatur, album nigrumque, est et columbi- 20 num quod alii Venerium appellant, candidum, rotundum, leve, arietino minus, quod religio pervigilis adhibet. est et cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, veluti pisum, dulcissimum autem id quod ervo simillimum, firmiusque quod nigrum et rufum quam quod album. 25

125 (33.) Siliquae rotundae ciceri, ceteris leguminum longae et ad figuram seminis latae, piso cylindratae. passiolorum cum ipsis manduntur granis. serere eos qua velis terra licet ab idibus Octobris in kal. Novembris. Legumina, cum maturescere coeperint, rapienda sunt, quoniam cito exiliunt latentque cum 30 decidere, sicut et lupinum. 13. quamquam prius de rapis dixisse conveniat, — (34.) in transcursu ea attigere nostri,
126 paulo diligentius Graeci, et ipsi tamen inter hortensia, — si iustus ordo fiat, a frumento protinus aut certe faba dicendis, quando alius usus praestantior his non est. ante omnia nam- 35

---

1. et] *om. E.* 2. oculis] ac oculis, E^1. caules, F^2. scabro, F^2. 3. digiti] *om. C.* totum] *Sillig.* to, *C.* abesset, *C.* 5. triginta] *Salm.* tricena, *C.* 6. quam, D^2. grata] D^2. lata, *r.* 8. Toronae] *Ianus.* torone, *C.* Chalcidices] *Sillig.* chalcidis, *C.* 9. vereve] *Ianus.* vaere, *E.* vere, *r.* 13. auctorem, DEF^1. 19. pite, *G.* capite, *r.* 20. appellant, *E.* 24. ervo] D^2F^2. ero, *r.* 28. mandunt, E^2F. 30. coeperint] EF^2. coeperunt, *r.* 35. alius] D^2F^2. alii, *E.* ali, *r.* his] D^2F^2. ab his, *E.* ahis, *r.*

que cunctis animalibus nascuntur, nec in novissimis satiant
ruris alitum quoque genera, magisque si decoquantur aqua.
quadripedes et fronde eorum gaudent, et homini non minor est 127
rapiciorum suis horis gratia quam cymarum, flavidorum quoque
5 et in horreis enecatorum vel maiore quam virentium. ipsa
vero durant et in sua terra servata et postea passa paene ad
alium proventum, famemque sentiri prohibent. a vino atque
messe tertius hic transpadanis fructus. Terra non morose 128
eligitur, paene ubi nihil aliud seri possit. nebulis et pruinis
10 ac frigore ultro aluntur, amplitudine mirabili. vidi XL libras
excedentia. In cibis quidem nostris pluribus modis commen-
dantur, durantque ad alia sinapis acrimonia domita, etiam co-
loribus picta praeter suum sex aliis, purpureo quoque. neque
aliud in cibis tingui decet. Genera eorum Graeci duo prima 129
15 fecere, masculinum femininumque, et ea serendi mod*um* ex
eodem semine. densiore enim satu masculescere, item in terra
difficili. semen praestantius quo subtilius. Species vero omnium
tres. aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem glo- 130
bari. tertiam speciem silvestrem appellavere, in longitudinem
20 radice procurrente, raphani similitudine et folio anguloso scabro-
que, suco acri qui circa messem exceptus oculos purget medea-
turque caligini admixto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri
existimantur et grandiora. tepore in folia exeunt. Palma in
*N*ursino agro nascentibus — tax*at*io in libras sesterti singuli
25 et in penuria bini — proxima in Algido natis.

(35.) Napi vero Amiterni*ni*, quorum eadem fere natura est, 131
gaudent aeque frigidis. seruntur et ante kalendas Martias, in
iugero sextari IIII. diligentiores quinto sulco napum seri iubent,
rapa quarto, utrumque stercorato, rapa lactiora fieri, si cum
30 palea seminentur. serere nudum volunt precantem sibi et vi-
cinis serere se. Satus utrique generi iustus inter duorum nu- 132
minum dies festos, Neptuni atque Volcani, feruntque subtili
observatione, quota luna praecedente hieme nix prima ceciderit,
si totidem luminum die intra praedictum temporis spatium
35 serantur, mire provenire. seruntur et vere in calidis atque umidis.

14. (36.) Lupini usus proximus, cum sit et homini et 133

---

2. ruris] *om.* F^2. 3. minor est] *ego.* minorē, *F.* minora, *G.* minore, *r.* 4. rapiciorum] *d.* raparum, F^2. rapatiorum, *G.* rapaciorum, *r.* 5. maiorē, *F.* 9. eligitur] *ego.* legit, *r.* 10. ac] F^2. a, *r.* 14. debet, D^2. 15. modum] *Urlichs vind. 354.* modi, *C.* 24. ursino, *C.* *dist. Urlichs l. l.* taxio, *C.* 26. amiterni, *C.* est] *F. om. r.* 29. cum] F^2. *om. r.* 30. seminentur] F^2. seminaretur, *r.* 36. lupini] D^2. lupinis, F^2. lupinus, *E.* lupinos, *r.*

quadripedum generi ungulas habenti communis. remedium eius, ne metentis fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur. nec ullius quae seruntur natura adsensu terrae *quo*que mirabilior est. primum omnium cotidie cum sole circumagitur horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. ter praeterea floret, ter 5 *germinat*, atqu*i* terra operiri non vult. et unum hoc seritur
134 non arato. quaerit maxime sabulosa et sicca atque etiam harenosa, coli utique non vult. tellurem adeo amat ut quamvis frutectoso solo coiectum inter folia vepresque ad terram tamen radice perveniat. pinguescere hoc satu arva vineasque 10
17, 54 diximus. itaque adeo non eget fimo ut optimi vicem repraesentet, nihilque aliud nullo inpendio constat, ut quod ne serendi
135 quidem gratia opus sit adferre. protinus seritur ex arvo, ac ne spargi quidem postulat decidens sponte. primumque omnium seritur, novissimum tollitur, utrumque Septembri fere mense, 15 quia, si non antecessit hiemem, frigoribus obnoxium est. inpune praeterea iacet, vel derelictum etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum, plerumque tamen levi sulco integunt. ex densiore terra rubricam maxime amat. ad hanc alendam post tertium florem verti 20 debet, in sabulo post secundum. cretosa tantum limosaque
136 odit et in his non provenit. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est. nam bovem unum modii singuli satiant validumque praestant, quando etiam inpositum puerorum ventribus pro remedio est. Condi in fumo maxime convenit, quo- 25 niam in umido vermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.

137 15. (37.) Et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa. uno sulco sata non saritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccatur. Sationis eius tria tempora: circa occasum 30 arcturi, ut Decembri mense pascat. tum optime seritur in semen. aeque namque fert depasta. secunda satio mense
138 Ianuario est, novissima Martio, tum ad frondem utilissima. Siccitatem ex omnibus quae seruntur maxime amat. non aspernatur etiam umbrosa. ex semine eius, si lecta matura est, 35

---

3. seruntnr] F^2. seratur, EF^1. serantur, *r*. quoque] *Urlichs vind. 355*. quae, D^2. que, D^1EF^1. *om. r*. 5. 6. ter germinat] *ego*. terram amat, *C. Cf. v. 8*. 6. atqui terra] *ego*. atque terra, F^2. terratque, *E*. terra atque, *r*. 7. querit, D^2. fuerit, *r*. 9. frutectoso] *d*. frutecto, *r*. coiectum] F^1. coniectum, F^2. coiactum, *D*. coactum, *r*. 20. florem] D^2F^2. flori, *r*. 29. seritur, *C*. 30. sationis] F^2. rationis, *r*. 35. umbrosa] D^2. ambrosa, *r*.

palea ceteris praefertur. vitibus praeripit sucum, languescuntque, si in arbusto seratur.

(38.) Nec ervi operosa cura est. hoc amplius quam vicia 139
runcatur, et ipsum medicaminis vim optinens, quippe *quo* divom
5 Augustum curatum epistulis ipsius memoria exstet. Sufficiunt singulis boum iugis modi quini. Martio mense satum noxium esse bobus aiunt, item autumno gravedinosum, innoxium autem fieri primo vere satum.

16. (39.) Et silicia, hoc est fenum Graecum, scariphatione 140
10 seritur, non altiore quattuor digitorum sulco, quantoque peius tractatur tanto provenit melius. rarum dictu esse aliquid cui prosit neglegentia. id autem quod secale ac farrago appellatur, occari tantum desiderat.

(40.) Secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, deterrimum 141
15 sed tantum ad arcendam famem, fecunda sed gracili stipula, nigritia triste, pondere praecipuum. Admiscetur huic far ut mitiget amaritudinem eius, et tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicumque solo cum centesimo grano, ipsumque pro laetamine est.

20 (41.) Farrago ex recrimentis farris praedensa seritur, ad- 142
mixta aliquando et vicia. eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia haec pabularia, degeneransque ex leguminibus quae vocatur cracca in tantum columbis grata ut pastas ea negent fugitivas illius loci fieri.

25 (42.) Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocinum 143
vocat, quo sistebant alvom bubus. id erat e pabuli segete viride desectum antequam *genicu*laret. Sura Mamilius aliter id interpretatur et tradit fabae modios X, viciae duos, tantundem erviliae in iugero autumno misceri et seri solitos, melius et avena
30 Graeca, cui non cadit semen, admixta. hoc vocitatum ocinum boumque causa seri solitum. Varro appellatum a celeritate proveniendi e Graeco quod ὠκέως dicunt.

(43.) Medica externa etiam Graeciae est, ut a Medis ad- 144
vecta per bella Persarum, quae Darius intulit, sed vel in primis
35 dicenda; tanta dos e*i*, cum ex uno satu amplius quam tricenis

---

4. quo] *Urlichs vind. 356.* cum, *C.* 5. exstet] *Sillig.* existet, *C.* 6. quini] F^2. quini sati, *r.* 7. gravedinosum] *d.* gravidinosum, *r.* 8. satum] *d.* persatum, *r.* 9. sicilia, *EF.* scariphicatione, F^2. 12. quid, *EF.* farrago appellatur] *d.* frago appellantur, *r.* 13. desiderat] *d.* desiderant, *r.* 15. secunda, *EF.* 20. recrementis, D^2. 22. degenerans qui, D^1EF. 25. quod, *DF.* 26. viridi, D^2. 27. desecte, *EF.* genicularet] *Scaliger.* gelaret, *C.* 29. solitus, *EF.* 30. admixto, *EF.* 32. ὠκέως] oceos, *C.* 33. Medis] medicis, E. 35. ei] *Sillig.* et, *C.*

annis duret. similis est trifolio caule foliisque, geniculata.
quidquid in caule adsurgit folia contrahuntur. unum de ea et
145 cytiso volumen Amphiloc*h*us con*p*osu*it*. Solum in quo seratur
elapidatum purgatumque subigitur autumno, mox aratum et
occatum integitur creta iterum ac tertium, quinis diebus inter- 5
positis et fimo addito — poscit autem siccum sucosumque vel
riguum — et ita praeparato seritur mense Maio, alias pruinis
146 obnoxia. opus est densitate seminis omnia occupari inter-
nascentesque herbas excludi. id praestant in iugera modi *b*ini.
caven*d*um ne adurat sol terram, quae protinus integi debet. si 10
sit umidum solum herbosumque, vincitur et desciscit in pratum.
ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est,
manu potius quam sarculo. secatur incipiens florere et quotiens
refloruit. id sexies evenit per annos, cum minimum, quater.
147 In semen maturescere prohibenda est, quia pabulum utilius est 15
usque ad trimatum. verno sar*r*i debet liberarique ceteris herbis,
ad trimatum marris ad solum radi. ita reliquae herbae intereunt
sine ipsius damno propter altitudinem radicum. si evicerint
herbae, remedium unicum in aratro, saepius vertendo, donec
148 omnes aliae radices intereant. Dari non ad satietatem debet, 20
ne deplere sanguinem necesse sit. et viridis utilior est. arescit
surculose ac postremo *in* pulverem inutilem extenuatur. De
cytiso, cui et ipsi principatus datur in pabulis, adfatim diximus
3130 inter frutices. et nunc frugum omnium natura peragenda est,
cuius in parte de morbis quoque dicatur. 25

149 17. (44.) [1] Primum omnium frumenti vitium avena est,
et hordeum in eam degenerat sic ut ipsa frumenti sit instar,
quippe cum Germaniae populi serant eam neque alia pulte
vivant. soli maxime caelique umore hoc evenit vitium. se-
quentem causam habet inbecillitas seminis, si diutius retentum 30
150 est terra prius quam erumpat. eadem ratio est et si cariosum

---

1. foliis qui, *DF*. 3. amphilocus, D^2. ampli locus, *r*. conposuit] *Pint.* confusum, *C*. 5. occatum] D^2. occultum, *r*. creta] *ego*. crate, *C*. 6. addito] D^2. addita, *r*. 7. et ita] D^2. et a, *r*. 9. iugero, D^2. modii bini, *Schneiderus ad Varr. r. r. I, 42*. modi vici, *F*. modi vice, D^1. modico, D^2. modia vicena, *E*(?). 10. cavendum] *Ianus*. cavendam, D^2. inmovendam, *E*. navendam, *r*. sol] D^2. *om. r*. terram quae] D^2. terraque, *r*. 11. herbosumque] D^2. herbosumve, *E*. herbosumuve, *r*. 12. altitudine] *d*. altitudinem, *r*. 16. sarriri, *Pint.* seri, *E*. sarri, *r*. 17. marris] in arvis, *E*. intereunt — 19. herbae] D^2. *om. r*. 19. in aratro] *Dal.* iaratro, *F*. et aratro, *E*. aratro, *D*. 21. deplere] *codd. Gel.* replere, *C*. 22. in] *om. C*. 23. ipse, *DF*. 28. servant, D^1F. 30. causato, EF^1. si] F^2. cum, D^2. *om. r*. 31. erumpet, EF^1. est et] F^2. et, *r*.

fuit cum sereretur. prima autem statim eruptione agnoscitur, ex quo apparet in radice esse causam. Est et aliud ex vicino avenae vitium, cum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, prius quam roboret corpus, adflatu noxio cassum et
5 inane in spica evanescit quodam abortu. [2] Venti autem tribus 151
temporibus nocent frumento et hordeo: in flore aut protinus cum defloruere vel maturescere incipientibus. tum enim exinaniunt grana, prioribus causis nasci prohibent. Nocet et sol creber ex nube. nascuntur et vermiculi in radice, cum semen-
10 tem imbribus secutis inclusit repentinus calor umorem. gignun- 152
tur et in grano, cum spica e pluviis calore infervescit. est et cantharis dictus scarabaeus parvus, frumenta erodens. omnia ea animalia cum cibo deficiunt. Oleum, pix, adips contraria seminibus, cavendumque ne contacta his serantur. imber in
15 herba utilis a partu, florentibus autem frumento et hordeo nocet, leguminibus innocuus praeterquam ciceri. maturescentia frumenta imbre laeduntur et hordeum magis. Nascitur et herba 153
alba, panico similis, occupans arva, pecori quoque mortifera. nam lolium et tribulos et carduos lappasque non magis quam
20 rubos inter frugum morbos potius quam inter ipsius terrae
pestes numeraverim. Caeleste frugum vinearumque malum nullo 154
minus noxium est robigo. frequentissima haec in roscido tractu convallibusque ac perflatum non habentibus. e diverso carent ea ventosa et excelsa. Inter vitia segetum et luxuria est, cum
25 oneratae fertilitate procumbunt. commune autem omnium satorum vitium uricae, etiam ciceris, cum salsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit. [3] Est herba quae cicer enecat 155
et ervum circumligando se, vocatur orobanche. tritico simili modo aera, hordeo festuca quae vocatur aegilops, lenti herba
30 securiclata, quam Graeci a similitudine pelecinum vocant. et hae conplexu necant. Circa Philippos ateramum nominant in pingui solo herbam qua faba necatur, teramum qua in macro, cum udam quidam ventus adflavit. Aerae granum minimum 156

---

3. inchoatum, F^2. 4. maturum, F^2. 5. abortu] D^2F^2. abortivo, *E*. aboriti, *r*. 8. causis] F^2. causa, *E*. causi, *r*. 9. vermiculi in] vermiculum, D^1EF^1. 11. spica e] *ego*. spica, F^2. spicae, *rv*. pluvii, F^2. pluvis, F^1. calore] *F*. calor, *r*. 12. cantharidis, *C*. 14. his] F^2. trans, *E*. tis, *r*. 15. a partu] D^2. q partu, D^1. quartu, F^1. quarto, *E*. *om*. F^2. 18. panico] F^2. panifico, *r*. 25. onerata, F^2. hoc onerata, *E*. honerata, *r*. 26. urica, *E*. 28. ervum] *d*. herbum, *r*. orobachae, D^2. orobrechae, D^1. orobreche, *E*. orebraehae, F^1. orobrachae, F^2. 29. haera, DF^2. hera, F^1. herba, *E*. 30. pelecinum] *d*. pelicenum, *r*. 31. hae] *d*. hac, *r*. 32. terramum, *C*. 33. aerae] *d*. here, *r*. minime, *DF*.

est in cortice aculeato. cum est in pane, celerrime vertigines facit, aiuntque in Asia et Graecia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id semen inicere. nascitur et phalangion in ervo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit. limaces nascuntur in vicia, et aliquando e terra cocleae minutae mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem fere hi sunt.

157 (45.) Remedia eorum quaecumque pertinent ad herbas in sarculo et, cum semen iactatur, cinere. quae vero in semine et circa radicem consistunt praecedente cura caventur. Vino ante semina perfusa minus aegrotare existimant. Vergilius nitro et amurca perfundi iubet fabam. sic etiam grandescere pro-
158 mittit. quidam vero, si triduo ante satum urina et aqua maceretur, praecipue adolescere putant. ter quidem saritam modium fractae e modio solidae reddere, reliqua semina cupressi foliis tusis si misceantur, non esse vermiculis obnoxia, nec si interlunio serantur. multi ad mili remedia rubetam noctu arvo circumferri iubent prius quam sariatur, defodique in medio inclusam fictili. ita nec passerem nec vermes nocere, sed eruendam prius quam metatur, alioquin amarum fieri. quin et armo
159 talpae contacta semina uberiora esse. Democritus suco herbae quae appellatur aizoum, in tegulis nascens, ab aliis *hypog*aesum, Latine vero sedum aut digitillum, medicata seri iubet omnia semina. vulgo vero, si dulcedo noceat et vermes radicibus inhaereant, remedium est amurca pura ac sine sale spargere, dein sarire, si in articulum seges ire coeperit, runcare, ne
160 herbae vincant. Pestem a milio atque panico, sturnorum passerumve agmina, scio abigi herba cuius nomen ignotum est, in quattuor angulis segetis defossa, mirum dictu, ut omnino nulla avis intret. mures abiguntur cinere mustelae vel felis diluto et semine sparso vel decoctarum aqua. sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. ob id felle bubulo semina attingi
161 utilius putant. Rubigo quidem, maxima segetum pestis, lauri ramis in arvo defixis transit in ea folia ex arvis. Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba dumtaxat, et depastae quidem vel saepius nullam in spica iniuriam sentiunt. retonsarum etiam semel omnino certum est granum longius fieri et inane cassumque ac satum non nasci. Babylone tamen bis

---

4. hervo, *E.* herbo, *r.* 13. praecipue] F^2. praecipuos, *E.* praecipuus, *r.* sartam, *E.* satam, *r.* 15. non] *d.* nunc, *r.* obnoxia] D^2. subnoxia, *r.* 16. mili] *d.* melio, F^1. milia, *r.* 21. aizoum] D^2. aizum, *r.* ab aliis] D^2. tabulis, *E.* tabalis, *r.* hypogaeson, *Urlichs vind. 358.* aesum, *C.* 23. ulcedo, *D.* 35. 36. retonsarum] *d.* retusarum, *r.* 37. crassumque, E^2. cascumque, D^1F^1.

secant, tertium depascunt, alioquin folia tantum fierent. Sic 162
quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit eximia fertilitas soli, diligentioribus verum cum centesimo. neque est cura difficilis quam diutissime aqua rigandi, ut praepinguis et densa
5 ubertas diluatur. limum autem non invehunt Euphrates Tigrisque sic ut in Aegypto Nilus, nec terra ipsa herbas gignit. ubertas tamen tanta est ut sequente anno sponte restibilis fiat seges inpressis vestigio seminibus. quae tanta soli differentia admonet terrae genera in fruges discribere.

10 (46.) Igitur Catonis haec sententia est: in agro crasso et 163
laeto frumentum seri, si vero nebulosus sit idem, raphanos, milium, panicum. in frigido vel aquoso prius serendum, postea in calido, in solo autem rubricoso vel pullo vel harenoso, si non sit aquosum, lupinum, in creta et rubrica et aquosiore
15 agro adoreum, in sicco et non herboso nec umbroso triticum, in solo valido fabam, viciam vero quam minime in aquoso herbi- 164
doque, siliginem et triticum in loco aperto et edito qui sole quam diutissime torreatur, lentem in rudecto et rubricoso qui non sit herbidus, hordeum in novali et in arvo quod restibile
20 possit fieri, trimestre ubi sementem maturam facere non possit et cuius crassitudo sit restibilis. Subtilis et illa sententia: 165
serenda ea in tenuiore terra quae non multo indigent suco, ut cytisus et cicere excepto legumina quae velluntur e terra, non subsecantur — unde et legumina appellata, quia ita leguntur —,
25 in pingui autem quae cibi sunt maioris, ut olus, triticum, siligo, linum. sic ergo tenue solum hordeo dabitur — minus enim alimenti radix poscit —, lenior terra densiorque tritico. in 166
loco umido far adoreum potius quam triticum seretur, temperato et triticum et hordeum. colles robustius sed minus reddunt
30 triticum. far, siligo et cretosum et uliginosum solum patiuntur.

18. Ex frugibus ostentum semel, quod equidem invenerim,

---

2. quinquagesimo] quintodecimo, *C, sed cf. v. 3.* 2. 3. eximia fertilitas] *D*². exilitas, *r.* 3. soli] soli cum venum, *F*¹. soli cum, *r.* verum] *E.* vero, *D*². venus, *F*¹. venum, *r.* centesimo] *Hard.* centesimo quinquagesimo, *C.* 6. terrae ipsi, *F*². ubertates, *F*². ubertatis, *E.* 7. tanta est ut] *D*². tantae (tante, *E*) sunt, *r.* sponte] sponte ut, *F*². 11. sit] *F*². est sit, *r.* raphanus, *DF*¹. raphanum, *E.* 12. vel] *F*². *om. r.* 16. in aquoso] *E.* aquoso, *r.* 17. et edito] *F*². edito, *r.* sole] *D*². sale, *r.* 18. rudecto] *Pint.* frutecto, *C.* 22. seranda, *DF.* suco] *E.* sumptu, *F*². suctu, *r.* 23. cicere excepto legumina] *Ursinus.* cicer exceptis leguminibus, *C.* 24. subsecuntur, *EF.* 25. cibi] curae, *F*². olus] *E.* olo, *D*². *om.* *F*². olu, *r.* 28. humido, *Ursinus*, humili, *C.* 30. cretoso et uliginoso solo, *F*². patiuntur] *D*². seruntur, *F*². satiuntur, *r.* 31. Ex] *ego.* et, *C.* invenerim] *F*². invenerit, *r.*

accidit P. Aelio Cn. Cornelio cos., quo anno superatus est Hannibal. in arboribus enim tum nata produntur frumenta.

167 (47.) Et quoniam de frugum terraeque generibus abunde diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Aegypti facilitate conmemorata. Nilus ibi coloni vice fungens evagari 5
5,57 incipit, ut diximus, solstitio a nova luna, primo lente, dein vehementius, quamdiu in leone sol est. mox pigrescit in vir-
168 ginem transgresso atque in libra residit. si XII cubita non excessit, fames certa est, nec minus si XVI exsuperavit. tanto enim tardius decedit quanto abundantius crevit, et sementem 10 arcet. vulgo credebatur a decessu eius serere solitos mox sues inpellere vestigiis semina deprimentis in madido solo, et credo
169 antiquitus factitatum, nunc quoque non multo graviore opera; sed tamen inarari certum est abiecta prius semina in limo degressi amnis. hoc fit Novembri mense incipiente, postea 15 pauci runcant — botanismon vocant — reliqua pars non nisi cum falce arva visit paulo ante kal. Apriles. peragitur autem messis mense Maio, stipula numquam cubitali, quippe sabulum
170 subest granumque limo tantum continetur. Excellentius Thebaidis regioni frumentum, quoniam palustris Aegyptus. similis 20 ratio, sed felicitas maior, Babyloniae Seleuciae, Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque tenui sulco arat, cum multifariam in Italia octoni boves ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturae, sed in hac maxime valet oraculum illud: quid 25 quaeque regio patiatur.

171 (48.) Vomerum plura genera: culter vocatur inflexus praedensam priusquam proscindatur terram secans futurisque sulcis vestigia praescribens incisuris quas resupinus in arando mordeat vomer. alterum genus est volgare rostratum uti vectis. 30 tertium in solo facili non toto porrectum dentali, sed exigua
172 cuspide in rostro. latior haec quarto generi et acutior in mucronem fastigata eodemque gladio scindens solum et acie laterum radices herbarum secans. non pridem inventum in

---

6. solstitio a] *Ianus*. a solstitio aut, *E*. solstiticaut, F^1. solstitio, F^2. primo] *d*. oprimo, F^1. a primo, *r*. 8. residit] *Sillig*. residet, *C*. 9. exsuperavit] *d*. exsuperabit, *r*. 11. arget, F^1. arcere, F^2. a] *d*. ac, *r*. 12. in] et, *E*. 13. graviora, *E*. 17. peragitatur, EF^1. 18. mense] *d*. *om*. *r*. 19. excellentius] *d*. excellentibus, *r*. 23. arat] *d*(?). *om*. *r*. 25. hac] *d*. ac, *E*. hac quidem, *F*. illud] *d*. *om*. F^1. illum, *r*. 26. quaeque] quae, *C*. 27 inflexus] *Sillig*. infelix, *C*. 28. prius, EF^1. 30. rostratum] *F*. rostra, *E*. 31. non] F^2. nec, *r*. 33. gladio] *d*. glandio, *r*. 34. secant, *C*.

Raetia Galliae ut duas adderent tali rotulas, quod genus vocant plaumorati. cuspis effigiem palae habet. Serunt ita non 173
nisi culta terra et fere nova. latitudo vomeris caespites versat. Semen protinus iniciunt cratesque dentatas supertrahunt. nec
5 sarienda sunt hoc modo sata, sed protelis binis ternisque sic arant. uno boum iugo censeri anno facilis soli quadragena iugera, difficilis tricena iustum est.

19. (49.) [1] In arando magnopere servandum est Catonis 174
oraculum: quid est bene agrum colere? bene arare.
10 quid secundum? *arare*. quid tertium? stercorare. sulco vario ne ares. tempestive ares. Tepidioribus locis a bruma proscindi arva oportet, frigidioribus ab aequinoctio verno, et maturius sicca regione quam umida, maturius densa terra quam soluta, pingui quam macra. ubi siccae et graves 175
15 aestatis, terra cretosa aut gracilis, utilius inter solstitium et autumni aequinoctium aratur, ubi leves aestus, frequentes imbres, pingue herbosumque solum, ibi mediis caloribus. altum et grave solum etiam hieme moveri placet, tenue valde et aridum paulo ante sationem. [2] Sunt et his suae leges: lutosam terram 176
20 ne tangito. vi omni arato, prius quam ares proscindito. Hoc utilitatem habet, quod inverso caespite herbarum radices necantur. quidam utique ab aequinoctio verno proscindi volunt. quod vere semel aratum est a temporis argumento vervactum vocatur. hoc in novali aeque necessarium est. novale
25 est quod alternis annis seritur. Araturos boves quam artissime 177
iungi oportet, ut capitibus sublatis arent — sic minime colla contundunt; si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrantur, ne germinum tenera praecerpant — securiculam in stiva pendere qua intercidantur radices — hoc melius quam convelli aratro
30 bovesque luctari — in arando versum peragi nec strigare in actu spiritus. Iustum est proscindi sulco dodrantali iugerum 178
uno die, iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli, si minus, proscindi semissem, iterari assem, quando et animalium labori natura leges statuit. Omne arvum rectis sulcis, mox et obliquis
35 subigi debet. in collibus traverso tantum monte aratur, sed

1. ut] *d. om. r.* tali] ali, *F*[1]. alii, *r.* 2. habent, *C.* 3. culta terra] cultra tatra, *E*[1]. cultatra, *r.* 6. facili, *F.* 8. servandum] *d.* reservandum, *r.* 9. quod, *E*[2]*F*[2]. 10. arare] *Cato r. r. 61. 1. om. C.* 15. terrae, *EF*[1]. 15. 16. et autumni] autumni et, *C.* 17. medius, *EF*[1]. 18. tenue] *d. om. r.* 19. sationem] *d.* sationum, *r.* his] *Urlichs. vind. 360.* hic, *C.* 20. vi] *d.* ut, *r.* ares] *d.* aras, *r.* 24. aeque] *F*[2]. atque, *r.* est] *om. E.* 27. capistrantur] *F*[2]. capistratu, *F*[1]. capistrati, *E.* capistrari, *d.* 28. securiculam] *d.* sericulam, *r.* in stiva] *Pint.* insitivam, *C.*

modo in superiora modo *in* inferiora rostrante vomere, tantumque
est laboris homini ut etiam boum vice fungatur. certe sine hoc
179 animali montanae gentes sarculis arant. Arator nisi incurvus
praevaricatur. inde tralatum hoc crimen in forum. ibi utique
caveatur ubi inventum est. Purget vomerem subinde stimulus 5
cuspidatus rallo. scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur,
glaebae ne exultent. Male aratur arvom quod satis frugibus
occandum est. id demum recte subactum erit ubi non intel-
legitur utro vomer ierit. In usu est et collicias interponere,
si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam educant. 10
180 20. [3] Aratione per traversum iterata occatio sequitur,
ubi res poscit, crate vel rastro, et sato semine iteratio, haec
quoque, ubi consuetudo patitur, crate contenta vel tabula aratro
adnexa — quod vocant lirare — operianturque semina, *unde*
181 primum appellata deliratio est. Quarto seri sulco Vergilius 15
existimatur voluisse, cum dixit optimam esse segetem quae bis
soles, bis frigora sensisset. spissius solum, sicut plerumque in
Italia, quinto sulco seri melius est, in Tuscis vero nono. at
fabam et viciam non proscisso serere sine damno conpendium
182 operae est. [4] Non omittemus unam etiamnum arandi rationem 20
in transpadana Italia bellorum iniuria excogitatam. Salassi cum
subiectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque
iam excrescens temptavere. postquam respuebat natura, inararunt.
at illae messes multiplicatae docuere quod nunc vocant artrare,
id est aratrare, ut credo tunc dictum. hoc fit vel incipiente 25
183 culmo, cum iam is ad bina ternave emiserit folia. Nec recens
subtrahemus exemplum in Treverico agro tertio ante hunc
annum conpertum. nam cum hieme praegelida captae segetes
essent, reseverunt etiam campos mense Martio uberrimasque
messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera 30
frugum.
184 21. (50.) Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato,
sarito, runcato quibus dictum erit diebus. singulae operae cuique
generi in iugero sufficient. Sarculatio induratam hiberno rigore
soli tristitiam laxat temporibus vernis novosque soles admittit. 35
qui sariet caveat ne frumenti radices subfodiat. triticum, semen,

---

1. in] *om. C.* 2. labori, *C.* 4. ubique, *C* 7. frugibus] *d.* frugilius, *r.* 11. traversum] *d.* tracta versum, *r.* sequitur] *d.* seritur, *r.* 14. operianturque semina] *ego.* operientis (operientes, *F*) semina operianturque, *C.* unde] *om. C.* 17. figura, *E.* 21. Salassi] *Hard.* salsasi, *C.* 26. is] si, *C.* ad] *d.* at, *F.* aut, *E.* recens] *d.* recesis, *F.* recisis, *E.* 28. praegelidae, *E.* pregelide, *F.* 29. etiam] *d.* et scient, *r.*

hordeum, fabam bis sarire melius. Runcatio, cum seges in 185
articulo est, evolsis inutilibus herbis, frugum radices vindicat
segetemque discernit a caespite. Leguminum cicer eadem quae
far desiderat. faba runcari non gestit, quoniam evincit herbas.
5 lupinum occatur tantum. milium et panicum occatur et saritur,
non iteratur, non runcatur. silicia et phasioli occantur tantum.
Sunt genera terrae quorum ubertas pectinari segetem in herba 186
cogat — cratis et hoc genus dentatae stilis ferreis —, eademque
nihilominus et depascuntur. quae depasta sunt sarculo iterum
10 excitari necessarium. at in Bactris, Africa, Cyrenis omnia haec
supervacua fecit indulgentia caeli, et a semente non nisi messibus
in arva redeunt, quia siccitas coercet herbas, fruges nocturno
tantum rore nutriente. Vergilius alternis cessare arva suadet. 187
si patiantur ruris spatia, utilissimum procul dubio est. quod si
15 neget condicio, far serendum unde lupinum aut vicia aut faba
sublata sint et quae terram faciunt laetiorem. in primisque et
hoc notandum, quaedam propter alia seri obiter, si parum
proveniunt, — priore diximus volumine, ne eadem saepius 17, 56
dicantur — plurimum enim refert soli cuiusque ratio.
20 22. (51.) Civitas Africae in mediis harenis petentibus 188
Syrtis Leptimque Magnam vocatur Tacape, felici super omne
miraculum riguo solo. ternis fere milibus passuum in omnem
partem fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis
dispensatur inter incolas. palmae ibi praegrandi subditur olea,
25 huic ficus, fico punica, illi vitis, sub vite seritur frumentum,
mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omniaque aliena
umbra aluntur. quaterna cubita eius soli in quadratum, nec ut 189
a porrectis metiantur digitis sed in pugnum contractis, quaternis
denariis venundantur. super omnia est bifera vite bis anno
30 vindemiare. et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereant
luxuria singuli fructus. nunc vero toto anno metitur aliquid,
constatque fertilitati non occurrere homines. Aquarum quoque 190
differentia magna riguis. Est in Narbonensi provincia nobilis
fons Orgae nomine. in eo herbae nascuntur in tantum expetitae
35 bubus ut mersis capitibus totis eas quaerant. sed illas in aqua

---

1. seges] *d.* sex, *F.* sexto, *E.* 2. est, evolsis] esse in molsis, *C.*
5. occatur] F^2. vocatur, *r.* 6. sicilia, *E.* fasioli, *C.* 8. cratis]
d. gratis, *r.* 11. supervacua] superi aquae (aque, *F*)*C.* messibus] *d.*
mensibus, *r.* 12. arva] *Hard.* area, *F.* aream, *E.* 13. tantum] *Pint.*
tectum, *C.* nutriente] *ego.* nutriens, *C.* 14. ruris] *d.* ruri, *r.*
18. proveniunt — priore] *ego.* provenire, *C.* 20. patentibus, *E.*
21. magna, *C.* 23. sed] sed et, *C.* 24. praegnanti, *d.* pregnandi, *r.*
25. illi] *d.* illis, *r.* 30. pereat, *E.* 31. fructus] si ructus, *C.*
35. aquas, *C.*

nascentis certum est non nisi imbribus ali. ergo suam quisque terram aquamque noverit.

17, 36 191 23. (52.) Si fuerit illa terra, quam appellavimus teneram, poterit sublato hordeo seri milium, eo condito rapa, his sublatis hordeum rursus vel triticum, sicut in Campania, satisque talis terra aratur, cum saritur. alius ordo ut, ubi adoreum fuerit, cesset quattuor mensibus hibernis et vernam fabam recipiat ita ut ante hiemalem ne cesset. nimis pinguis alternari potest. ita fit ut frumento sublato legumen tertio seratur, gracilior et in annum tertium cesset. frumentum seri quidam vetant nisi in ea quae proximo anno quieverit.

192 (53.) Maximam huius loci partem stercorationis optinet
17, 50 ratio, de qua et priore diximus volumine. hoc tantum enim in confesso est nisi stercorato seri non oportere, quamquam et huic leges sunt propriae. Milium, panicum, rapa, napos nisi in stercorato ne serito. non stercorato frumentum potius quam hordeum serito. item in novalibus, tametsi in illis fabam seri volunt, eandem ubicumque quam recentissime stercorato
193 solo. Autumno aliquid saturus Septembri mense fimum inaret post imbrem. utique si verno erit saturus, per hiemen fimum disponat. iustum est vehes XVIII iugero tribui, dispergere autem priusquam ares. at iacto semine, si haec omissa sit stercoratio, sequens est priusquam sariatur *ex aviariis seminare*
194 *paratum* ante pulverem. Quod ut hanc quoque curam determinemus, iustum est *singulis mensibus* singulas vehes fimi definire in singulas pecudes minores, in maiores denas. nisi contingat hoc, male substravisse pecori colonum appareat. Sunt qui optime stercorari putent sub diu retibus inclusa pecorum mansione. Ager si non fuerit stercoratus, alget, si nimium stercoratus est, aduritur, satiusque est id saepe quam supra modum facere. quo calidius solum est, eo minus addi stercoris ratio est.

---

4. rapae, F^2. 6. saritur] *Strack.* seritur, *C.* 8. recipi, *C.* ita] uta, *F.* ne cesset] nec exiet, *C.* 9. ut] *om. E.* 10. in] F^2. *om. r.* 11. in] sin, EF^1. 12. optinet] *d.* optinet (optinent, F^2) et, *r.* 14. conpessum, *C.* 15. hic, *F.* napos] F^2. napus, *r.* 16. ne] F^1. non, F^2. *om. E.* serito] *ego.* seritur, *C.* 19. inarguet, *C.* 21. disponat] *d.* disponant, *C.* vehis, *d.* veges, *r.* 22. at] *F.* aut, *E.* iacto] F^2. iactu, *E.* iatu, F^1. omissa] *d.* commissa, *r.* 23. 24. sariatur — paratum] *Urlichs vind. 362.* sariat, *d.* at, F^1. seriat, *r.* 25. singulis mensibus] *Ianus coni. praef. p. XX. om. C.* vehis] *d*(?). veies, *r.* 26. definire] *ego.* denario ire, *C.* 27. male] *d.* mala, *r.* 29. fuerit] *om. E.* stercoratus] F^2. stercoratur, *E.* sercoratur, F^1.

24. (54.) Semen optimum anniculum, bimum deterius, 195
trimum pessimum, ultra sterile; et omnium definita generatio
est: quod in ima area subsedit ad semen reservandum est, id
enim optimum, quoniam gravissimum, neque alio modo utilius
5 discernitur. quae spica intervalla semin*um* habebit abicietur.
optimum granum quod rubet et dentibus fractum eundem
habet colorem, deterius cui plus intus albi est. Certum terras 196
alias plus seminis recipere, alias minus, religiosumque inde
primum colonis augurium: cum avidius accipiat, esurire credi-
10 tur et comesse semen. Sationem locis umidis celerius fieri
ratio est, ne semen imbre putrescat, siccis serius, ut pluviae
sequantur, ne diu iacens atque non concipiens evanescat, item-
que festinata satione densum spargi semen, quia tarde conci-
piat, serotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis 197
15 quoque cuiusdam est aequaliter spargere. manus utique con-
gruere debet cum gradu semperque cum dextro pede sit, quo-
rundam quoque occulta ratione quod fors genialis atque *f*ecunda
est. Non transferendum esse ex frigidis locis semen in calida,
neque ex praecocibus in contrarium praecepere quidam falsa
20 diligentia.

(55.) Serere in iugera temperato solo iustum est tritici 198
aut siliginis modios V, farris aut seminis, quod frumenti genus
ita appellamus, X, hordei VI, fabae quinta amplius quam tritici,
viciae XII, ciceris et cicerculae et pisi III, lupini X, lentis
25 III — sed hanc cum fimo arido seri volunt, — ervi VI, sili-
ciae VI, passiolorum IIII, pabuli XX, milii, panici sextarios IIII,
pingui solo plus, gracili minus. Est et alia distinctio: in denso 199
aut cretoso aut uliginoso tritici aut siliginis modios VI, in
soluta terra et sicca et laeta IIII. macrum enim solum, nisi
30 rarum culmum habeat, spicam minutam facit et inanem.
pinguia arva ex uno semine fruticem numerosum fundunt den-
samque segetem ex raro semine emittunt. ergo inter quattuor 200
et sex modios pro natura soli quint*o* minus seri plusve prae-
cipiunt, item in consito aut clivoso ut in macro. Hoc pertinet

---

2. sterile] F^2. sterilem, *r*. et] *ego*. et in imo, *EF*. et in uno, *d*. 5. discernitur] *codd. Gel.* dispernitur, *C*. seminum] *ego*. semina, *C*. 7. deterius] *d. om. r*. 10. cum esse, *C*. 11. ne] F^2. nec, *r*. 14. nocetur, *E*. 16. dextro] *d*. dextrao, *r*. *dist. ego*. 16. 17. quorundam quoque] *ego*. quoque quorundam, *C*. 17. fecunda] pecuda, *C*. 18. esse] F^2. est, *r*. 19. in] F^2. nihilque in, *r*. praecipere, EF^1. 29. macrum] F^2. macies, *r*. 30. habet, EF^1. 31. seminis radice, *E*. 32. omittunt, *C*. 33. pro] *d*. po, *r*. quinto] *Ianus*. quinta, *C*. plusve] *d*. plurisve, *E*. pluresve, *F*. 34. ut] F. aut, E.

oraculum illud magno opere custodiendum: Segetem ne defruges. adiecit his Attius in Praxidico, ut sereretur, cum luna esset in ariete, geminis, leone, libra, aquario, Zoroastris sole scorpionis duodecim partes transgresso, cum luna esset in tauro.

201 (56.) Sequitur huc dilata et maxima indigens cura de tempore fruges serendi quaestio, magnaque ex parte ratione siderum conexa, quamobrem sententias omnium in primis ad id pertinentis exponemus. Hesiodus, qui princeps hominum de agricultura praecepit, unum tempus serendi tradidit a vergiliarum occasu. scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita
202 seri diximus. Inter diligentissimos convenit, ut in alitum
49 quadripedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus et terrae. hoc Graeci ita definiunt, cum sit calida et umida. Vergilius triticum et far a vergiliarum occasu seri iubet, hordeum inter aequinoctium autumni et brumam, viciam vero et passiolos et lentem boote occidente. quo fit ut horum siderum aliorumque exortus et occasus digerendi sint in suos dies.
203 Sunt qui et ante vergiliarum occasum seri iubeant, dumtaxat in arida terra calidisque provinciis, custodiri enim semen, corrumpente umore, et a proximo imbre uno die erumpere; alii statim ab occasu vergiliarum, sequi imbres a septimo fere die; aliqui in frigidis ab aequinoctio autumni, in calidis serius, ne
204 ante hiemem luxurient. Inter omnes autem convenit circa brumam serendum non esse, magno argumento, quoniam hiberna semina, cum ante brumam sata sint, septimo die erumpant, si post brumam, vix quadragesimo. sunt qui properent atque ita pronuntient, festinatam sementem saepe decipere, serotinam semper. e contrario alii vel vere potius serendum quam malo autumno, atque ubi fuerit necesse, inter favonium
205 et vernum aequinoctium. quidam omissa caelesti subtilitate temporibus definiunt: vere linum et avenam et papaver atque, uti nunc etiam transpadani servant, usque in quinquatrus, fabam, siliginem Novembre mense, far Septembri extremo usque in idus Octobres, alii post hunc diem in kal. Novembris. ita his nulla naturae cura est, illis nimia, et ideo caeca sub-

---

2. attius] *d.* artius, *r.* 7. serendi] F^2. servendi, F^1. servandi, *E.* 9. priceps, F^1. primus, F^2. 10. praecipit, EF^1. 16. vero et] *F.* vero, *E.* 17. quo] F^2. que, F^1. qua, *E.* 18. digerendi] *Barb.* diregendi, F^1. dirigendi, *r.* 26. ante] manente, *F.* 27. bruma, F^2. 31. omissa] F^2. emissa, *r.* caelestis, *F.* subtilitate] F^2. sublitate, F^1. suititate, *E.* 32. temporis, F^2. definiunt] F^1. deficiunt, *E.* serunt, F^2. 33. etiam] *om. F.* serunt, F^2.

tilitas, cum res geratur inter rusticos litterarumque expertes,
non modo siderum. Et confitendum est caelo maxime con- 206
stare ea, quippe Vergilio iubente praedisci ventos ante omnia
ac siderum mores, neque aliter quam navigantibus servari.
5 spes ardua et inmensa misceri posse caelestem divinitatem in-
peritiae rusticae, sed temptanda tam grandi vitae emolumento.
prius tamen sideralis difficultas, quam sensere etiam periti,
subicienda contemplationi est, quo deinde laetior mens discedat
a caelo et facta sentiat quae futura praenosci non possint.

10 25. (57.) Primum omnium dierum ipsorum anni solisque 207
motus prope inexplicabilis ratio est, ad CCCLXV adiciente anno
intercalario diei noctisque quadrantes. ita fit ut tradi non
possint certa siderum tempora. accedit confessa rerum obscu-
ritas, nunc praecurrente nec paucis diebus tempestatum si-
15 gnificatu, quod *προχειμάζειν* Graeci vocant, nunc postveniente,
quod *ἐπιχειμάζειν*, et plerumque alias prius alias tardius cae-
lesti effectu ad terram deciduo, vulgo serenitate reddita con-
fectum sidus audimus. Praeterea cum omnia haec statis side- 208
ribus caeloque adfixis constent, interveniunt motu stellarum
20 grandines, imbres et ipsi non levi effectu, ut docuimus, tur-
bantque conceptae spei ordinem. idque, ne nobis tantum pu- 152
temus accidere, et reliqua fallit animalia sagaciora circa hoc,
ut quo vita eorum constet, aestivasque alites praeposteri aut
praeproperi rigores necant, hibernas aestus. ideo Vergilius 209
25 errantium quoque siderum rationem ediscendam praecipit, ad-
monens observandum frigidae Saturni stellae transitum. sunt
qui certissimum veris indicium arbitrentur ob infirmitatem
animalis papilionis. id eo ipso anno cum commentaremur
haec notatum est, proventum eorum ter repetito frigore ex-
30 tinctum, advenasque volucres a. d. VI. kal. Febr. spem veris
adtulisse mox saevissima hieme conflictatas. Res anceps: pri- 210
mum omnium a caelo peti legem, deinde eam argumentis
esse quaerendam. super omnia est mundi convexitate terra-
rumque globo differentia, eodem sidere alio tempore aliis ape-

---

5. et] *om. F.* 6. rusticae] *cod. Tol. om. C.* tentanda, *codd. Gel.* templanda, *F.* contemplanda, *E.* 8. contemplationi] *d.* contemplationis, *r.* 9. foeta, *F.* 11. adiciente anno] *ego.* adicient eam (etiam, *E*) non, *C.* 13. posset, *F.* confusa, *E.* 15. postveniente] *d.* postvenientem, *r.* 16. quod] *E. om. F.* prius] *ego.* erius, *C.* alias] *d* alia, *r.* 16. 17. caelesti] *d.* caeli, *r.* 20. grandinum imbrium, *C.* 21. ne] *om. C.* 23. praepostere, *C.* 24. praepropere, *d.* propere, *E.* prope, *F.* negante, *d.* necante, *r.* 28. papilionis] *d.* passionis papilionis, *r.* 29. eorum] *d.* quorum, *r.* 33. convexitate] F^2. convexitatis, F^1. convexitas, *E.* 34. globo] F^2. globi, *r.*

riente se gentibus, quo fit ut causa eius non isdem diebus
ubique valeat. addidere difficultatem et auctores diversis in
locis observando, mox etiam in isdem diversa prodendo. tres
211 autem fuere sectae, Chaldaea, Aegyptia, Graeca. his addidit
quartam apud nos Caesar dictator annos ad solis cursum redi- 5
gens *sin*gulos Sosigene perito scientiae eius adhibito. et ea
ipsa ratio postea conper*to* errore correcta est ita *ut* duodecim
annis continuis non intercalaretur, quia coeperat sidera annus
212 morari qui prius antecedebat. et Sosigenes ipse trinis commen-
tationibus, quamquam diligentior ceteris, non cessavit tamen 10
addubitare ipse semet corrigendo. auctores prodidere ea quos
praetexuimus volumini huic, raro ullius sententia cum alio
congruente. minus hoc in reliquis mirum, quos diversi excu-
saverint tractus. eorum qui in eadem regione dissedere, unam
discordiam ponemus exempli gratia: occasum matutinum ver- 15
213 giliarum Hesiodus — nam huius quoque nomine exstat astro-
logia — tradidit fieri, cum aequinoctium autumni conficeretur,
Thales XXV die ab aequinoctio, Anaximander XXX, Euctemon
214 *XLIIII*, *Eudoxus* XLVIII. nos sequimur observationem Cae-
saris maxime, haec erit Italiae ratio. dicemus autem et alio- 20
rum placita, quoniam non unius terrae sed totius naturae
interpretes sumus, non auctoribus positis — id enim verbosum
est — sed regionibus. legentes tantum meminerint brevitatis
gratia, cum Attica nominata fuerit, simul intellegere Cycla-
215 das insulas, cum Macedonia, Magnesiam, Threciam, cum 25
Aegyptus, Phoenicen, Cyprum, Ciliciam, cum Boeotia, Locridem,
Phocidem et fintimos semper tractus, cum Hellespontus, Cher-
sonesum et continentia usque Atho montem, cum Ionia, Asiam
et insulas Asiae, cum Peloponnesus, Achaiam et ad vesperam
216 iacentis terras. Chaldaei Assyriam et Babyloniam demonstrabunt. 30
Africam, Hispanias, Gallias sileri non erit mirum, nemo enim ea
observavit ex his qui proderent siderum exortus. non tamen
difficili ratione dinoscentur in illis quoque terris digestione cir-

---

5. quartam] *cod. Tol.* quartum, *C.* cursum] *E.* circum, *F.* 6. singulos] figulo, *C.* sosigene] *d.* sozigine, *r.* peritos, *C.* adhibitos, *C.* 7. conpertum, *C.* ut] *om. C.* 9. sosigenes] *d.* sozigines, *r.* 10. quamquam] *d.* quandam, *r.* 12. sententia] *d.* sententiae, *E.* sententie, *F.* 14. eorum] F^2. earum, *r.* dissedere] *d.* dissidere, *r.* 18. XXX] F^2. XI. XX, *r.* 19. XLIIII, Eudoxus] *Boeckh, über die vierjährigen Sonnenkreise p. 86. om. C.* 20. *dist. Ianus.* 23. regionibus] *cod. Tol.* legionibus, *C.* 30. chaldai, *E.* chaldei, F^1. chaldeam, F^2. cassiriam, *E.* assiriam, F^1. syriam, F^2. 31. gallicas, *E.* gallicos, *F.* ea] F^2. *om. r.* 32. observavit] *d.* observabit, *r.* ex his] F^2. in his, *E. om.* F^1. proderent] F^2. proderet, *r.*

culorum quam in sexto volumine fecimus, qua cognatio caeli 217
non gentium modo verum urbium quoque singularum intelle- 6, 212 sqq.
gitur. ergo ex iis terris quas nominavimus sumpta convexitate
circuli pertinentis ad quas quisque quaeret terras idem erunt
5 siderum exortus per omnium circulorum pares umbras. indi-
candum et illud, tempestates ipsas cardines suos habere qua-
drinis annis, et easdem non magna differentia reverti ratione
solis, octonis vero augeri easdem, centesima revolvente se luna.

(58.) Omnis autem ratio observata est tribus modis, ex- 218
10 ortu siderum occasuque et ipsorum temporum cardinibus.
exortus occasusque binis modis intelleguntur. aut enim ad-
ventu solis occultantur stellae et conspici desinunt, aut eiusdem
abscessu proferunt se. emersum hoc melius quam exortum
consuetudo dixisset, et illud occultationem potius quam occa-
15 sum. alio modo, quo die incipiunt apparere vel desinunt, 219
oriente sole aut occidente, matutini vespertinive cognominati,
prout alteruter eorum mane vel crepusculo contingit. dodran-
tes horarum cum minimum intervalla ea desiderant ante solis
ortum vel post occasum, ut aspici possint. praeterea bis quae-
20 dam exoriuntur et occidunt, omnisque sermo de iis est stellis 2, 7 sqq.
quas adhaerere caelo diximus.

(59.) Cardines temporum quadripertita anni distinctione 220
constant per incrementa lucis. augetur haec a bruma, et ae-
quatur noctibus verno aequinoctio diebus XC horis tribus. dein
25 superat noctem ad solstitium diebus XCIIII horis XII, ** us-
que ad aequinoctium autumni, et tum aequata die procedit ex
eo ad brumam diebus LXXXVIII horis tribus, [horae nunc in 221
omni accessione aequinoctiales, non cuiuscumque diei, signi-
ficantur] omnesque eae differentiae fiunt in octavis partibus
30 signorum, bruma capricorni a. d. VIII kal. Ian. fere, aequinoc-
tiam vernum arietis, solstitium cancri, alterumque aequinoc-
tium librae, qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatum
singnificatus habent. rursus hi cardines singulis etiamnum ar- 222
ticulis temporum dividuntur, per media omnes dierum spatia,
35 quoniam inter solstitium et aequinoctium autumni fidiculae oc-

---

1. cognitio, F^2. 6. cardines] *Pint.* arbores, *C.* 9. aratio, EF^1. 13. emersum] ip emersum, F^2. in hemersum, *r.* 15. alio] *Barb.* ullo, *C.* 17. alteruter] *cod. Tol.* alterutri, *C.* contingit] *d.* contigit, *r.* 18. desiderant] *d.* desiderat, *r.* 22. cardo, *E.* 23. constant] F^2. constat, *r.* 24. in diebus, *F.* 25. noctem] *Urlichs. vind. 364.* nocte, *C.* 27. 29. *uncos adpinxi.* 28. cuiusque, *F.* diei] *d.* dici, *r.* 29. ea, *C.* 30. signorum] *d.* sigulorum, *E.* singulorum, *F.* 33. significatos, EF^2.

casus autumnum inchoat die XLVI, *at* ab aequinoctio eo ad brumam vergiliarum matutinus occasus hiemem die XLIII*I*, inter brumam et aequinctium die XLV flatus favoni vernum tempus, ab aequinoctio verno initium aestatis die XLVII vergiliarum
223 exortus matutinus. nos incipiemus a sementibus frumenti, hoc est vergiliarum occasu matutino. nec deinde parvorum siderum mentione concidenda ratio est et difficultas rerum augenda, cum sidus vehemens Orionis isdem diebus longo decidat spatio.

224 (60.) Sementibus tempora plerique praesumunt et ab XI die autumnalis aequinoctii fruges seri *iub*ent, a coronae exortu continuis diebus certo prope imbrium promisso, Xenophon non antequam deus signum dederit. hoc Cicero noster imbre fieri interpretatus est, cum sit vera ratio non prius serendi quam
225 folia coeperint decidere. hoc ipso vergiliarum occasu fieri
2, 125 putant aliqui a. d. III idus Novembris, ut diximus, servantque id sidus etiam vestis institores, et est in caelo notatu facillimum. ergo ex occasu eius de hieme augurantur quibus est cura insidiandi, negotiatoris. avaritia nubilo occasu pluviosam hiemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia, sereno
226 asperam, et reliquarum vestium accendunt. sed ille indocilis caeli agricola hoc signum habeat inter suos vepres, humumque suam aspiciens, cum folia decidere viderit. sic iudicetur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius. ita enim sentitur ut caeli locique adficit natura, idque in hac ratione praecellit, quod eadem et in mundo publica est et unicuique loco pecu-
227 liaris. miretur hoc qui non meminerit ipso brumali die puleium in carnariis florere. adeo nihil occultum esse natura voluit, et serendi igitur hoc dedit signum. Haec est vera interpretatio argumenta naturae secum adferens, quippe sic terram peti suadet promittitque quandam stercoris vicem et contra rigores terram satuusque operiri a se nuntiat ac monet festinare.

228 (61.) Varro in fabae utique satu hanc observationem custodiri praecepit. alii plena luna serendam, lentim vero a

---

1. at ab] octaba, *F.* octava, *Ed.* 2. XLIIII] *Pint.* XLIII, *C.* 4. die] *d.* dies, *r.* XLVII] *ego. coll.* §§ *220. 222.* XLVIII, *C.* 5. exortu matutino, *E.* 7. mentionem, *F.* concidenda] *d.* concidendi, *r.* 8. decedat, *E.* 10. seri iubent a] *ego.* servitio venta, *F.* servitio veniente, *E.* serunt adveniente, *d.* 12. noster] *Dal.* Ñ. R., *C.* 13. serendum, F^2. 15. servantque] *d.* servant quō, *E.* servantq̄, F^1. serunt q̄, F^2. 18. *dist. ego.* fluviosam, EF^1. 22. decidere viderit] F^2. decident viderit decidua, *r.* 24. praecellet, EF^1. 28. et *om.* F^2. 30. promittitque] *d.* promittique, *r.* 31. satusque, *d.* statusque, F^2. *statuusque, r.* operiri] *d.* operari, *r.* 33. satu] *d.* statu, *r.*

vicesima quinta ad tricesimam, viciam quoque iisdem lunae diebus. ita demum sine limacibus fore. quidam pabuli causa sic iubent seri, seminis autem vere. Est et alia manifestior ratio mirabiliore naturae providentia, in qua Ciceronis sententiam
5 ipsius verbis subsignabimus:

Iam vero semper viridis semperque gravata
Lentiscus triplici solita est grandescere fetu
Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi.

Ex is unum hoc erit idem et lino ac papaveri serendo. 229
10 Cato de papavere ita tradit: Virgas et sarmenta quae tibi usioni supererunt in segete comburito. ubi eas combusseris, ibi papaver serito. silvestre in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia visque somnifera etiam sativo. Et hactenus de hiberna semente.

15 26. (62.) Verum ut pariter omnis culturae quoddam bre- 230
viarium peragatur, eodem tempore conveniet arbores stercorare, adcumulare item vineas — sufficit in iugerum opera, — et, si patietur loci ratio, arbusta ac vineas putare, solum seminaris bipalio praeparare, incilia aperire, aquam de agro pellere, tor-
20 cular lavare et recondere. A kal. Novemb. gallinis ova sup- 231
ponere nolito, donec bruma conficiatur. in eum diem ternadena subicito aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. Democritus talem futuram hiemem arbitratur qualis fuerit brumae dies et circa eum terni, item solstitio aestatem.
25 circa brumam plerisque bis septem *halcyonum* fetura ventorum quiete molliunt caelum. sed et in his et in aliis omnibus ex eventu significationum intellegi sidera debebunt, non ad dies utique praefinitos expectari tempestatum vadimonia.

(63.) Per brumam vitem ni colito. Vina tum defaecari 232
30 vel etiam diffundi Hyginus suadet a confecta *ea* septimo die, utique si septima luna conpetat, cerasa circa brumam seri. bubus glandem tum adspergi convenit in iuga singula modios. largior valetudinem infestat, et quocumque tempore detur, si minus XXX diebus continuis data sit, narrant verna scabie

---

5. subsignavimus, *EF*[1]. 8. fundes, *EF*[1]. monstrat arandi] *d.* monstrari tradit, *F*[2]. monstrata radi, *r.* 9. idem et] *om.* *F*[2]. papaveris, *EF*[1]. serendi, *E.* 10. qua, *EF*[1]. 11. usioni] *Hard.* usui, *F*[2]. osioni, *F*[1]. cisioni, *E.* 12. papaver] *d.* papaverem, *F*[2]. papavere, *r.* 17. si] si ibi, *F*[2]. ubi, *dv.* ibi, *r.* 18. 19. seminare bipalia, *F*[2]. 24. fuerint, *F*[2]. et] *om.* *F.* 25. alcionum, *D.* altionum, *r.* 26. quietem, *C.* molliunt] *D*[2]. mollium, *r.* 29. vitem] *d.* autem, *r.* ni] *ego.* ne, *d.* in, *r.* 30. eo, *C.* 31. cerasa] caerasia, *D.* caesaria, *F.* cesaria, *E.* 33. infesiat, *D*[1]*F*[1]. infert, *F*[2].

188 poenitere. Materiae caedendae tempus hoc dedimus. reliqua
233 opera nocturna maxime vigilia constent, cum sint noctes tanto ampliores, qualos, cratis, fiscinas texere, faces incidere, ridicas praeparare interdiu XXX, palos LX et in lucubratione vespertina ridicas V, palos X, totidem antelucano. 5

234 (64.) A bruma in favonium Caesari nobilia sidera significant, III kal. Ian. matutino canis occidens, quo die Atticae et finitimis regionibus aquila vesperi occidere traditur. pridie nonas Ian. Caesari delphinus matutino exoritur et postero die
235 fidicula, quo Aegypto sagitta vesperi occidit. item ad VI idus 10 Ian. eiusdem delphini vespertino occasu continui dies hiemant Italiae, et cum sol in aquarium sentiatur transire, quod fere XVI kal. Feb. evenit. VIII kal. stella regia appellata Tuberoni in pectore leonis occidit matutino, et pridie nonas Feb. fidicula
236 vespere occidit. Huius temporis novissimis diebus, ubicumque 15 patietur caeli ratio, terram ad rosarum et vineae satum vertere bipalio oportet, — iugero operae LXX sufficiunt, — fossas purgare aut novas facere, antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassa sarcire, ovium tegimenta concinnare ipsarumque lanas scabendo purgare. 20

237 (65.) [1] A favonio in aequinoctium vernum Caesari significat, XIIII kal. Mart. triduum varie, et VIII kal. hirundinis visu et postero die arcturi exortu vespertino, item III non. Mart. — Caesar cancri exortu id fieri observavit, maior pars auctorum vindemitoris emersu — VIII idus aquiloni piscis ex- 25 ortu et postero die Orionis. In Attica milvum apparere servatur. Caesar et iduus Mart. ferales sibi notavit scorpionis
238 occasu, XV kal. vero April. Italiae milvum ostendi, XII kal. equum occidere matutino. [2] Hoc intervallum temporis vegetissimum agricolis maximeque operosum est, in quo prae- 30 cipue falluntur. neque enim eo die vocantur ad munia quo favonius flare debeat, sed quo coeperit. hoc acri intentione servandum est, hoc illo mense signum deus habet obser-
239 vatione minime fallaci aut dubia, si quis adtendat. unde autem
2, 122 spiret is ventus quaque parte veniat, diximus secundo volumine 35
337 et dicemus mox paulo operosius. interim ab eo die, quisquis

1. caedendae] F^2. caedende, *D*. caedente, F^1. cedente, *E*. 2. constant, F^2. 3. quales, DF^1. quale, F^2. piscinas, D^1F^1. adpiscinas, F^2. 4. palas, *C*. 5. antelucanum, *E*. 13. regia] regiae venit, *C*. 14. matutina, *C*. 15. vespere] F^2. vespera, *r*. occidit] F^2. *om. r*. 16. rosarum] *E*. rosariam, *D*. rosaria, *F*. vinaee, F^1. vineta, F^2. satam, F^2. 17. LX, *E*. 19. ovium tegimenta // incinnare (concinnare, *Ianus*), D^2. *om. r*. 25. vindex mitoris, *C*. aquilonis, *C*. 32. acri] F^2. agri, *r*. 35. secundo] hoc secundo, F^2.

ille fuerit, quo flare coeperit, non utique VI id. Feb., sed sive ante, quando praevernat, sive postea, quando posthiemat, tunc innumera rusticos cura distringat et prima quaeque peragantur quae differri nequeunt. trimestria serantur, vites putentur qua 240
5 diximus ratione, oleae curentur, poma serantur inseranturque, 17, 176
vineae pastinentur, semina digerantur, instaurentur alia, harundines, salices, genistae serantur caedanturque, serantur vero ulmi, populi, *fraxini*, uti dictum est. tum et segetes convenit 241
17, 78
purgare, sarire hibernas fruges maximeque far. lex certa in
10 eo, cum quattuor fibrarum esse coeperit, faba vero non antequam trium foliorum, tunc quoque levi sarculo purgare verius quam fodere, florentem utique XV primis diebus non attingere. hordeum nisi sicco ne sarito. putationem aequinoctio peractam habeto. Vineae iugerum quaternae operae putant, alligant
15 in arbusto singulae operae arbores quindecim. Eodem hoc 242
tempore hortorum rasariorumque cura est, quae separatim pro- 19 49 sqq.
21, 14 sqq.
ximis voluminibus dicetur, eodem et topiari. tum optime scrobes fiunt. terra in futurum proscinditur Vergilio maxime auctore, ut glaebas sol excoquat. utilior sententia quae non nisi
20 temperatum solum medio vere arari iubet, quoniam in pingui statim sulcos occupant herbae, gracili insecuti aestus exsiccant omnemque sucum venturis seminibus auferunt. talia autumno melius arari certum est. [3] Cato verna opera sic definit: 243
scrobes fieri semina*riis*, *vitia*ria propagari, in locis crassis et
25 umidis ulmos, ficos, poma, oleas seri, prata stercorari luna sitiente, quae rigua non erunt, a flatu favoni defendi, purgari, herbas malas radicitus erui, ficos interpu*t*ari, seminaria fieri et vetera sarciri, haec antequam vinea*m* fo*d*ere incipia*s*. idemque piro florente arare incipias macra harenosaque. postea uti
30 quaeque gravissima et aquosissima ita postremo arato. Ergo 244
haec aratio has habebit notas, lentisci primum fructum ostendentis ac piri florentis. erit et tertia in bulborum satu scillae, item in coronamentorum narcissi, namque et haec ter florent

---

2. quando] *d.* quō, *E.* qm̄, *r.* praevernat] *Pint.* praevenerat, *C.* quando] *d.* quō, *E.* qm̄, *r.* posthiemat tunc] *ego.* hiemat post diem tunc, F^2. hiemat post diemat, *r.* 8. fraxini] *Pint.* platani, *C.* 19. excoquat] F^2. ecquat, F^1. coquat, D^2. eoquat, D^1. eo quati, *E.* 21. sulcos] *d.* sulco, *r.* 21. 22. exsiccant centum namque, F^2. exit centum omnemque, D^2. exit centum Nemque (namque, *E*)*r.* 22. auferunt] F^2. auferant, *r.* autumno] F^2. autumni, *r.* 24. seminariis, vitiaria] *Ianus.* seminaria, *C.* 25. seri] *d. om. r.* 26. defendit, *C.* 27. erui] *d.* serui, DF^1. seri, *r.* interputari] *Pint.* interpurgari, *C.* 28. vineam fodere incipias] *Pint.* vinea florere incipiat, *C.* itemque, F^2. 29. incipias] *Sillig.* incipiat, *C.* 30. quaeque] *F.* que, *r.*

primoque flore primam arationem ostendunt, medio secundam,
tertio novissimam, quando inter sese alia aliis notas praebent.
245 ac non in novissimis cavetur ne fabis florentibus attingatur
terra, id enim noxium et exitiale ei est tempus. quaedam vero
et suas habent notas, sicuti ficus. cum folia pauca in cacu- 5
mine acetabuli modo germinent, tunc maxime serendas ficus.
246 (66.) [1] Aequinoctium vernum a. d. VIII kal. April. pe-
ragi videtur. ab eo ad vergiliarum exortum matutinum Caesari
significant kal. April. III non. April. in Attica vergiliae vesperi
occultantur, eaedem postridie in Boeotia, Caesari autem et Chal- 10
daeis nonis, Aegypto Orion et gladius eius incipiunt abscondi.
247 Caesari VI idus significatur imber librae occasu. XIIII kal.
Mai. Aegypto suculae occidunt vesperi, sidus vehemens et terra
marique turbidum. XVI Atticae, XV Caesari continuo quatri-
duo significat, Assyriae autem XII kal. hoc est vulgo appel- 15
latum sidus Parilicium, quoniam XI kal. Mai. urbis Romae na-
talis, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit,
nimborum argumento hyadas appellantibus Graecis eas stellas,
quod *nomen* nostri a similitudine cognominis Graeci propter
248 sues inpositum arbitrantes, inperitia appellavere suculas. Cae- 20
rari et VIII kal. notatur dies. VII kal. Aegypto haedi exoriun-
tur, VI Boeotiae et Atticae canis vesperi occultatur, fidicula
mane oritur. V kal. Assyriae Orion totus absconditur, IIII
autem canis. VI non. Mai. Caesari suculae matutino exoriun-
tur et VIII id. capella pluvialis, Aegypto autem eodem die 25
canis vesperi occultatur. sic fere in VI id. Mai. qui est vergiliarum
249 exortus, decurrunt sidera. [2] In hoc temporis intervallo XV
diebus primis agricolae rapienda sunt quibus peragendis ante
aequinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobra-
tionem foedam putantium vitis per imitationem cantus alitis 30
temporariae quam cuculum vocant. dedecus enim habetur
obprobriumque meritum falcem ab illa volucre in vite depre-
hendi, et ob id petulantiae sales etiam cum primo vere laudan-
tur. auspicio tamen detestabiles videntur. adeo minima quae-
250 que in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem 35
hoc tempore panici miliique satio est. iustum haec seri ma-

---

2. alia] alias, F^2. 4. terra] F^2. hedera, *E.* aedera, D^2. acdera, *r.* 12. significatur] *D.* significat, *r.* 14. 15. quatriduo] *Pontedera.* que triduo, *C.* 16. paralicium, *DF.* 17. observationi] *d.* observationis, *E.* obsecrationis, *r.* 18. nimborum] *d.* membrorum, *r.* eas] D^2. cas, D^1. ca, *r.* 19. nomen] *Ianus. om. C.* 28. praeripienda, F^2. 30. mutationem, *DF.* 31. enim] *om. DF.* 33. et] ut, *F.* ludant, D^2. 36. haec] F^2. hoc, *r.*

turato hordeo. atque etiam in eodem arvo signum illius maturitatis et horum sationis commune lucentes vespere per arva cicindelae — ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero lampyridas, — incredibili benignitate naturae.

5 27. (67.) [1] Iam vergilias in caelo notabiles caterva fe- 251
cerat. non tamen his contenta terrestres fecit alias veluti vociferans: cur caelum intuearis, agricola? cur sidera quaeras, rustice? iam te breviore somno fessum premunt noctes. ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiares stella easque vespera
10 et ab opere disiungenti ostendo ac, ne possis praeterire, miraculo sollicito. videsne ut fulgor igni similis alarum conpressu 252
subtegatur secumque lucem habeat et nocte? dedi tibi herbas horarum indices et, ut ne sole quidem oculos tuos terra avoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo. cur
15 etiamnum altius spectes, ipsumque caelum scrutere? habes ante 253
pedes tuos ecce vergilias. In certis hae diebus proveniunt durantque, sed esse sideris huiusce partum eas certum est. proinde quisquis aestivos fructus ante illas severit ipse frustrabitur sese. hoc intervallo et apicula procedens fabam florere
20 indicat, fabaque florescens eam evocat. dabitur et aliud finiti frigoris indicium: cum germinare videris morum, iniuriam postea frigoris timere nolito. [2] ergo opera taleas olivarum ponere 254
ipsasque oleas interradere, rigare prata aequinoctii diebus primis, cum herba creverit in festucam, arcere aquas, vineam
25 pampinare. et huic lex sua, cum pampini quattuor digitos longitudine expleverint, — pampinat una opera iugerum — segetes iterare. saritur diebus XX. ab aequinoctio sartura nocere et vineae et segeti existimatur. et ovis lavandi hoc idem tempus est. [3] A vergiliarum exortu significant Caesari 255
30 postridie arcturi occasus matutinus, III id. Mai. fidiculae exortus, XII kal. Iun. capella vesperi occidens et in Attica canis. XI kal. Caesari Orionis gladius occidere incipit, IIII non. Iun. Caesari et Assyriae aquila vesperi oritur, VII id. arcturus matutino occidit Italiae, IIII delphinus vesperi exoritur. XVII kal. 256
35 Iul. gladius Orionis exoritur, quod in Aegypto post quatriduum.

---

1. 2. maturitatis] F^2. maturitatem, *E.* maturitate, *r.* 2. sationis] F^2. sationi, *r.* 10. disiungenti] *E.* disiungunt, *D.* deiungunt, *F.* 11. conpresse, *E.* conpres, *F.* conpraes, *D.* 12. dedit, *EF.* 13. voces, *C.* 15. spectes] F^2. spectas, *E.* spectus, *r.* scrutare, *E.* scrutere et, F^2. 17. esse] *d.* ere, *E.* ese, *r.* 23. interradere] D^2. in terra rede, F^2. interrade, *r.* 27. saritur] seritur, *C.* 30. matutinis, *DF.* 32. IIII] *Pontedera coll.* § *288.* III, *C.* 34. IIII] VI. et. IIII., *DF.* sexto et IIII, *E.* 35. Iul.] *om. C.*

XI kal. eiusdem Orionis gladius Caesari occidere incipit. VIII
kal. vero Iul. longissimus dies totius anni et nox brevissima
257 solstitium conficiunt. [4] In hoc temporis intervallo vineae
pampinantur, curatur ut vinea vetus semel fossa sit, bis novella.
oves tondentur, lupinum stercorandi causa vertitur, terra pro- 5
scinditur, vicia in pabulum secatur, faba metitur, dein cuditur.
258 28. Prata circa kal. Iun. caeduntur, quorum facillima
agricolis cura ac minimi inpendi haec de se postulat dici. Relin-
qui debent in laeto solo vel umido vel riguo, eaque aqua pluvia
rigari aut publica. utilissimum, si malae herbae, arare, dein 10
cratire, serere florem ex fenilibus, atque e praesepibus feno
dilapsum spargere priusquam cratiantur, nec primo anno rigari,
nec pasci ante secunda fenisecia, ne herbae vellantur obtrituque
259 hebetentur. Senescunt prata restituique debent faba in is sata
vel rapis vel milio, mox insequente anno frumento rursusque 15
in prata tertio relinqui, praeterea quotiens secta sint siciliri,
hoc est quae feniseces praeterierunt secari. est enim in primis
inutile enasci herbas sementaturas. Herba optima in prato
trifoli, proxima graminis, pessima nummuli siliquam etiam diram
ferentis. invisa et equisaeti est, a similitudine equinae saetae. 20
260 Secandi tempus, cum spica deflorescere coepit atque roborari.
secandum antequam inarescat. Cato: fenum, inquit, ne sero
seces. prius quam semen maturum sit *secato*. quidam
pridie rigant. ubi non sunt rigua, noctibus roscidis secari melius.
261 quaedam partes Italiae post messem secant. [5] Fuit hoc 25
quoque maioris inpendii apud priores, Creticis tantum trans-
marinisque cotibus notis nec nisi oleo aciem falcis excitantibus.
igitur cornu propter oleum ad crus ligato fenisex incedebat.
Italia aquarias cotes dedit limae vice imperantes ferro. set
aquaria ** protinus virent. Falcium ipsarum duo genera: 30
Italicum brevius ac vel inter vepres quoque tractabile, Galliarum
latius. unde *etiam* maioribus conpendia, quippe medias caedunt
herbas breviorisque praetereunt. Italus fenisex dextra una manu
262 secat. Iustum est una opera in die iugerum desecari, alligarique

---

6. cuditur] concutitur, *E.* 10. aut] *ego.* via, *E.* e via, F^2. uta, *r.* si malae] D^2. simulae, *r.* 11. gratire, *C.* serere] *E.* sirare, *r.* 12. cratiantur] *d.* gratiantur, *r.* 13. secunda] *d.* fecunda, *r.* 16. sicilire, *C.* 17. feniseges, *E.* faeniseges, *r.* 19. diram] D^2. dira, *r.* 20. equisaeti] *Urlichs vind. 371.* equiselis, *E.* aequiselis, *r.* 21. secandi] D^2. secundi. *r.* 23. secato] *Vid. Cato r. r. 53. om. C.* 24. *dist. ego.* non] *D. om. r.* 27. cotibus] *E.* cubitis, *r.* falcis] D^2. facis, *r.* 30. *lac. significavit Ianus.* 32. latius. unde etiam] *ego.* latius fundia, F^2. latifundia, *r.* maioris, *D.* 33. italii, *E.* faenusex, *DF.* fenumex, *E.* 34. secant, *E.*

manipulos MCC quaterna pondo. sectum verti ad solem nec nisi siccum construi oportet. ni fuerit observatum hoc diligenter, exhalare matutino nebulam quandam metas, mox sole accendi et conflagrare certum est. Rursus rigari desecta oportet, ut 263
5 secetur autumnale fenum quod vocant cordum. Interamnae in Umbria quater anno secantur, etiam non rigua, rigua vero ter plerisque in locis, et postea in ipso pabulo non minus emolumenti est quam e feno. armentorum ideo cura iumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit, optimo
10 maxime quadrigarum quaestu.

(68.) [1] Solstitium peragi in octava parte cancri et VIII 264
kal. Iul. diximus. magnus hic anni cardo, magna res mundi. 221 256
in hoc usque a bruma crescunt dies, creverunt sata. sex mensibus sol ipsa ad aquilonem scandens ac per ardua emissus ab
15 ea meta incipit flecti ac degredi ad austrum, aucturus noctes aliis sex mensibus ablaturusque diei mensuram. Ex hoc deinde 265
rapiendi convehendique fructus alios atque alios tempus, et praeparandi se contra saevam feramque hiemem, decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. quam ob rem
20 eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique iussit ipsa die folia et esse confecti sideris signum, nec silvestrium arborum remotarumque, ut in saltus devios montesque eundum esset quaerentibus signa, non rursus urbanarum et quae topiario tantum coluntur, quamquam his et in villa visendis. vertit oleae 266
25 ante pedes satae, vertit tiliae ad mille usus petendae, vertit populi albae etiam vitibus nuptae. adhuc parum est. ulmum, inquit, vite dotatam habes, et huius vertam. pabulo folia eius stringis aut deputas, aspice et tenes sidus. alia parte caelum respiciunt quam qua spectavere pridie. salice omnia alligas, 267
30 humil*lima* arborum ipse toto capite altior, et huius circumagam. quid te rusticum quereris? non stat per me quo minus caelum intellegas et caelestia scias. dabo et auribus signum: palumbium utique exaudi gemituus. transisse solstitium caveto putes,

3. exhalare] *D*². et halare, *E*. et balare, *r*. 4. desecta] *d*. defecta, *r*. 6. rigua vero ter] *D*². vero propter, *r*. 8. e] a, *EF*¹. argumentorum, *E*. ideo] *Urlichs. vind. 374*. id, *C*. 10. quaestu] *d*. quae ius, *D*². quaestus, *r*. 13. creverint, *E*¹. sata] *D*². at, *E*. a, *r*. sex mensibus] *om. DF*. 14. ac per] *D*. asper, *r*. emsus, *D*¹*F*. 18. decebatque] *E*. que (quae, *D*²) decebat (decebit, *F*²)*r*. 19. addubitatis, *EF*. 20. ingessit] *d*. ingressi, *r*. 22. eundem, *EF*. esset] *d*. esse, *r*. 23. urbanarumque, *C*. 24. in] *om. E*. visendis] *d*. visendi, *r*. 26. vitibus] *d*. vilibus, *r*. ulmum] ultimum, *E*. ultinum, *r*. 27. inquit] *om. E*. 29. qua] quam, *C*. 30. humilia, *C*. 31. quid] *d*, qui, *r*. quereris] *d*. quereres, *F*. quaere res, *r*. 33. caveto] *d*. cautto, *DF*¹. cauto, *r*.

268 nisi cum incubantem videris palumbem. [2] Ab solstitio ad
fidiculae occasum VI kal. Iul. Caesari Orion exoritur, zona au-
tem eius IIII non. Assyriae, Aegypto vero procyon matutino
aestuosus, quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi
caniculam hanc volumus intellegi, hoc est minorem canem, 5
[sane ut in astris pingitur] *ad aestum* magno opere pertinens,
272 269 sicut paulo mox docebimus. IIII non. Chaldaeis corona occidit
matutino, Atticae Orion totus eo die exoritur. prid. id. Iul.
Aegyptis Orion desinit exoriri, XVI kal. Aug. Assyriae procyon
exoritur, dein post triduum fere ubique confessum inter omnes 10
sidus ingens quod canis ortum vocamus, sole partem primam
270 leonis ingresso. Hoc fit post solstitium XXIII die. sentiunt
id maria et terrae, multae vero et ferae, ut suis locis diximus.
2, 107 neque est minor ei veneratio quam descriptis in deos stellis,
9, 58 accenditque solem et magnam aestus obtinet causam. XIII kal. 15
Aegypto aquila occidit matutino etesiarumque prodromi flatuus
271 incipiunt, quod Caesar X kal. sentire Italiam existimavit. aquila
Atticae matutino occidit, III kal. regia in pectore leonis stella
matutino Caesari emergit. VIII id. Aug. arcturus medius occidit,
III id. fidicula occasu suo autumnum indicat, ut is adnotavit. 20
272 sed vera ratio id fieri invenit VI id. easdem. [3] In hoc temporis
intervallo res summa vitium agitur decretorio uvis sidere illo
268 quod caniculam appellavimus, unde carbunculare dicuntur ut
quodam uredinis carbone exustae. non conparantur huic malo
grandines, procellae quaeque umquam annonae intulere caritatem. 25
agrorum quippe mala sunt illa, carbunculus autem regionum
late patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam
273 rerum homines quam sibi prodesse mallent. ferunt Democritum,
qui primus intellexit ostenditque caeli cum terris societatem,
spernentibus hanc curam eius opulentissimis civium, praevisa 30
17, 11 olei caritate ex futuro vergiliarum ortu qua diximus ratione
ostendemusque iam planius, magna tum vilitate propter spem
olivae coemisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui
paupertatem quietemque doctrinarum ei sciebant in primis cordi

---

1. palumbum, *D¹EF*. 3. NON. syriae, *D²*. 6. *uncos adposui.* ad aestum] Est autem, *C*. 9. aegyptiis, *D²*. ex aegyptis, *r*. ///siriae, *D*. 10. post triduum] *schol. Germanici.* postridie, *C*. 11. ingens] *D²*. indicans, *r*. 12. post] *om. DE*. dies, *C*. 15. XIII] *D²*. XVIII, *E*. XVII, *r*. 18. IIII, *D²*. 19. emergit] *D²*. inmergit, *r*. 20. indicat] inchoat, *E*. adnotavit. sed] *D²*. adnotat ut sed (sed ut, *E*)*r*. 25. umquam] *cod. Tol.* numquam, *C*. claritatem, *DF*. 30. civibus, *E*. praevisa] *d.* provisa, *r*. 31. claritate, *E*. 33. que, *C*. 34. sciebant] *d.* sciebat, *r*.

esse, atque ut apparuit causa et ingens divitiarum cursus, re- 274
stituisse mercedem anxiae et avid*ae* dominorum poenitentiae,
contentum i*ta* probavisse opes sibi in facili, cum vellet, fore.
Hoc postea Sextius e Romanis sapientiae adsectatoribus Athenis
5 fecit eadem ratione. tanta litterarum occasio est, quas equidem
miscebo agrestibus negotiis quam potero dilucide atque perspicue.
Plerique dixere rorem inustum sole acri frugibus robiginis causam 275
esse et carbunculi vitibus, quod ex parte falsum arbitror, om-
nemque uredinem frigore tantum constare sole innoxio. id
10 manifestum fiet adtendentibus. nam primum omnium non hoc
evenit nisi noctibus et ante solis ardorem deprehenditur, totum-
que lunari ratione constat, quoniam talis iniuria non fit nisi
interlunio plenave luna, hoc est praevalente. utroque enim
habitu plena est, ut saepius diximus, sed interlunio omne lumen 2, 46
15 quod a sole accepit caelo regerens differentia utriusque habitus
magna, sed manifesta. namque interlunio aestate calidissima 276
est, hieme gelida. e diverso in plenilunio aestate frigidas facit
noctes, hieme tepidas. causa evidens, sed alia quam redditur
a Fabiano Graecisque auctoribus. aestate enim interlunio necesse 277
20 est cum sole proximo nobis circulo currat igne eius comminus
recepto candens, eadem interlunio absit hieme, quoniam abscedit
et sol, item in plenilunio aestivo procul abeat adversa soli, hieme
autem ad nos per aestivum circulum accedat. ergo per se
roscida quotiens alget, infinitum quantum illo tempore cadentes
25 pruinas congelat.

(69.) [1] Ante omnia autem duo genera esse caelestis in- 278
iuriae meminisse debemus: unum quod tempestates vocamus,
in quibus grandines, procellae ceteraque similia intelleguntur,
quae cum acciderint, vis maior appellatur. haec ab horridis 223.
30 sideribus exeunt, ut saepius diximus, veluti arcturo, Orione, 2, 106
haedis. alia sunt illa quae silente caelo serenisque noctibus 279
fiunt nullo sentiente nisi cum facta sunt. publica haec et
magnae differentiae a prioribus, aliis robiginem, aliis uredinem,
aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem. De

---

2. avidire, *F*. audire, *r*. 3. ita] in, *C*. 4. sextius] *D*². sexitius, *E*. sexius, *r*. 6. notis, *D*¹*F*. 7. acri] *D*². agri, *r*. 11. evenire, *E*. 12. fit] *d*. sit, *r*. 13. praevalentes, *C*. 15. regerens] *D*². regiret, *E*. regerent, *r*. 17. gelida e] *F*². gelida, *D*². gelide, *r*. 18. quam] *om*. *E*. 20. ignem, *F*. 21. receptum candere, *F*². absit] alget, *F*². 22. et sol] a sole, *F*². 32. haec et] *D*². hae, *D*¹. haud, *F*. haec id et, *E*. 33. magna differentia, *F*². a] *om*. *F*². 34. carbunculum] *D*². caniculum, *r*.

his nunc dicemus a nullo ante nos prodita, priusque causas reddemus.

280 29. [2] Duae sunt praeter lunarem, paucisque caeli locis constant. namque vergiliae privatim attinent ad fructus, ut quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semenstri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem conplexae. est praeterea in caelo qui vocatur lacteus circulus, etiam visu 281 facilis. huius defluvio velut ex ubere aliquo sata cuncta lactescunt duorum siderum observatione, aquilae in septentrionali parte et in austrina caniculae, cuius mentionem suo loco feci- 268 mus. ipse circulus fertur per sagittarium atque geminos, solis centro bis aequinoctialem circulum secans commissuras eorum 282 optinente hinc aquila illinc canicula. ideo effectus utriusque ad omnes frugiferas pertinent terras, quoniam in his tantum locis solis terraeque centra congruunt. igitur horum siderum diebus si purus atque mitis aer genitalem illum lacteumque sucum transmisit in terras, laeta adulescunt sata. si luna qua 277 dictum est ratione roscidum frigus aspersit, admixta amaritudo 283 ut in lacte puerperium necat. modus in terris huius iniuriae, quem fecit in quacumque convexitate comitatus utriusque causae, et ideo non pariter in toto orbe sentitur, ut nec dies. aquilam diximus in Italia exoriri a. d. XIII kal. Ian. nec patitur ratio naturae quicquam in satis ante eum diem spei esse certae. si vero interlunium incidat, omnis hibernos fructus et praecoces 284 laedi necesse est. [3] Rudis fuit priscorum vita atque sine litteris. non minus tamen ingeniosam fuisse in illis observationem apparebit quam nunc esse rationem. tria namque tempora fructibus metuebant, propter qnod instituerunt ferias diesque 285 festos, Robigalia, Floralia, Vinalia. Robigalia Numa constituit anno regni sui XI, quae nunc aguntur a. d. VII kal. Mai., quoniam tunc fere segetes robigo occupat. hoc tempus Varro determinavit sole tauri partem X obtinente, sicut tunc ferebat ratio. sed vera causa est quod post dies undeviginti ab aequinoctio verno per id quatriduum varia gentium observatione in IIII kal. Mai. canis occidit, sidus et per se vehemens et cui praeoccidere 286 caniculam necesse sit. itaque idem Floralia IIII kal. easdem

---

1. a] quae a, F^2. prodita sunt, F^2. 4. privatum, F^2. primatim, D^1. primatum, D^2. 5. aestus, *DF*. semen tris, F^2. semestris, *r*. 6. maturitate, *DE*. conplexas, D^2. conplectitur, F^2. complexit, *E*. conplexit, *r*. 15. centra] *d*. genera, D^2. contra, *r*. 17. lunae] *DF*. 20. quem] D^2. *om*. F^2. qua, *r*. 26. ingeniosam] *d*. ingenii iam, F^2. ingenio iam, *r*. 28. fructibus] F^2. fructus, *r*. quos, *DF*. 32. dederminat, *E*.

instituerunt urbis anno DXVI ex oraculis Sibyllae, ut omnia
bene deflorescerent. hunc diem Varro determinat sole tauri
partem XIIII obtinente. ergo si in hoc quatriduum inciderit
plenilunium, fruges et omnia quae florebunt laedi necesse erit.
5 Vinalia priora, quae ante hos dies sunt VIIII kal. Mai. degu- 287
standis vinis instituta, nihil ad fructus attinent, nec quae adhuc
diximus ad vites oleasque, quoniam earum conceptus ab exortu
vergiliarum incipit a. d. VI id. Mai., ut docuimus. aliud hoc 248
quatriduum est, quo neque rura rore sordida esse velim, —
10 exurit enim frigidum sidus arcturi postridie occidens — et
multo minus plenilunium incidere. [4] IIII non. Iun. iterum 288
aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis vitibusque,
si plenilunium in eum incidat. equidem et solstitium VIII kal.
Iul. in simili causa duxerim et canis ortum post dies a solstitio
15 XXIII, sed interlunio accidente, quoniam vapore constat culpa
acinique praecocuntur in callum. rursus plenilunium nocet a.
d. IIII non. Iul., cum Aegypto canicula exoritur, vel certe
XVI kal. Aug. cum Italiae, item XIII kal. Aug., cum aquila
occidit, usque in X kal. easdem. extra has causas sunt Vinalia 289
20 altera, quae aguntur a. d. XIIII kal. Sept. Varro ea fidicula
incipiente occidere mane determinat, quod vult initium autumni
esse et hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum.
nunc fidiculam occidere a. d. VI id. Aug. servatur. [5] Intra 290
haec constat caelestis sterilitas, neque negaverim posse eam
25 permutare algentium locorum et aestuantium naturas. a nobis
rationem demonstratam esse satis est, reliqua observatione cuius-
que constabunt. alterutrum quidem fore in causa, hoc est pleni-
lunium aut interlunium, non erit dubium. et in hoc mirari 291
benignitatem naturae succurrit, iam primum hanc iniuriam
30 omnibus annis accidere non posse propter statos siderum cur-
suus, nec nisi paucis noctibus anni, idque quando sit futurum
facile nosci ac, ne per omnes menses timeretur, earum quo-
que lege divisum aestate interlunia praeterquam biduo secura

---

1. ut] D^2F^2. et, *r*. 5. mai.] D^2. mar., *r*. 7. ab] F^2. *om. r*.
9. quo] *ego*. quod, *C*. rura rore sordida esse] *ego coll. l. 17, 11.* rorare sorbidae, D^2. rore sordidae, D^1. rore sorbidae, *F*. rore sorbide, *E*.
10. exurit] *D*. exaurit, F^1. exaruit, *E*. quo exaurit sata, F^2. *in marg*.
10. 11. et multo minus] si, F^2. 11. inciderit, F^2. 15. accidente] *d*. occidente, *r*. 19. earundem, F^2. 20. ea] *Ianus*. et a, *C*. 22. leniendis] liniendis, *E*. finiendis, *r*. 25. permutari, *E*. algentium] *Pint*. legentium, *C*. et] *Ianus*. *om*. *C*. a] *ego*. et a, *C*. 28. mirari] *Hard*. mirabili, F^2. mirabilem, *r*. 29. benignitate natura, F^2. 30. statutos, EF^2. 32. timeretur] F^2. teneretur, *E*. temeretur, *r*. 32. 33. quoque] *d*. *om*. F^2. que, *r*. 33. divisa, *F*.

esse, hieme plenilunia, nec nisi aestivis brevissimisque noctibus
292 metui, diebus non idem valere, praeterea tam facile intellegi
ut formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam
noctibus operetur, avem parram oriente sirio ipso die non appa-
rere, donec occidat, e diverso chlorionem prodire ipso die solstitii, 5
neutrum vero lunae statum noxium esse ne noctibus quidem
nisi serenis et omni aura quiescente, quoniam neque in nube
neque in flatu cadunt rores, sic quoque non sine remedio.
293 (70.) Sarmenta aut palearum acervos et evulsas herbas
fruticesque per vineas camposque, cum timebis, incendito, fu- 10
mus medebitur. hic e paleis et contra nebulas auxiliatur, ubi
nebulae nocent. quidam tres cancros vivos cremari iubent in
294 arbustis, ut carbunculus non noceat, alii siluri carnem leniter
uri a vento, ut per totam vineam fumus dispergatur. Varro
auctor est, si fidiculae occasu, quod est initium autumni, uva 15
picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates. Archi-
bius ad Antiochum Syriae regem scripsit, si fictili novo obrua-
tur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates.
295 (71) Opera rustica huius intervalli: terram iterare, arbores
circumfodere aut, ubi aestuosa regio poscat, adcumulare — 20
germinantia nisi in solo luxurioso fodienda non sunt — semi-
naria purgare sarculo, messem hordeaciam facere, aream messi
praeparare, Catonis sententia amurca temperatam, Vergili ope-
rosius. maiore ex parte aequant tantum et fimo bubulo dilu-
tiore inlinunt. id satis ad pulveris remedium videtur. 25
296 30. (72.) Messis ipsius ratio varia. Galliarum latifundis valli
praegrandes dentibus in margine insertis, duabus rotis per segetem
inpelluntur, iumento in contrarium iuncto. ita dereptae in vallum
cadunt spicae. stipulae alibi mediae falce praeciduntur atque inter
duas mergites spica destringitur. alibi ab radice caeduntur, alibi cum 30
radice evelluntur, quique id faciunt proscindi ab se obiter agrum
297 interpretantur, cum extrahant sucum. differentia haec: ubi

---

4. parram] *d.* parvam, *r.* 5. donec] *D.* et donec, *r.* chlorionem] *d.* dorionem, *DF*[1]. orionem, *r.* prodire] *d.* prodere, *r.* 6. ne] nec, *C.* 7. aura] *d.* ora, *D*[2]. avera, *r.* 9. aut] *D.* aput, *F*[1]. apud, *r.* 13. carbunculus] *D.* carbunculis, *F.* carbunculi, *E.* noceant, *E.* 15. est si] *D*[2]. et si, *r.* 17. 18. obruatur] *D*[2]. opsevatur, *F*[2]. opservatur, *F*[1]. observatur, *r.* 19. terram] tempore, *F*[2]. 20. circumfoderet, *D*[1]*F*[1]. aut ubi] *D*[2]. avi et ubi, *F*[2]. ubi, *E.* avi ubi, *r.* 22. purgare] *Sillig.* purgari, *C.* messi] *D*[2]. messem creta, *d.* messem, *r.* 25. inlinunt, *DF.* 27. insertis] *Urlichs vind. 377.* infestis, *C.* 28. direptae, *F*[2]. 29. media, *C.* 30. spica destringitur] *D*[2]. spicandi (spicande, *E*) stringitur, *r.* ceduntur alibi cum radice] *D*[2]. *om. r.* evelluntur] *ego.* velluntur, *D.* evellunt, *F*[2]. vellunt, *r.*

stipula domos contegunt quam longissimam servant, ubi feni inopia *est*, stramento paleam quaerunt. panici culmo non tegunt, milii culmum fere inurunt, hordei stipulam bubus gratissimam servant. panicum et milium singillatim pectine manuali legunt
5 Galliae. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equarum gressi- 298
bus exteritur, alibi perticis flagellatur. triticum quo serius metitur hoc copiosius invenitur, quo celerius vero hoc speciosius ac robustius. lex apertissima, antequam granum indurescat et cum iam traxerit colorem, oraculum vero bi-
10 duo celerius messem facere potius quam biduo serius. siliginis et tritici *eadem* ratio in area horreoque. far, quia difficulter excutitur, convenit cum palea sua condi, et stipula tantum et aristis liberatur. Palea plures gentium pro feno 299
utuntur. melior ea quo tenuior minutiorque et pulveri propior,
15 ideo optima e milio, proxima ex hordeo, pessima ex tritico, praeterquam iumentis opere laborantibus. culmum, saxosis locis cum inaruit, baculo frangunt. subtracta animalibus si palea defecit, et culmus teritur. ratio haec: maturius desectus, muria 300
dura sparsus, dein siccatus in manipulos convolvitur atque ita
20 pro feno bubus datur. sunt qui accendant in arvo et stipulas, magno Vergili praeconio. summa autem eius ratio ut herbarum semen exurant. ritus diversos magnitudo facit messium et raritas operariorum.

(73.) Conexa est ratio frumenti servandi. Horrea operose 301
25 tripedali crassitudine parietis laterici exaedificari iubent aliqui, praeterea superne impleri nec adflatus admittere aut fenestras habere ullas, alii ab exortu tantum aestivo aut septentrione, eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima; 15, 33
nam quae de amurca praeciperentur indicavimus. alibi contra 02
30 suspendunt granaria lignea columnis et perflari undique malunt, atque etiam *a* fundo. alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur et, si tegulis subiaceat, confervescere. multi

---

2. inopia est] inopia, F^2. inopiae, *r*. 5. area] D^2. artatur, F^2. arta, *r*. gressibus] EF^2. gregibus, D^2. grecibus, *r*. 7. hoc] F^2. *om. r*. 8. apertissima] F^2. aptissima, *r*. 10. serius] D^2. celerius seri, F^2. seritur, *r*. 11. eadem] *Pint.* etiam, *C*. 14. quo] quae, F^2. 15. optima e] F^2. optime, *r*. 17. *dist. ego*. 18. deficit, *E*. 19. sparsus] D^2. spartos, F^1. spartus, *r*. siccatis, *DF*. 22. diverso, D^1F^1. diversa, *E*. 23. raritas] F^2. caritas, *r*. operarum, DF^1. 24. operose] *ego*. operosae, D^2. operosiora, F^2. operosi, *r*. 25. trepedali, D^1F^1. pedali, F^2. parietis] D^2. opere, F^2. pariter ut, E^1. pariter, *r*. latericio, F^2. 27. alii] F^2. alia, *r*. 29. praeceperunt, *E*. 31. a] *om. C*. pendente tabulato] *d*. pendante tabulato, DF^1. pendant et ab flato, *E*. perire et flatu, F^2. 32. tegulae] subiaceant, F^2.

ventilare quoque vetant; curculionem enim non descendere in-
303 fra quattuor digitos, nec amplius periclitari. Columella et fa-
vonium ventum confecto frumento praedicat, quod miror equi-
dem, siccissimum alioqui. sunt qui rubeta rana in limine hor-
rei pede e longioribus suspensa invehere iubeant. nobis referre 5
plurimum tempestivitas condendi videbitur. nam si parum tos-
tum atque robustum collectum sit aut calidum conditum, vitia
304 innasci necesse est. Diuturnitatis causae plures: aut in ipsius
grani corio, cum est numerosius, ut milio, aut suci pinguedine,
qui pro umore sufficiat tantum, ut sesimae, aut amaritudine, ut 10
lupino et cicerculis. In tritico maxime nascuntur animalia,
quoniam spissitate sua concalescit et furfure crasso vestitur.
tenuior hordeo palea, exilis et legumini, ideo non generant.
305 faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc effervescit. Quidam
ipsum triticum diuturnitatis gratia adspergunt amurca, mille 15
modios quadrantali, alii Chalcidica aut Carica creta aut etiam
absinthio. est et Olynthi ac Cerinthi Euboeae terra quae cor-
306 rumpi non sinat. nec fere condita in spica laeduntur, utilissime
tamen servantur in scrobibus, quos siros vocant, ut in Cappa-
docia ac Threcia et Hispania. Africae ante omnia ut sicco 20
solo fiant curatur mox ut palea substernantur. praeterea cum
spica sua conduntur. ita frumenta si nullus spiritus penetret,
307 certum est nihil maleficum nasci. Varro auctor est sic condi-
tum triticum durare annis L, milium vero C, fabam et legumina in
oleariis cadis oblita cinere longo tempore servari. idem refert 25
fabam a Pyrrhi regis aetate in quodam specu Ambraciae usque
ad piraticum Pompei Magni bellum durasse annis circiter CCXX.
308 Ciceri tantum nullae bestiolae in horreis innascuntur. sunt
qui urceis cinere substratis et inlitis acetum habentibus legu-
minum acervos superingerant ita non nasci malificia credentes, 30
alii *qui* in salsamentariis cadis gypso inlinant, alii qui lentem
aceto laserpiciato respergant siccatamque oleo unguant. sed
brevissima observatio quod vitiis carere velis interlunio legere.
quare plurimum refert condere quis malit an vendere. cres-
cente enim luua frumenta grandescunt. 35

---

3. prnedicat] *Ianus*. praedicit, *C*. 4. rubetam ranam, *EF*². 5. suspensam, *F*². 7. vitia] *D*².*F* . initia, *r*. 9. ut] *F*². aut, *r*. 10. sufficiat] *D*². sufficit,*EF* . suffici, *D*¹. *om*. *F*¹. 11. cicerculis] *F*². cicerculo, *E*. cicerculus, *r*. 12. vestitur] *F*². vertitur, *r*. 17. Cerinthi] *Barb*. perinthi et, *D*. perinti, *F*. perinte, *E*. 20. *dist. ego*. 21. curatur] *F*². curantur, *r*. paleae, *F*². 25. refert] *F*². *om*. *r*. 26. fabam a] *F*. faba, *r*. 27. CCXX] *Pontedera*. CXX, *C*. 28. cineri, *E*. 31. qui] *om*. *C*. 32. laserpici odore spergant, *D*².

31. (74.) Sequitur ex divisione temporum autumnus a 309
fidiculae occasu ad aequinoctium ac deinde vergiliarum occasum
initiumque hiemis. in his intervallis significant prid. id. Aug.
Atticae equos oriens vespera, Aegypto et Caesari delphinus occi-
5 dens. XI kal. Sept. Caesari et Assyriae stella quae vindemitor
appellatur exoriri mane incipit vindemiae maturitatem promit-
tens. eius argumentum erunt acini colore mutati. Assyriae
V kal. et sagitta occidit et etesiae desinunt. vindemitor Aegypto 310
nonis exoritur, Atticae arcturus matutino, et sagitta occidit mane.
10 V id. Sept. Caesari capella oritur vesperi, arcturus vero medius
prid. id. vehementissimo significatu terra marique per dies quin-
que. ratio eius haec traditur: si delphino occidente imbres 311
fuerint, non futuros per arcturum. signum orientis eius sideris
servetur hirundinum abitus, namque deprehensae intereunt.
15 XVI kal. Oct. Aegypto spica quam tenet virgo exoritur matu-
tino etesiaeque desinunt. hoc idem Caesari XIIII kal., XIII As-
syriae significant, et XI kal. Caesari commissura piscium occidens
ipsumque aequinocti sidus VIII kal. Oct. dein consentiunt, quod 312
est rarum, Philippus, Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon,
20 Criton, Democritus, Eudoxus *IIII* kal. Oct. capellam matutino
exoriri et III kal. haedos. VI non. Oct. Atticae corona exori-
tur mane, Asiae et Caesari V heniochus occidit matutino. III*I*
Caesari corona exoriri incipit, et postridie occidunt haedi ve-
spere. VIII id. Oct. Caesari fulgens in corona stella exoritur, 313
25 et *VI* id. vergiliae vesperi, idibus corona tota. XVI*I* kal. Nov.
suculae vesperi exoriuntur. prid. kal. Caesari arcturus occidit
et suculae exoriuntur cum sole. IIII non. arcturus occidit ve-
speri. V id. Nov. gladius Orionis occidere incipit. dein III id. ver-
giliae occidunt. In his temporum intervallis opera rustica: 314
30 rapa, napos serere quibus diximus diebus. vulgus agreste rapa 131
post ciconiae discessum male seri putat, nos omnino post Vul-
canalia, et praecocia cum panico, a fidiculae autem occasu vi-
ciam, passiolos, pabulum. hoc silente luna seri iubent. Et fron-

---

4. vespera] D^2. vespero, *r*. 5. vindemiator, D^2. 8. et etaesie, *H*. etesiae, *r*. vindemiator, D^2. vindemior, *H*. 10. cappella, D^2. eappellat, *E*. ae appellat, *r*. uritur, *E*. modius, *H*. modios, *DF*. 13. futuros] *E*. futuro, D^2. futurus, *r*. 14. abitus] *d*. habitum, *H*. habitur, F^1. habitus, *r*. 17. et] *d*. ex, *r*. 20. IIII] IV, *d*(?). ion, *E*. iūn, D^1F. ipn̄, D^2. iunt, *H*. 22. V heniochus] *ego*. V. k. eniochus, *FH*. V k̄l. eniochus, *D*. V. cal. heniochus, *E*(?). IIII] IV. k, *H*. III. k̄., *F*. III. k̄l., *D*. III. cal, *E*. 25. VI] *Pontedera*. III, *C*. XVII] *Pontedera*. sexto, *E*. XVI, *r*. 30. rapa napos] *Pint*. panaphos (napos F^2. paphanos, *E*.) raphanos, *C*. 32. 33. vitium, *E*. vitiam, r. 33. hoc silente] incipiente, F^2. *in ras.*

dis praeparandae tempus hoc est. unus frondator quattuor
frondarias fiscinas complere in die iustum habet. si decrescente
315 luna praeparetur, non putrescit. aridam colligi non oportet.
Vindemiam antiqui numquam existimavere maturam ante aequino-
ctium, iam passim rapi cerno. quamobrem et huius tempora 5
notis argumentisque signentur. leges ita se habent: uvam
caldam ne legito, hoc est in nimia siccitate ac nisi imber
intervenerit. uvam rorulentam ne legito, hoc est si ros
316 nocturnus fuerit, nec prius quam sole discutiatur. vindemiare
incipito, cum ad palmitem pampinus procumbere 10
coeperit aut cum exempto acino ex densitate inter-
vallum non conpleri apparuerit, ac iam non augeri
acinos. plurimum refert, si contingat crescente luna vinde-
317 miare. Pressura una culleos XX implere debet. hic est pes
iustus. ad totidem culleos et lacus XX iugeribus unum sufficit 15
torculum. premunt aliqui singulis, utilius binis, licet magna sit
vastitas singulis. longitudo in his refert, non crassitudo. spati-
osa melius premunt. antiqui funibus vittisque loreis ea detrahe-
bant et vectibus. intra C annos inventa Graecanica, mali rugis
per cocleas ambulantibus, ab alis adfixa arbori stella, ab alis 20
arcas lapidum adtollente secum arbore, quod maxime probatur.
intra XXII hos annos inventum parvis prelis et minore torcu-
lario aedificio, breviore malo in media directo, tympana inpo-
sita vinaceis superne toto pondere urguere et super prela con-
318 struere congeriem. Hoc et poma colligendi tempus observatur, 25
cum aliquod maturitate, non tempestate, deciderit. hoc et fae-
ces exprimendi, hoc et defrutum coquendi silente luna noctu
aut, si interdiu, plena, ceteris diebus aut ante exortum lunae
aut post occasum, nec de novella vite aut palustri, nec nisi e
matura uva, quia, si ligno contingatur vas, adustum et fumo- 30
319 sum fieri putant. Iustum vindemiae tempus ab aequinoctio ad
vergiliarum occasum dies XLIIII. ab eo die oraculum occurrit
frigidum picari pro nihilo ducentium. sed iam et kal. Ian.
defectu vasorum vindemiantis vidi piscinisque musta condi

---

7. ne] D^2. nec, *r*. nimia] F^2. ea, *r*. ac] *om*. F^2. 8. uvam] quam uvam, D^2. qnam, *r*. 11. coepit, *C*. 12. non] *om*. F^2. conpletur et, F^2. ac iam] *Ianus*. acinum, D^2E. acinam, *r*. 13. plurimum refert] *Sillig*. plurime (plurimos, *E*. plurimum, F^2) fert, *C*. 14. Pressura — 25. congeriem, *om*. *H*. 17. 18. spaciosa, D^2. speciosa, *r*. 20. ambulantibus] D^2. bubantibus, F^1. bulantibus, *r*. ab aliis, D^2. palis, *E*(?). balis, *r*. arboris, *d*. arbores, *r*. ab alis] ab aliis, F^2. a palis, *E*(?). 21. argas, *DF*. 23. *dist. ego*. directo] *Sillig coni*. decreto, *C*. 25. *dist. ego*. observatur] F^2. observatio, *r*.
29. 30. e matura uva quia si] D^2. ematur (e matura, *E*) quasi (uva si, *H*)*r*.

aut vina effundi priora, ut dubia reciperentur. hoc non tam 320
saepe proventu nimio evenit quam segnitia aut avaritia insidiantium caritati civili. aequi patrisfamilias modus est annona cuiusque anni uti. id peraeque etiam lucrosissimum. Reliqua de vi-
5 nis adfatim dicta sunt, item vindemia facta olivam esse rapien- 14,59 sqq.
dam, et quae ad oleum pertinent quaeque a vergiliarum occasu 15, 1 sqq. 49
agi debent.

32. (75.) His quae sunt necessaria adicientur de luna 321
ventisque et praesagiis, ut sit tota sideralis ratio perfecta. nam-
10 que Vergilius etiam in numeros lunae digerenda quaedam putavit Democriti secutus ostentationem. nos legum utilitas, quae in toto opere, in hac quoque movet parte. omnia quae caeduntur, carpuntur, tondentur innocentius decrescente luna quam crescente fiunt. stercus nisi decrescente luna ne 322
15 tangito, maxime autem intermenstrua dimidiaque stercorato. verres, iuvencos, arietes, haedos decrescente luna castrato. ova luna nova supponito. scrobes luna plena noctu facito. arborum radices luna plena operito. umidis locis interlunio serito et circa interlunium quatriduo. ventilari quoque frumenta ac
20 legumina et condi circa extremam lunam iubent, seminaria, cum luna supra terram sit, fieri, calcari musta, cum luna sub terra, item materias caedi quaeque alia suis locis diximus. Neque est 323
facilior observatio ac iam dicta nobis secundo volumine, sed 2,41 sqq.
quod intellegere vel rustici possint: quotiens ab occidente sole
25 cernetur prioribusque horis noctis lucebit, crescens erit et oculis dimidiata iudicabitur, cum vero occidente sole orietur ex adverso, ita ut pariter aspiciantur, tum erit plenilunium. quotiens ab ortu solis orietur prioribusque noctis horis detrahet lumen et in diurnas extendet, decrescens erit iterumque di-
30 midia, in coitu vero, quod interlunium vocant, cum apparere desierit. supra terras autem erit quamdiu et sol interlunio et 324
prima tota die, secunda horae noctis unius dextante sicilico, ac deinde tertia et usque XV multiplicatis horarum isdem portionibus. XV tota supra terras noctu erit eademque sub terris
35 tota die. XVI ad primae horae nocturnae dextantem sicilicum 325

---

1. reciperentur] D^2. reciperetur, *r*. 2. aut avaricia, D^2. *om. r*. 3. caritatis, *C*. civili] *F*. civilis, *r*. est annona] *H*. etiam nona, *r*. 4. reliquia, *E*. rei qua. D^2. teliqua, *r*. 4. 5. de vinis] divinis, *C*. 13. tondentur] F^2. tunduntur, *H*. tonduntur, *r*. 21. sit] D^2. est, F^2. se, *r*. 22. materias] D^2. areas, F^2. materia ex, *H*. marias, *r*. 25. cernetur] *H*. cernitur, *r*. 27. ut] et, EF^1. aspiciantur] F^2. aspiciebantur, *r*. 32. tota] *H*. toto, *r*. horae] *H*. hora, *r*. dextante sicilico] *Barb. destante silico, C*. 35. silicum, C.

sub terra aget, easdemque portiones horarum per singulos dies adiciet usque ad interlunium, et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tantundem novissimis ex die adiciet supra terram. alternis autem mensibus XXX implebit numeros, alternis vero detrahet singulos. Haec erit ratio lunaris; ventorum paulo scrupulosior.

326 33. (76.) Observato solis ortu quocumque die libeat stantibus hora diei sexta sic ut ortum eum a sinistro umero habeant, contra mediam faciem meridies et a vertice septentrio erit. qui ita limes per agrum currit cardo appellabitur. circumagi deinde melius est, ut umbram suam quisque cernat, alioquin
327 post hominem erit. ergo permutatis lateribus, ut ortus illius diei ab dextro umero fiat, occasus a sinistro, tunc erit hora sexta, cum minima umbra contra medium fiet hominem. per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum vel cinere liniam verbi gratia pedum XX conveniet, mediamque mensuram, hoc est in decumo pede, circumscribi circulo parvo, qui vocetur
328 umbilicus. quae pars fuerit a vertice umbrae, haec erit venti septentrionis. illo tibi, putator, arborum plagae ne spectent, neve arbusta vineaeve nisi in Africa, Cyrenis, Aegypto. illinc
334 flante vento ne arato, quaeque alia praecipiemus. quae pars liniae fuerit a pedibus umbrae meridiem spectans, haec ventum
329 austrum dabit quem a Graecis notum diximus vocari. illinc
2, 119 flatu veniente materiam vinumque, agricola, ne tractes. umidus aut aestuosus Italiae est, Africae quidem incendia cum serenitate adfert. in hunc Italiae palmites spectent, sed non plagae arborum vitiumve. hic oleae timeatur vergiliarum quatriduo,
330 hunc caveat insitor calamis gemmisque inoculator. De ipsa regionis eius hora praemonuisse conveniat. frondem medio die, arborator, ne caedito. cum meridiem adesse senties, pastor, aestate contrahente se umbra, pecudes a sole in opaca cogito. cum aestate pasces, in occidentem spectent ante meridiem, post meridiem in orientem; aliter noxium, sicut hieme et vere in rorulentum educere. nec contra septentrionem

---

2. adicit, *C.* 9. et] *E.* sed, *F.* ed, *r.* 10. appellatur, *E.* 16. conveniet] F^2. conveniat, *r.* 18. venti] F^2. ventis, D^2. ventis, *r.* 19. septentrionalis, *E.* 20. vineaeve] *d.* vineaevet, F^1. vel vinetaevet, F^2. vinea et, *r.* 21. vento] F^2. *om. r.* praecipiemus] *Pint.* praecipimus, *H.* praecepimus, *r.* 25. aut aestuosus] autem aest nothus, F^2. est] *om.* F^2. 26. adfert] D^2E. adferens, F^2. adfers, *r.* spectant, *DEF*^{1}. 27. hic oleae] *ego.* hic olae, *DF*^{1}. icule, *H.* incolae, F^2. hic olive, *E.* 30. senties] *H.* sentias, *r.* 31. aestate] F^2. aestatem, *r.* pecudes a] F^2. pecudem, *E.* pecude, *r.* 32. spectent ante] F^2H. spectante, *r.* 34. rorulentum educere] *ego.* rorulentum ducet, *E.*

paveris; *sit* praedictum. *cruciantur* ita lippiuntque ab adflatu et alvo cita pereunt. qui feminas concipi voles, in hunc ventum spectantes iniri cogito.

34. (77.) [1] Diximus ut in media linia designaretur um- 327
5 bilicus. per hunc medium transversa currat alia. haec erit ab 331
exortu aequinoctiali ad occasum aequinoctialem, et limes qui ita secabit agrum decumanus vocabitur. ducantur deinde aliae duae liniae in decussis obliquae, ita ut ab septentrionis dextra laevaque ad austri dextram ac laevam descendant. omnes per 332
10 eundem currant umbilicum, omnes inter se pares sint, omnium intervalla paria. quae ratio semel in quoque agro ineunda erit vel, si saepius libeat uti, e ligno facienda, regulis paribus in tympanum exiguum sed circinatum adactis. ratione qua doceo occurrendum ingeniis quoque inperitorum est. meridiem excuti 333
15 placet, quoniam semper idem est, sol autem cotidie ex alio caeli momento quam pridie oritur, ne quis forte ad exortum capiendam putet liniam. Ita caeli exacta parte quod fuerit liniae caput septentrioni proximum a parte exortiva solstitialem habebit exortum, hoc est longissimi diei, ventumque aquilonem
20 borean Graecis dictum. in hunc ponito arbores vitesque. sed 334
hoc flante ne arato, frugem ne serito, semen ne iacito. praestringit enim atque praegelat hic radices arborum quas positurus adferes. praedictum esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. — nec sum oblitus in hac parte ventum Graecis poni quem *καικίαν* 335
25 vocant. sed idem Aristoteles, vir inmensae subtilitatis, qui id ipsum fecit, rationem convexitatis mundi reddit, qua contrarius aquilo Africo flat. — nec tamen eum toto anno in praedictis timeto agricola. mollitur sidere aestate media mutatque nomen *et* etesias vocatur. ergo cum frigidum senties, caveto, atque
30 cum aquilo praedicitur tanto perniciosior septentrio est. In 336
hunc Asiae, Graeciae, Hispaniae, maritimae Italiae, Campaniae, Apuliae arbusta vineaeque spectent. qui mares concipi voles,

---

rorulente ducerent, *H.* rorulento die, F^2. rorulente duces (ducet, *D*)*r.*
1. sit praedictum] *Hard.* supra dictum, *C.* cruciantur] *ego.* cludantur, D^2. dotantur, *E.* clodantur, *r.* lippiuntquae, D^2. lippiuntvae, *F.* lippiumtve, *E.* lippiuntve, *r.* 8. decussis] D^2 *in ras.* decus his, *F.* decusis, *r.* 9. omnes] *E.* omne, D^2. et omnino, F^2. omni, *r.* 12. uti e] *E.* vitae, F^1. *om.* F^2. vite, *r.* 16. quam] prius quam, F^2. 17. capiendum, *DFH.* 18. liniae caput] linea caput, *E.* linae capud, D^2. lina et apud, *r.* septentrionem, EF^2. 22. praegelat] *H.* praecellit, *E.* praecellat, *r.* radicibus, *C.* 23. praedictum] *Urlichs vind. 379.* praedictos, *E.* predictus, *H.* praedictus, *r.* 24. *καικίαν*] caltian, EF^1. calcian, *r.* 25. qui id] quod, *E.* quid, *r.* 28. timet, *E.* 29. et] *om. C.* 29. 30. atque cum] *ego.* atque (adque, *D.* atqui, *E.* ad quem, *H.*) cumque, *C.*

in hunc pascito, ut sic ineuntem ineat. Ex adverso aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Graeci liba vocant. in hunc a coitu cum se pecus circumegerit, feminas conceptas esse
337 scito. [2] Tertia a septentrione linia, quam per latitudinem umbrae duximus et decumanam vocavimus, exortum habebit aequinoctialem ventumque subsolanum, Graecis apelioten dictum. in hunc salubribus locis villae vineaeque spectent. ipse leniter pluvius, tamen est siccior favonius, ex adverso eius ab aequinoctiali occasu, zephyrus Graecis nominatus. in hunc spectare oliveta Cato iussit. hic ver inchoat aperitque terras tenui frigore saluber, hic vites putandi frugesque curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi ius dabit adflatuque
338 nutricium exercebit. Quarta a septentrione linia, eadem austro ab exortiva parte proxima, brumalem habebit exortum ventumque volturnum, eurum Graecis dictum, sicciorem et ipsum tepidioremque. in hunc apiaria et vineae Italiae Galliarumque spectare debent. ex adverso volturni flabit corus, ab occasu solstitiali et occidentali latere septentrionis, Graecis dictus argestes, ex frigidissimis et ipse, sicut omnes qui a septentrionis parte
339 spirant. hic et grandines infert, cavendus et ipse non secus ac septentrio. volturnus si a serena caeli parte coeperit flare, non durabit in noctem, at subsolanus in maiorem partem noctis extenditur. quisquis erit ventus, si fervidus sentietur, pluribus diebus permanebit. aquilonem praenuntiat terra siccescens repente, austrum umescens rore occulto.

340 35. (78.) Etenim praedicta ventorum ratione, ne saepius eadem dicantur, transire convenit ad reliqua tempestatum praesagia, quoniam et hoc placuisse Vergilio magno opere video, siquidem in ipsa messe saepe concurrere proelia ventorum
341 damnosa imperitis refert. tradunt eundem Democritum metente fratre eius Damaso ardentissimo aestu orasse ut reliquae segeti parceret, raperetque desecta sub tectum, paucis mox horis saevo imbre vaticinatione adprobata. quin immo et harundinem non

---

2. flabit] *H.* flat, F^2. flavit, *r*. 5. duximus] E^2H. diximus, *r*. et] *om. DF*. 6. aphelioten, *H.* ephelioten, *r*. 15. eurum] a, F^2. eorum, *r* 16. apiaria] D^2. apparia, *EF* aparia, *r*. 17. debent] F^2. debeat, *H* debeant, *r*. flabit] *E*. flat, F^2. flaviti, *G*. flavit, *r*. 18. occidentali] occasu, *C*. 22. durabit] F^2G. duravit, *r*. nocte, *DFG*. at subsolanus] D^2. at ubi solanus, F^2. at ubi subsolanus, *E*. ad subsolanum, *H*. ad subisolanos, *r*. 23. extenditur] *d*. extendit, *r*. 24. siccrescens, *C*. 25. umescens///, *D*. mumescens, *H*. inmiscens, EF^2. ///mescens, F^1. iimescens, *G*. rore] *DH*. in rore, *E* sorore, *r*. 26. rationem, *H*. ne] F^2. *om. r*. 29. in] *cod. Tol. om. C*. 32. 33. seva imbre, *E*. seu humore, *H*. seu cimbrae, *r*. 33. harundine,

nisi inpendente pluvia seri iubent et fruges insecuturo imbre. quamobrem et haec breviter attingimus, scrutati maxime pertinentia, primumque a sole capiemus praesagia. Purus oriens 342
atque non fervens serenum diem nuntiat, at hibernam
5 pallidus grandinem. si et occidit pridie serenus et oritur, tanto certior fides serenitatis. concavos oriens pluvias praedicit, idem ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt, quod si et nigrae rubentibus intervenerint, et pluvias, cum occidentis aut orientis radii videntur coire, pluvias. si circa occidentem rube- 343
10 scunt nubes, serenitatem futuri diei spondent. si in exortu spargentur partim ad austrum partim ad aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt, si in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbrem. si in occasu eius pluet aut radii nubem in se trahent, asperam
15 in proximum diem tempestatem significabunt. cum oriente 344
radii non inlustres eminebunt, quamvis circumdatae nubes non sint, pluviam portendent. si ante exortum nubes globabuntur, hiemen asperam denuntiabunt, si ab ortu repellentur et ad occasum abibunt, serenitatem. si nubes solem circumcludent,
20 quanto minus luminis relinquent tanto turbidior tempestas erit, si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. quod si in exortu 345
aut in occasu fiet, ita ut rubescant nubes, maxima ostendetur tempestas. si non ambibunt sed incumbent, a quocumque vento fuerint eum portendent, si a meridie, et imbrem. si oriens
25 cingetur orbe, ex qua parte is se ruperit expectetur ventus. si totus defluxerit aequaliter, serenitatem dabit. si in exortu longe 346
radios per nubes porriget et medius erit inanis, pluviam significabit, si ante ortum radii se ostendent, aquam et ventum, si circa occidentem candidus circulus erit, noctis levem tempe-
30 statem, si nebula, vehementiorem, si candente sole, ventum, si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum.

(79.) Proxima sint iure lunae praesagia. Quartam eam 347
maxime observat Aegyptus. si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem, si rubicunda, ventos, si nigra, pluvias por-

---

DFG. arundine, *H*. 1. pluvias, *DFG*. 2. scrutatim, *DEFG*. servatim, *H*. 4. at] *EH*. ad, *r*. hibernam] *G*. hivernum, *H*. hibernum, *r*. 10. futuri] et (etiam, F^2.) futuri, *DFG*. 19. abibunt] F^2G. habebunt, *r*. circumcludunt, *DFG*. 21. eo] EF^1. ea, *r*. 22. ita ut] D^2F^2H. ut aut, *r*. maxima] *F H*. maximae, F^1. maxime, *r*. 25. se ruperit] se roperit, D^1F^1G. eruperit, F^2. 28. ostendunt, *DEG*. 29. levem] *H*. lenen, F^1. linet, *E*. lenem, *r*. 30. 31. si ater] siat, F^1. si aut tem, F^2. fiat, *E*. 31. ruperit se] *H*. eruperit, F^2. ruperit, *E*. ruperisi, *r*.

tendere creditur. in V cornua eius obtusa pluviam, erecta et
infesta ventos semper significant, quarta tamen maxime. cornu
eius septentrionale acuminatum atque rigidum illum praesagit
ventum, inferius austrum, utrumque rectum noctem ventosam.
si quartam orbis rutilus cinget, et ventos et imbres praemone- 5
348 bit. Apud Varronem ita est: Si quarto die luna erit di-
recta, magnam tempestatem in mari praesagiet, nisi
si coronam circa se habebit et eam sinceram, quo-
niam illo modo non ante plenam lunam hiematurum
ostendit. si plenilunio per dimidium pura erit, dies 1
serenos significabit, si rutila, ventos, nigrescens
349 imbres. si caligo orbis nubem incluserit, ventos qua
se ruperit, si gemini orbes cinxerint, maiorem tem-
pestatem, et magis, si tres erunt aut nigri, inter-
rupti atque distracti. nascens luna si cornu supe- 1
riore obatrato surget, pluvias decrescens dabit, si
inferiore, ante plenilunium, si in media nigritia illa
fuerit, imbrem in plenilunio. si plena circa se
habebit orbem, ex qua parte is maxime splendebit
ex ea ventum ostendet, si in ortu cornua crassiora 2
fuerint, horridam tempestatem. si ante quartam
non apparuerit vento favonio flante, hiemalis toto
mense erit. si XVI vehementius flammea apparue-
350 rit, asperas tempestates praesagiet. Sunt et ipsius
lunae VIII articuli, quotiens in angulos solis incidat, plerisque 2
inter eos tantum observantibus praesagia eius, hoc est III, VII,
XI, XV, XVIIII, XXIII, XXVII et interlunium.
351 (80.) Tertio loco stellarum observationem esse oportet.
Discurrere hae videntur interdum, ventique protinus secuntur,
in quorum parte ita praesagiere. caelum cum aequaliter totum 30
erit splendidum articulis temporum quos proposuimus, autum-
num serenum praestabit et frigidum. si ver et aestas non sine
refrigerio aliquo transierint, autumnum serenum ac tersum
352 minusque ventosum facient. autumni serenitas ventosam hie-
mem facit. cum repente stellarum fulgor obscuratur, ut id 35

---

1. V] quinta, *E*(?). XV, *r*. 4. utrumque] *ego*. utrimque, F^2. utraque, *r*. rectum] F^c. recta, *E*. rectam. *r*. 5. cinget et] *d*. cingebit et, F^2. cingebat, *E*. cingebat e, *r*. 7. 8. nisi si] F^2. et nisi, D^2. nisi sit. *r*. 13. orbe, F^2. orbem, *H*. 16. obatrato] obrecto, F^2. adtrato, D^2. 28. loci, *DG*. locis, F^1. 30. ista, F^2. 32. prestabit et, F^2. prestabitur, F^1G. praestabitur, *D*. praesagiabitur, *r*. 32. 33. sine refrigerio] *H*. sint regio, *r*. 33. tersum] *Hoff in Zeitschr. f. Alt. Wiss. 1854, 701.* densum, *C*.

neque nubilo nec caligine fiat, graves denuntiantur tempestates. si volitare plures stellae videbuntur, quo ferentur albescentes ventos ex is partibus nuntiabunt, *una* si cursitabunt, certos, si id in pluribus partibus fiet, inconstantis ventos et undique, si
5 stellarum errantium aliquam orbis incluserint, imbrem. Sunt 353
in signo cancri duae stellae parvae aselli appellatae, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula quam praesepia appellant. haec cum caelo sereno apparere desiit, atrox hiems sequitur. sin alteram earum aquiloniam caligo abstulit, auster saevit, si
10 austrinam, aquilo. Arcuus cum sunt duplices, pluvias nuntiant, a pluviis serenitatem non perinde certam, circulus nubis circa sidera aliqua pluviam.

(81.) Cum aestate vehementius tonuit quam fulsit, ventos 354
ex ea parte denuntiat, contra si minus tonuit, imbrem. cum
15 sereno caelo fulgetrae erunt et tonitrua, hiemabit, atrocissime autem, cum ex omnibus quattuor partibus caeli fulgurabit, cum ab aquilone tantum, in posterum diem aquam portendet, cum a septentrione, ventum eum. cum ab austro vel coro aut favonio nocte serena fulgurabit, ventum et imbrem ex isdem regionibus
20 demonstrabit. tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana.

(82.) Nubes cum sereno in caelum feruntur, ex quacum- 355
que parte id fiet venti expectentur. si eodem loco globabuntur adpropinquanteque sole discutientur et hoc ab aquilone fiet,
25 ventos, si ab austro, imbres portendent. sole occidente si ex utraque parte eius caelum petent, tempestatem significabunt. vehementius atrae ab oriente in noctem aquam minantur, ab occidente in posterum diem. si nubes ut vellera lanae spar- 356
gentur multae ab oriente, aquam in triduum praesagient. cum
30 in cacuminibus montium nubes consident, hiemabit. si cacumina pura fient, disserenabit. nube gravida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit. caelo quamvis sereno nubecula quamvis parva flatum procellosum dabit.

---

1. fiat] *Sillig.* fiant, D^2. accidat, F^*. fluvians, *E.* fluviant, *r.* fiat, pluvia aut, *Ianus.* 3. una] *Ianus* aut, *C.* cursitabunt] cura stabunt, *C.* 4. et undique] D^2. et untiti, H^1. et cunditi, H^2. efunditi, *G.* efundit, D^1. effundit, *E.* effundi, F^2. effunditi, F^1. 5. stellarum] *d.* stellam, *r.* aliquam] F^2H. aliquae, *E.* alique, *r.* 8. desiit] D^2H. desierit, EF^2. desesit, *r.* 9. sin] *D.* si in, *r.* 11. circulus] F^2H. circulis, *r.* 15. fulgetrae] *D.* fulgere, *H.* fulget pluviae, *E.* fulgetre, *r.* tonitrua] D^2. tonitru ab, D^1G. tonitrua ab, *r.* 19. fulgurabit] F^2. fulgurant, *E.* fulgura, *H.* fulgur aut, *r.* 22. ex] F^2H. ea, *r.* 24. adpropinquanteque] F^2. adproquinquati quae, *H.* adpropinquantisque, *E.* adpropinquantique, *r.* sole] F^2. solo, *H.* soli, *r.* 33. quamvis] EF^2.

357 (83.) Nebulae montibus descendentes aut caelo cadentes vel in vallibus sidentes serenitatem promittent.

(84.) Ab his terreni ignes proxime significant. pallidi namque murmurantesque tempestatum nuntii sentiuntur, pluviae iam in lucernis fungi. si flexuose volitet flamma, ventum. 5
358 et lumina, cum ex sese flammas elidunt aut vix accenduntur, item cum in aeno pendente scintillae coacervantur, vel cum tollentibus ollas carbo adhaerescit, aut cum contectus ignis e se favillam discutit scintillamve emittit, vel cum cinis in foco concrescit et cum carbo vehementer perlucet. 10

359 (85.) Est et aquarum significatio: mare si tranquillum in portu cursitabit murmurabitve intra se, ventum praedicit, si idem hieme, et imbrem, litora ripaeque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem, item maris ipsius tranquillo sonitus spumaeve dispersae aut aquae bullantes. pulmones marini in pe- 15 lago plurium dierum hiemem portendunt. saepe et silentio intumescit flatumque altius solito iam intra se esse ventos fatetur.

360 (86.) Et quidam et montium sonitus nemorumque mugitus praedicunt et sine aura quae sentiatur folia ludentia, lanugo populi aut spinae volitans aquisque plumae innatantes, atque 20 etiam in campanis venturam tempestatem praecedens suus fragor. caeli quidem murmur non dubiam significationem habet.

361 (87.) Praesagiunt et animalia: delphini tranquillo mari lascivientes flatum ex qua venient parte, item spargentes aquam, idem turbato tranquillitatem. lolligo volitans, conchae adhae- 25 rescentes, echini adfigentes sese aut harena saburrantes tempestatis signa sunt. ranae quoque ultra solitum vocales et fuli-
362 cae matutino clangore, item mergi anatesque pinnas rostro purgantes ventum, ceteraeque aquaticae aves concursantes, grues in mediterranea festinantes, mergi, *g*aviae maria aut stagna 30 fugientes. grues silentio per sublime volantes serenitatem,

---

quam visa, *r*. 4. 5. pluviae] et pluviae, F^2. 7. aeno] F^2H. aeone, *D*. eo, *E*. eone, *r*. 8. contectus] *H*. contentus, *r*. 8. 9. e se] e si, *H*. est, *r*. 12. cursitabit] D^2F^2. cursu (cursus, *H*) stabit, *r*. murmurabitve] F^2. murmurabit ut, *H*. murmurant ut, *G*. murmurabit, E^1. murmuravit, E^2. murmuravit ut, *r*. idem] *E*. id, *r*. 13. hieme] F^2. hie, *G*. hiemem, *r*. si resonabunt] EF^2H. resonabunt, D^2. extresonabunt, *G*. straesonabunt, *r*. tranquillo] F^2. tranquillos, *r*. 14. tranquillo] *H*. tranquillus, EF^2. tranquillos, *r*. 15. pulmonesve, F^2. 16. plurium] *H*. plurimorum, F^2. plurimum, *r*. 17. inflaturque, F^2. flatuque, *EH*. 18. quaedam, F^2. 19. et] et est, F^2. 20. pluma, *E*. plumis, *H*. innatans, *E*. 21. oampanis, *H*. campanus, *E*. campis, *v*. 23. animalia] D^2H animalia ac, EF^2. animalia a, *r*. 24. veniunt, *E*. 27. solitum] *H*. sonitum, *r*. 30. gaviae] *Pint*. cavicae, F^1. caviae, *r*.

sic et noctua in imbre garrula, at sereno tempestatem, corvique singultu quodam latrantes seque concutientes, si continuabunt, si vero carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem. graculi 363
sero a pabulo recedentes hiemem, et albae aves cum congrega-
5 buntur et cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentesque sese, sed maxime cornix, hirundo tam iuxta aquam volitans ut pinna saepe percutiat, quaeque in arboribus habitant fugitantes in nidos suos, et anseres continuo clangore intempestivi, ardea in mediis harenis tristis.

10 (88.) Nec mirum aquaticas aut in totum volucres praesagia 364
aeris sentire, pecora exultantia et indecora lascivia ludentia easdem significationes habent, et boves caelum olfactantes seque lambentes contra pilum, turpesque porci alienos sibi manipulos feni lacerantes, segniterque et contra industriam suam apes
15 conditae, vel formicae concursantes aut ova progerentes, item vermes terreni erumpentes.

(89.) Trifolium quoque inhorrescere et folia contra tem- 365
pestatem subrigere certum et. (90.) nec non et in cibis mensisque nostris vasa quibus esculentum additur sudorem re-
20 positoris relinquentia diras tempestates praenuntiant.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XVIIII.

(Sect. 1.) Siderum quoque tempestatumque ratio vel im- 1
25 peritis facili atque indubitato modo demonstrata est, vereque intellegentibus non minus conferunt rura deprehendendo caelo quam sideralis scientia agro colendo. proximam multi hortorum curam fecere. nobis non protinus transire ad ista tempestivum 2
videtur, miramurque aliquos scientiae gratiam eruditionisve glo-
30 riam ex his petentes tam multa praeterisse nulla mentione habita tot rerum sponte curave provenientium, praesertim cum

---

1. sic et] *ego*. sic, *E*. sīc, *F*. sicut, *r*. at] *H*. aūt, *F*. aut, *r*. 4. pabulo] D^2F^2. pavulo, *H*. pabulis, *E*. fabulo, *r*. 8. nidos suos] idis suis, *H*. nidis suis, *r*. 14. secniterve, *H*. seguitervae, F^2. signitervae, F^1. signiterve, *r*. apes] abs, *C*. 15. vel] *om*. *E*. 18. cibis] D^2F^2H. civis, *E*. cuius, *r*. 25. indubitata, *DF*. 29. aliquos] D^2. quos, *r*.

plerisque earum pretio usuque vitae maior etiam quam frugibus
perhibeatur auctoritas. atque, ut a confessis ordiamur utilitati-
bus quaeque non solum terras omnis verum etiam maria re-
plevere, seritur ac dici neque inter fruges neque inter hortensia
3 potest linum. Sed in qua non occurret vitae parte, quodve 5
miraculum maius, herbam esse quae admoveat Aegyptum Italiae
in tantum ut Galerius a freto Siciliae Alexandriam septimo die
pervenerit, Balbillus sexto, ambo praefecti, aestate vero post
XV annos Valerius Marianus ex praetoris senatoribus a Puteolis
4 nono die lenissumo flatu? herbam esse quae Gadis ab Herculis 10
columnis septimo die Ostiam adferat et citeriorem Hispaniam
quarto, provinciam Narbonensem tertio, Africam altero, quod
etiam mollissumo flatu contigit C. Flavio legato Vibi Crispi procos.?
audax vita, scelerum plena, aliquid seri ut ventos procellasque
5 capiat, et parum esse fluctibus solis vehi, iam vero nec vela 15
satis esse maiora navigiis, sed, quom vix amplitudini velorum
antemnarum singulae arbores sufficiant, super eas tamen addi
alia vela praeterque in proris et alia in puppibus pandi, ac tot
modis provocari mortem, denique tam parvo semine nasci quod
orbem terrarum ultro citro portet, tam gracili avena, tam non 20
alte a tellure tolli, neque id viribus suis nexum, sed fractum
tunsumque et in mollitiem lanae coactum iniuria ad summa
6 audaciae pervenire. nulla exsecratio sufficit contra inventorem
7, 206 dictum suo loco a nobis, cui satis non fuit hominem in terra
18, 326 sqq. mori, nisi periret et insepultus. at nos priore libro imbres et 25
flatuus cavendos frugum causa victusque praemonebamus, ecce
seritur hominis manu, metitur eiusdem hominis ingenio quod
ventos in mari optet. praeterea, ut sciamus favisse Poenas,
nihil gignitur facilius, ut sentiamus nolente id fieri natura, urit
agrum deterioremque etiam terram facit. 30

7 Cap. 1. (2.) [1] Seritur sabulosis maxime unoque sulco,
nec magis festinat aliud. vere satum aestate vellitur, et hanc

---

2. perhibetur, *C.* 8. Balbillus] *Lipsius ad. Tac. ann. 12, 22.* Babillus, *C.* 8. 9. post XV annos] p'. XV a, *FG.* p. XVa, *D'.* post XV, *E.* proxima, D^2. 10. herbas, *C.* ab] QD^2. ad, *r.* 11. columnas, *E.* 13. flavio] D^2. flatito, *r.* 14. 15. procellasque capiat] D^2S. procellas recipiat, *E.* procellas ut capiat, *r.* 15. esse] *E.* esse et, *r.* 16. navigiis] d^2. navigii, *r.* quom vix] *ego.* cum vix *Pint.* quamvis, *C.* velorum] *hoc loco posuit Urlichs chrest. 230, C infra voci* addi *subiciunt.* 20. citro] Q^1D. citroque, *r.* 21. nexum] *Sillig.* nexu, *Q.* necti, *r.* fractum] QD^2. praetium, D^1F. pretium, *r.* 22. ad] *Urlichs chrest. 231.* ac, *C.* 23. audaciae] *Urlichs ibid.* audacia, D^2. audacia eo, *S.* audacia Et, *r.* 24. a] *E. om. r.* 28. propterea, *DFGS.* 29. id] *E. om. r.*

quoque terrae iniuriam facit. ignoscat tamen aliquis Aegypto serenti ut Arabiae Indiaeque merces inportet. itane et Galliae censentur hoc reditu? montesque mari oppositos esse non est satis et a latere oceani obstare ipsum quod vocant inane? Ca-
5 durci, Caleti, Ruteni, Bituriges ultumique hominum existimati 8
Morini, immo vero Galliae universae vela texunt, iam quidem et transrhenani hostes, nec pulchriorem aliam vestem eorum feminae novere. qua admonitione succurrit quod M. Varro tradit, in Serranorum familia gentilicium esse feminas lintea
10 veste non uti. in Germania autem defossae atque sub terra id 9
opus agunt. similiter etiam in Italiae regione Aliana inter Padum Ticinumque amnes, ubi a Saetabi tertio in Europa lino palma, secundam enim in vicino Alianis capessunt Retovina et in Aemilia via Faventina. candore Alianis semper crudis Faven-
15 tina praeferuntur, Retovinis tenuitas summa densitasque, candor qui Faventinis, sed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. nervositas filo aequalior paene quam araneis tinnitusque, cum dente libeat experiri. ideo duplex quam ceteris pretium. [2] Et ab his Hispania citerior habet 10
20 splendorem lini praecipua torrentis in quo politur natura, qui adluit Tarraconem. et tenuitas mira ibi primum carbasis repertis. non dudum ex eadem Hispania Zoelicum venit in Italiam plagis utilissimum, civitas ea Gallaeciae et oceano propinqua. est sua gloria et Cumano in Campania ad piscium et
25 alitum capturam. eadem et plagis materia. neque enim mino- 11
res cunctis animalibus insidias quam nobismet ipsis lino tendimus. sed Cumanae plagae concidunt apros, saetas ceu ferri acie vincunt, vidimusque iam tantae tenuitatis ut anulum hominis cum epidromis transirent uno portante multitudinem qua saltus

---

4. a latere] D^2. alia terre, F^2. alia terrae, *E*. aliatere, *r*. 6. morini] D^2. murini, *r*. 10. defossae] *S*. defossi, *E*. defossa, *r*. 11. italiae] *QS*. italia, *r*. regione] *QE*. ratione, *r*. Aliana] *Turnebus adv. 10, 20*. aeliana, *Q*. aliae nam, D^2. aliam a, *S*. aliena, *r*. 11. 12. patum, *Q*. panum, DF^1. 12. a Saetabi] a setabi, D^1F^1G. a setabia, D^2. ac setabi, F^2. a cetabi, *E*. a petabo, *S*. 13. secundam] *D* . secanda, *r*. retovina] *Q*. retolina, D^2. cretovina, *r*. 14. aclianis, *F*. 15. retovinis] D^1F. retolinis, D^2. retiis vinis, *Q*. cretovinis, *r*(?). 15. 16. candor qui] *Sillig*. candorque, D^2. candoreque, D^1F. candoraeqne, *r*. 18. araneis] *DG*. coraneis, *F*. coronae his, *E*. maris, *Q*. 19. et ab his] *F*. et ab, *D*. et ad, *G*. et, *E*. sed in, *Q*. citeriore, D^2. citeriorem, *S*. 20. splendorem] QD^2. splendore, *r*. praecipua] *Q*. praecipuam, *r*. 21. adluit] *Q*. adlatuit, *r*. 22. non] nam, *E*. 23. galliciae, *D*. gallitiae, *r*. 24. ad] D^2E. aut, *r*. 25. capturam] *E*. capturas, *r*. 26. quam] *E*. quas, *r*. 27. saetas ceu] setas ceu, D^2S. aetas (et aetas, E) ceu e, *r*. 28. acie] *ego*. aciem, *C*. 29. qua] que, C.

cingerentur — nec id maxume mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare — sicut paulo ante
12 Iulio Lupo qui in praefectura Aegypti obiit. mirentur hoc ignorantes in Agypti quondam regis quem Amasim vocant thorace in Rhodiorum insula Lindi in templo Minervae CCCLXV filis singula fila constare, quod se expertum nuperrime prodidit Mucianus ter cos., parvasque iam reliquias eius superesse hac
13 experientium iniuria. Italia et Paelignis etiamnum linis honorem habet, sed fullonum tantum in usu. nullum est candidius lanaeve similius, sicut in culcitis praecipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc et tomenta pariter inventum. Italiae quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti. [3]
14 Aegyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. quattuor ibi genera: Taniticum, Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum regionum nominibus in quibus nascuntur. superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem quem aliqui gossypion vocant, plures xylon et ideo lina inde facta xylina. parvos est similemque barbatae nucis fructum defert cuius ex interiore bombyce lanugo netur. nec ulla sunt cum candore molliora pexiorave. vestes
15 inde sacerdotibus Aegypti gratissumae. quartum genus othoninum appellant. fit e palustri velut harundine, dumtaxat panicula eius. Asia e genista facit lina ad retia praecipue in piscando durantia, frutice madefacto X diebus, Aethiopes Indique e malis,
12, 18 Arabes e curcurbitis in arboribus, ut diximus, genitis.
16 (3.) Apud nos maturitas eius duobus argumentis intellegitur, intumescente semine aut colore flavescente. tum evolsum et in fasciculos manuales colligatum siccatur in sole pendens conversis superne radicibus uno die, mox quinque aliis contrariis in se fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat. inter medicamina huic vis et in quodam rustico ac praedulci Italiae transpadanae cibo, sed iam pridem sacrorum tantum gratia.

---

1. sed] se in *G.* sed in, *r.* 4. quem] quae *DF.* 5. Lindi in] *Pint.* tendi, *C.* (civitas est lindos in rhodo insula ibi in, *Q.*) 6. se expertum nuper romae, D^2. se nuperrime expertum, *Q.* se (per se, *E*) exemplum nuper (noper D^1. ne per, *F*) romae, *r.* 8. pelignis, *C.* etiam, D^2. 11. tomenta] QD^2E. tormenta, *r* 14. taniticum] D^2. taneticum, *Q.* taenitium ad, *E.* tainitium ad, *F.* tainicum ad, *r.* 17. xylon] D^2. exylon, D^1. filon, *r.* xylina] *d.* xylena, *r.* similemque — 18. defert] D^2. *om. r.* 19. ulla sunt] D^2. nullas, *F.* nulla sunt, *r.* molliora] *Salm.* meliora, *S.* molliore, *r.* pexiorave] D^2S. pix fora, *r.* 20. othoninum] D^2. othoneinum, *Q.* ut homines, *E.* ut hominum, *r.* 24. arabes e] *Q.* arabes, *r.* gentis, *Q.* de genistis, *S.* genistis, *r.* 28. aliis] *cod. Tol.* aliis in, *C.* 29. fascium] *d.* facitium, *E.* faciunt, F^2. *facium, r.*

post deinde messem triticiam virgae ipsae merguntur in aquam 17
solibus tepefactam, pondere aliquo depressae, nulli enim levitas maior. maceratas indicio est membrana laxatior, iterumque inversae ut prius sole siccantur, mox arefactae in saxo tunduntur
5 stuppario malleo. quod proximum cortici fuit, stuppa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. et ipsa tamen pectitur ferreis *hamis*, donec omnis membrana decorticetur. medullae numerosior distinctio candore, mollitia. cor- 18
tices quoque decussi clibanis et furnis praebent usum. ars
10 depectendi digerendique — iustum e quinquagenis fascium libris quinas denas carminari — linumque nere et viris decorum est. iterum deinde in filo politur, inlisum crebro silici ex aqua, textumque rursus tunditur clavis, semper iniuria melius.

(4.) Inventum iam est etiam quod ignibus non absumere- 19
15 tur. vivom id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis quam possent aquis. regum inde funebres tunicae corporis favillam ab reliquo separant cinere. nascitur in desertis adustisque Indiae locis, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes, adsue-
20 scitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem. rufus de cetero colos splendescit igni. Cum in- 20
ventum est, aequat pretia excellentium margaritarum. vocatur autem a Graecis ἀσβέστινον ex argumento naturae suae. Anaxilaus auctor est linteo eo circumdatam arborem surdis ictibus
25 et qui non exaudiantur caedi. ergo huic lino principatus in toto orbe. proximus byssino, mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaia genito, quaternis denaris scripula eius permutata quondam ut auri reperio. Linteorum lanugo, e velis navium 21
maritimarum maxime, in magno usu medicinae est, et cinis
30 spodii vim habet. Est et inter papavera genus quoddam quo candorem lintea praecipuum trahunt.

(5.) Temptatum est tingui linum quoque, ut vestium in- 22
saniam acciperet, in Alexandri Magni primum classibus Indo

---

1. triticiam] *S.* tritici aut, *C.* 2. tepefacta, *F.* tepefactum, *EG.* 3. indicio est] D^2. indie idem (id est F^1)*r.* 5. stuppario] D^2. stipario, *EF.* stippario, *r.* 7. hamis] *Barb.* aenis, *C.* 8. destinatio, *E.* 8. 9. cortices — 11. carminari] *Ianus hoc loco posuit*; *C. voci* est *v. 11 subiciunt.* 12. silici] in silice, *E.* 12. 13. testumque, D^1. testuque, *F.* 18 19. indie locis, *Q.* sole indiae, *r.* 20. texto, D^2. exto, D^1F. tectum, *Q.* 21. brevitate, *Q.* utitatem, *F.* utiatem, D^1. 23. abestinum, D^2. ac vectinon, *Q.* avestinum, *r.* suae] D^2S. *om. r.* 24. linteo eo] linteolo, D^2. ictibus] ictus, *Q.* actibus, *C.* 28. velis] *Q.* villis, *C.* 30. spodii] *Q.* pondi, *C.* 32. ut] Q^1F. et, *r.* vestium] E. vestitum, *Q.* vecium, D^2. *vestigium, r.* 32. 33. infamiam, *Q.* 33. acciperet]

amne navigantis, cum duces eius ac praefecti certamine quodam variassent et insignia navium, stupueruntque litora flatu versicoloria. Pellente velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit eodemque fugit. hoc fuit imperatoriae navis insigne.

23 (6.) Postea in theatris *extenta* umbram fecere, quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. carbasina deinde vela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. mox Caesar dictator totum forum Romanum intexit viamque sacram ab domo sua et clivum usque in Capitolium, quod munere ipso gladiatorio mira-
24 bilius visum tradunt. deinde et sine ludis Marcellus Octavia Augusti sorore genitus in aedilitate sua avunculo XI cos. a kal. Aug. velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent, quantum mutatis moribus Catonis censorii qui sternendum quoque forum muricibus censuerat! Vela nuper et colore caeli, stellata, per rudentes *ste*tere etiam in amphitheatris principis Neronis. rubent in cavis aedium et muscum a*b* sole defendunt.
25 cetero mansit candori pertinax gratia. Honor etiam e*x* Troiano bello. cur enim non et proeliis intersit ut naufragiis? thoracibus lineis paucos tamen pugnasse testis est Homerus. hinc fuisse et navium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores, quoniam, cum σπαρτὰ dixit, significaverit sata.

26 2. (7.) Sparti quidem usus multa post saecula coeptus est, nec ante Poenorum arma quae primum Hispaniae intulerunt. Herba et haec, sponte nascens et quae non queat seri, iuncusque proprie aridi soli, uni terrae dato vitio. namque id malum telluris est, nec aliud ibi seri aut nasci potest. in Africa exiguum et inutile gignitur. Carthaginiensis Hispaniae citerioris portio, nec haec tota sed quatenus parit, montes quoque sparto
27 operit. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina et pastorum vestes. animalibus noxium praeterquam cacuminum teneritate. ad reliquos usus laboriose evellitur ocreatis cruribus manuque textis manicis convolut*a*, osseis iligneisve

---

Q. accipere, *C.* 1. in certamine, *E.* 3. *dist. ego.* pellente] D^2S. spendeute, *E.* spellente, *r.* 3. antonium, *QC.* 4. effugit, *EF.* 6. extenta] *ego.* tantum, *C.* 9. apollinaribus] D^2. acollinaribus, *r.* 11. munere] *Barb.* muneri, *C.* 13. avunculo] *d.* avunculi, *r.* a] *DFS.* a. d., *r*(?). 14. consistere, *DF.* 17. stetere] *Sillig.* feret, D^2. fere, *S.* terrae, *r.* 18. ab] *Sillig.* ad, *C.* 19. candori] *d.* candore, *r.* ex] et, *C.* 20. 21. thoracibus] D^2. thoracaeis, *F.* thoraceis, *r.* 33. evellitur] *E.* vellitur, *r.* 33. 34. ocreatis] *d.* ocrea, *E.* hoc reatus, *r.* 34. manuque textis] *Salm.* manu textisque, *C.* convoluta] *Salm.* convolutum, *C.*

conamentis, nunc iam in hiemem iuxta, facillime tamen ab idibus Mais in Iunias. hoc maturitatis tempus.

(8.) Volsum fascibus in acervo *cumul*atum biduo, tertio re- 28
solutum, spargitur in sole siccaturque et rursus in fascibus re-
5 dit sub tecta. postea maceratur, aqua marina optume, sed et dulci, si marina desit, siccatumque sole iterum rigatur. si repente urgueat desiderium, perfusum calida in solio ac siccatum stans conpendium operae fatetur. hoc autem tunditur ut fiat 29
utile, praecipue in aquis marique invictum. in sicco praeferunt
10 e cannabi funes. set spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sitim pensans. est quidem eius natura interpolis, rursusque quam libeat vetustum novo miscetur. verumtamen con- 30
plectatur animo qui volet miraculum aestumare, quanto sit in usu omnibus terris navium armamentis, machinis aedificationum
15 aliisque desideriis vitae. ad hos omnis usus quae sufficiant minus $\overline{XXX}$ passuum in latitudinem a litore Carthaginis Novae minusque $\overline{C}$ in longitudinem esse reperientur. longius vehi impendia prohibent.

(9.) Iunco Graecos ad funes usos nomini credamus quo 31
20 herbam eam appellant, postea palmarum foliis philuraque manifestum est. inde translatum a Poenis sparti usum perquam simile veri est.

(10.) Theophrastus auctor est esse bulbi genus circa ri- 32
pas amnium nascens, cuius inter summum corticem eamque
25 partem qua vescuntur esse laneam naturam ex qua inpilia vestesque quaedam conficiantur. sed neque regionem in qua id fiat nec quicquam diligentius praeterquam eriophoron id appellari in exemplaribus quae equidem invenerim tradit, neque omnino ullam mentionem habet sparti cuncta magna cura per-
30 secutus CCCX*C* annis ante nos, ut iam et alio loco diximus, 15, 1
quo apparet post id temporis in usum venisse spartum.

(11.) Et quoniam a miraculis rerum coepimus, sequemur 33
eorum ordinem, in quibus vel maximum est aliquid nasci ac vivere sine ulla radice. Tubera haec vocantur undique terra cir-

---

3. cumulatum] *Turnebus*. animatum, *C*. 5. sed et] *EG*. sed, D^2. se et, *r*. 7. fervefusum, D^2. pervefusum, *r*. solio] *Sabellicus*. folio, *C*. 10. sed] *Sillig*. et, *C*. 11. sitim pensans] *codd. Gel*. sitim pensas *G*. sit inpensas, *r*. 16. a litore] *Q*. altiore, *C*. 17. $\overline{C}$] *EQ*. *om. r*. 21. sparti] *d*. partis, *E*. parci, F^1. parti, *r*. 26. conficiantur] *Q*. conficiant, *C*. 29. sparti] D^2. isper, *G*. spar, *r*. 30. CCCXC] *Hard*. CCCCXL, *C*. $\overline{CCCL}$, *Q*. 31. apparet] *Q*. appellaret, *C*. temporis] *Q*. temporis spatium, *C*. usum] *E*. usu, *r*. 33. ac] *Q*. aut, *C*. 34. haec] *om. Q*.

cumdata nullisque fibris nixa aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur aut rimas sentiente. neque ipsa terrae cohaerent, cortice etiam includuntur, ut plane nec terram esse possimus dicere neque aliud quam terrae callum.
34 Siccis haec fere et sabulosis locis frutectosisque nascuntur. excedunt saepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. duo eorum genera, harenosa dentibus inimica et altera sincera. distinguntur et colore, rufo nigroque et intus candido, laudatissima Africae. Crescant anne vitium id terrae — neque enim aliut intellegi potest — ea protinus globetur magnitudine qua futurum est, et vivant anne, non facile arbitror intellegi posse.
35 putrescendi enim ratio communis est cum ligno. Lartio Licinio praetorio viro iura reddenti in Hispania Carthagine paucis his annis scimus accidisse mordenti tuber ut deprehensus intus denarius primos dentes inflecteret, quo manifestum erit terrae naturam in se globari. quod certum est, ex his erunt quae nascantur et seri non possint.

36 3. (12.) Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant misy, praecipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius, et quod in Threcia iton et quod in Graecia ceraunion.

37 (13.) De tuberibus haec traduntur peculiariter: cum fuerint imbres autumnales ac tonitrua crebra, tunc nasci et maxime e tonitribus, nec ultra annum durare, tenerruma autem verno esse. quibusdam locis acceptantis riguis feruntur, sicut Mytilenis negant nasci nisi exundatione fluminum invecto semine ab Tiaris. est autem is locus in quo plurima nascuntur. Asiae nobilissima circa Lampsacum et Alopeconnesum, Graeciae vero circa Elim.

38 (14.) Sunt et in fungorum genere Graecis dicti pezicae, qui sine radice aut pediculo nascuntur.

(15.) Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpicium, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia

---

1. nullis, *Q.* nexa, *QD*². 2. sentiente] *D*²*S.* ingente, *E.* sent gente, *r.* 4. terram] *EG.* terra, *D.* terrae, *F.* 7. inimica et] *E.* inimicam, *G.* inimica in *Sr.* altero, *DFS.* 9. crescunt, *D*². 10. aliut] mali ut (et, *E*) *C.* intelligi, *d.* intellege, *DG.* intellegere, *r.* 11. anne] *cod. Tol.* ac, *E.* ac ne, *Sr.* 12. 13. licino, *Q.* 15. denarius] *d.* denarios, *Q.* denariis, *EF*². denaris, *r.* 16. erunt] *QS.* serunt, *C.* 20. iton—grecia, *Q. om. CS.* ceraunion] geranion, *Q.* ceraranium, *S.* ceranio, *E.* ceraranio, *DF.* caeraramo, *G.* 22. ac] aut, *Q.* 22. 23. maximum, *C.* 24. acceptamtis, *D*². acceptamtur, *r.* 26. is] his, *C.* 28. Elim] *Theophr. ap. Athen. 2. p. 62 C.* olimpum, *E.* olim, *r.* 32. silphyum, *Q.* siripi, *F*¹. syriphi, *G.* siriphi, *r.*

repertum, cuius sucum laser vocant, magnificum in usu medi-
camentisque et ad pondus argentei denari repensum. multis 39
iam annis in ea terra non invenitur, quoniam publicani qui
pascua conducunt maius ita lucrum sentientes depopulantur
5 pecorum pabulo. unus omnino caulis nostra memoria reper-
tus Neroni principi missus est. si quando incidit pecus in spem
nascentis, hoc deprehenditur signo, ove cum comederit dor-
miente protinus, capra sternuente. diuque iam non aliut ad 40
nos invehitur laser quam quod in Perside aut Media et Arme-
10 nia nascitur, large sed multo infra Cyrenaicum, id quoque adul-
teratum cummi aut sacopenio aut faba fracta, quo minus omit-
tendum videtur C. Valerio M. Herennio cos. Cyrenis advecta
Romam publice laserpici pondo XXX, Caesarem vero dictatorem
initio belli civilis inter aurum argentumque protulisse ex aerario
15 laserpici pondo MD. Id apud auctores Graeciae vetustissimos 41
invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure erga
Hesperidum hortos Syrtimque maiorem septem annis ante oppi-
dum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostrae anno CXLIII,
vim autem illam per IIII stadium Africae valuisse. in ea la- 42
20 serpicium gigni solitum, rem feram ac contumacem et, si cole-
retur, in deserta fugientem, radice multa crassaque, caule feru-
laceo ac simili crassitudine. huius folia maspetum vocabant,
apio maxime similia. semen erat foliaceum, folium ipsum vere
deciduum. vesci pecora solita, primoque purgari, mox pingue- 43
25 scere carne mirabilem in modum iucunda. post folia amissa
caule ipso et homines vescebantur decocto assoque, elixo eorum
quoque corpora XL primis diebus purgante vitiis omnibus. sucus
duobus modis capiebatur, e radice atque caule. et haec duo
erant nomina, ῥιζίας atque καυλίας vilior illo ac putrescens.
30 radici cortex niger. ad mercis adulteria sucum ipsum in vasa 44
coiectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem
perducebant, ni ita fecissent, putrescentem. argumentum erat
maturitatis colos siccitasque sudore finito. Alii tradunt laser- 45
pici radicem fuisse maiorem cubitali, tuberque in ea supra
35 terram. hoc inciso profluere solitum sucum ceu lactis, super-

---

1. sucus, *DF*. vocatur; *Q*. usum, *C*. 2. repensu, *Q*. pensum, *C*. 10. large sed] *Q*. large set, D^2. laser et, *E*. largeret, *r*. 11. sacopemo, *DF*. 13. XXX, *Q*. 15. MD] ∝D, D^2. $\overline{\propto D}$, *Q*. CXID, D^1F. CXI, *EG*. graeciae vetustissimos] *d*. graeci eventissimos, *DF*. graeciae evidentissimos, *r*(?). 22. ac] *d*. aut, *Sr*. 23. vere] D^2. vero, *r*. 27. vitiis] viciis, D^2. vitia his, *E*. umhos, F^1. umhis, *r*. 29. ῥιζίας] apizias, *Q*. rimzias, *C*. 33. maturitatis] D^2. maturitate, E. maturitatem, *r*. 34. tuberque] *E*. rutrique, G. tubertique, *r*.

nato caule quem magydarim vocarunt. folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a canis ortu austro flante. ex his laserpicium nasci solitum annuo spatio et radice et caule consum*ma*ntibus sese. hi et circumfodi solitum prodidere, nec purgari pecora, sed aegra sanari aut protinus mori, quod in paucis accidere. Persico silphio prior opinio congruit.

46 (16.) Alterum genus eius est quod magydaris vocatur, tenerius et minus vehemens sine sucoque, quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione. gignitur et in Parnaso monte copiosum quibusdam laserpicium vocantibus, per quae omnia adulteratur rei saluberrimae utilissimaeque auctoritas. probatio sinceri prima in colore modice rufo et, cum frangatur, intus candido, mox tralucente gutta quaeque saliva celerrime liquescat. usus in multis medicaminibus.

47 (17.) Sunt etiamnum duo genera non nisi sordido nota volgo, cum quaestu multum polleant, in primis rubia tinguendis lanis et coriis necessaria. laudatissima Italica et maxime suburbana, et omnis paene provinciae scatent ea. sponte provenit seriturque similitudine erviliae, verum spinos*a* et caule. geniculatus hic est quinis circa articulos in orbe foliis. semen eius *nigrum, radix* rub*r*a est. quos in medicina usus habeat
24, 94 dicemus suo loco.

48 (18.) At quae vocatur radicula lavandis demum lanis sucum habet, mirum quantum conferens candori mollitiaeque. nascitur sativa ubique, sed sponte praecipua in Asia Syriaque, saxosis et asperis locis, trans Euphraten tamen laudatissuma, caule ferulaceo, tenui et ipso, cibis indigenarum expetito et unguentis, quicquid sit cum quo decoquatur, folio oleae. stru*th*ion Graeci vocant. floret aestate, grata aspectu, verum sine odore, spinosae et caule lanuginis. semen ei nullum, radix magna, quae conciditur ad quem dictum est usum.

49 4. (19.) [1] Ab his superest reverti ad hortorum curam et suapte natura memorandam, et quoniam antiquitas nihil prius mirata est quam Hesperidum hortos ac regum Adonidis et Al-

---

3. consummantibus] *Vid. Theophr. h. pl. 6, 3, 4.* consumentibus, *C.* 8. sucoque] *SDF.* suco, *r.* 10. copiosum] *QS.* copioso, *C.* 12. probatio] *Q.* pratio, *DF.* precio, *G.* ratio, *E.* 13. intus candito, *Q.* candido intus (indus, *D*)*C* quaeque] *Q.* aquequae, *DF.* aqueque, *G.* aquae quam, *S.* aqua, *E.* 14. celerrime] *S.* celerime, *Q.* celererrime, D^2. quae, D^1F. que, *r.* 19. verum] vermi, *DF.* spinosa] *ego.* spinosus, *EG.* spinosis, *r.* 21. nigrum, radix] *Urlichs vind. 389. om. C.* rubra] *Urlichs ibid.* rubia, *C.* quod, *E.* quas, *G.* 28. unguenti, *DFG.* 28. 29. struthion] *Barb.* strutin, *C.* 30. spinosa, *EG.*

cinoi, itemque pensiles, sive illos Samiramis sive Assyriae regina
Nitocris fecit, de quorum opere alio volumine dicemus. Ro- 50
mani quidem reges ipsi coluere. quippe etiam Super-
bus nuntium illum saevom atque sanguinarium filio remisit ex
5 horto. in XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur
villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero here-
dium, quam ob rem comitata est et religio quaedam, hortoque et
foro tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus
in remedio saturica signa, quamquam hortos tutelae Veneris
10 adsignante Plauto. iam quidem hortorum nomine in ipsa urbe
delicias agros villasque possident. Primus hoc instituit Athenis 51
Epicurus otii magister. usque ad eum moris non fuerat in
oppidis habitari rura. Romae quidem per se hortus ager pau-
peris erat. [2] ex horto plebei macellum, quanto innocentiore 52
15 victu! mergi enim, credo, in profunda satius est et ostrearum
genera naufragio exquiri, aves ultra Phasim amnem peti *ne* fa-
buloso quidem terrore tutas, immo sic pretiosiores, alias in
Numidia Aethiopiaque in sepulchris aucupari, aut pugnare cum
feris mandique capientem quod mandat alius. at, Hercules,
20 quam vilia haec, quam parata voluptati satietatique, nisi eadem
quae ubique indignatio occurreret! ferendum sane fuerit exqui- 53
sita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro
pauperibus interdicta, inveterari vina saccisque castrari, nec
cuiquam adeo longam esse vitam ut non ante se genita potet,
25 e frugibus quoque quendam halitum sibi excogitasse luxuriam,
ac medulla tantum earum superque pistrinarum operibus et
caelaturis vivere, alio pane procerum, alio volgi, tot generibus
usque ad infimam plebem descendente an*nona*. etiamne in 54
herbis discrimen inventum est, opesque differentiam fecere in
30 cibo etiam uno asse venali? in his quoque aliqua sibi nasci
tribus negant caule in tantum saginato ut pauperis mensa non
capiat? silvestres fecerat natura corrudas, ut passim quisque
demeteret. ecce altiles spectantur asparagi, et Ravenna ternos
libris rependit. heu prodigia ventris! mirum esset non licere

---

1. 2. regina Nitocris] *Urlichs vind. 391.* reagin syriis, *Q.* rex cyrus, *C.* 12. otii] hortorum, *E.* 16. ne] et ne, *Pint.* e, *F.* et, *r.* 18. numidia aethiopiaque] *S.* numidia que (quae, *F*) aethiopiae, *C.* in sepulchris aucupari] *S.* sepulcrha, *F.* sepulchra, *r.* pugnare] *G.* pugnari, *F*[1]. purgari, *r.* 19. feris] *d.* foris, *r.* cupientem, *E.* mandit, *E.* 20. voluptati] *d.* voluntati, *r.* 26. medulla] *d.* medallam, *F*[1]. medullam, *r.* et] *G.* ex. *r.* 28. descentem, *F*[1]. descendentem, *r.* annona] *Budaeus de asse p. 288.* anima, *C.* 29. opesque] *d.* opusque, *r.* facere, *E.* 31. saginato] *d.* signato, *r.* 32. corrudas] *G.* horrudas, *E.* orrudas, *F.* 33. ternis, *E.*

55 pecori carduis vesci, non licet plebei! aquae quoque separantur, et ipsa naturae elementa vi pecuniae discreta sunt. hi nivis, illi glaciem potant, poenasque montium in voluptatem gulae vertunt. servatur li*quo*r aestibus excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat. decocunt ali aquas, mox et illas hiemant. 5
56 nihil utique homini sic quomodo rerum naturae placet. etiamne herba aliqua diviti tantum pascitur? — nemo Sacros Aventinosque montes et iratae plebis secessuus circumspexerit. mox enim ce*nsus* aequabit quos pecunia separaverit. itaque, Hercules, nullum macelli vectigal maius fuit Romae clamore plebis incu- 10 santis apud omnes principes, donec remissum est portorium mercis huius. conpertumque non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius ac minore fortunae iure, *quam* cum credatur pensio ea pauperum is, *quis* in solo sponsor est et sub die
57 redituus superficiesque caelo quocumque gaudens. [3] Hortorum 15 Cato praedicat caules. hinc primum agricolae aestumabant prisci, et sic statim faciebant iudicium nequam esse in domo matrem familias — etenim haec cura feminae dicebatur — ubi indiligens esset extra hortus, quippe e carnario aut macello vivendum e*sse*. nec cau*l*es ut nunc maxime probabant, damnantes 20 pulmentaria quae egerent alio pulmentario. id erat oleo par-
58 cere, nam gari desideria etiam in exprobratione erant. horti maxime placebant qua*e* non egerent igni parcerentque ligno, expedita res et parata semper, unde et acetaria appellantur, facilia concoqui nec one*r*atura sensu*m* cibo, et quae minime 25 accenderent desiderium. pars eorum ad condimenta pertinens fatetur domi versuram fieri solitam, atque non Indicum piper
59 quaesitum quaeque trans maria petimus. iam in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum cotidiana oculis rura praebebant, ant*e*quam praefigi prospectus omnis coegit multitudinis 30 innumerae saeva latrocinatio. quamobrem sit aliquis et his honos,

---

2. vi] in, *F*. discretum, *F*. decretum, *G*. 3. potant] *d*. potent, *F*²*G*. ponent, *r*. 4. liquor] *Urlichs vind. 392*. ligora, *F*. ligura, *G*. ligur, *E*. 7. diviti] *Sillig*. divitia, *C*. 9. census] *Urlichs vind. 393*. cerce, *F*. cęrte, *r*. aequavit, *F*. pecunias, *F*. 10. maius] *d*. malum, *E*. malus, *r*. 10. 11. incausantis, *FG*. 13. fortunae] *d*. fortitudine, *r*. quam] *Sillig*. *coni. om. C*. 14. is, quis] iis, quibus, *Strack*. is, *C*. sub] his sub, *S*. 17. esse in] *d*. essent, *E*. essint, *r*. 18. 19. indiligens] *d*. indulgens, *Sr*. 19. extra] *S*. *om*. *C*. 20. esse] et, *C*. caules] cautes, *C*. 22, gari] ganari, *G*. carnis, *S*. 23. quae] *Strack*. qua, *F*¹. quia, *r*. 25. nec oneratura] nec one (necume, *E*) natura, *C*. sensu, *C*. 26. accenderens, *F*¹. accenderent aut, *E*. desiderium] *Urlichs vind. 394*. desiderium veneris, *Pint*. desiderium panis, *C*. 30. antiquam, *FG*. antiqua, *E*.

neve auctoritatem rebus vilitas adimat, cum praesertim etiam cognomina procerum inde nata videamus, Lactucinosque in Valeria familia non puduisse appellari, et contingat aliqua gratia operae curaeque nostrae Vergilio quoque confesso quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere.

(20.) Hortos villae iungendos non est dubium riguosque 60
maxime habendos, si contingat, praefluo amne, si minus, e puteo rota organisve pneumaticis vel tollenonum haustu rigatos. solum proscindendum a favonio in autumnum praeparantibus post XIIII dies iterandumque ante brumam. octo iugerum operis parari iustum est, fimum tres pedes alte cum terra misceri, areis distingui easque resupinis pulvinorum toris, ambiri singulas tramitum sulcis qua detur accessus homini scatebrisque decursus.

(21.) In hortis nascentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia utroque, alia semine, alia cartilagine, alia carne, alia utroque, alia cortice aut cute et cartilagine, alia tunicis carnosis.

(22.) Aliorum fructus in terra est, aliorum et extra, alio- 61
rum non nisi extra. quaedam iacent crescuntque, ut cucurbita et cucumis. eadem pendent, quamquam graviora multo etiam iis quae in arboribus gignuntur, sed cucumis cartilagine et carne constat, cucurbita cortice et cartilagine. cortex huic uni maturitate transit in lignum. terra conduntur raphani na- 62
pique et rapa, atque alio modo inulae, siser, pastinacae. quaedam vocabimus ferulacea, ut anetum, malvas. namque tradunt auctores in Arabia malvas septumo mense arborescere baculorumque usum praebere. exemplo est arbor malvae in Maure- 63
tania Lixi oppidi aestuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur, CC passibus ab oceano iuxta delubrum Herculis antiquius Gaditano, ut ferunt. ipsa altitudinis pedum XX, crassitudinis quam circumplecti nemo possit. in simili genere habebitur et cannabis. nec non et carnosa aliqua appellabimus, ut spongeas in umore pratorum enascentis. fungorum enim callum in ligni arborumque natura diximus, et alio genere tu- 16, 31 33 sqq.
berum paulo ante.

---

2. videmus, *C.* 3. familia] provincia, *E.* 5. honorem] *E.* humorem, *r.* 7. praefluo amne] *cod. Tol.* praefluvia ne, *E.* praefluva ne, *r.* perfluo amne, *S.* 7. 8. puteo rota] *Turnebus.* pute (putae, *F*) crita, *C.* 8. tollenonum] *Palmarius.* tollennonum, *F.* tollendonum, *E.* tollentem nonum, *G.* tollonibus, *S.* haustu] *S.* hastum, *E.* hastu, *r.* 10. post] Et post, *F.* 11. parari] *S.* palari, *C.* 16. carne, alia] *Ianus.* carnea, *C.* 19. 20. cucurvita, *Q.* cucurbitae, *C.* 22. et carne—cartilacine, *Q. om. C.* 27. est arbor malve, *Q.* sed arbore malva, *C.* 31. nemo] *E.* onemo, *Q.* onem, *r.* 32. appellavimus, *FG.*

64 5. (23.) Cartilaginum generis extraque terram est cucumis mira voluptate Tiberio principi expetitus. nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promoventibus in solem rotis olitoribus rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta revocantibus. quin et lacte mulso semine eorum biduo 5 macerato apud antiquos Graeciae auctores scriptum est seri
65 oportere, ut dulciores fiant. crescunt qua coguntur forma, in Italia virides et quam minimi, in provinciis quam maximi et cerini aut nigri. placent copiosissimi Africae, grandissumi Moesiae. cum magnitudine excessere, pepones vocantur. vivont 10 hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in cibis, non insalubres tamen plurimum. natura oleum odere
66 mire, nec minus aquas diligunt, desecti quoque. ad eas modice distantis adrepunt, contra oleum refugiunt aut, si quid obstet, vel si pendeant, curvantur intorquenturque. id vel una nocte 15 deprehenditur, si vas cum aqua subiciatur, a quattuor digitorum intervallo descendentibus ante posterum diem, at si oleum eodem modo sit, in hamos curvatis. idem in fistulam flore de-
67 misso mira longitudine crescunt. ecce quam maxime nova forma eorum in Campania provenit mali cotonei effigie. forte primo 20 natum ita audio unum, mox semine ex illo genus factum, melopeponas vocant. non pendent hi, sed humi rotundantur, colore aureo. mirum in his praeter figuram coloremque et odorem quod maturitatem adepti quamquam non pendentes statim
68 a pediculo recedunt. Columella suum tradit commentum, ut 25 toto anno contingant, fruticem rubi quam vastissimum in apricum locum transferre et recidere duum digitorum relicta stippe circa vernum aequinoctium. ita in medulla rubi semine cucumeris insito terra minuta fimoque circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumerum Graeci tria genera fecere, Laconicum, 30 Scytalicum, Boeotium. ex his tantum Laconicum aqua gaudere. sunt qui herba nomine quae vocatur culix adtrita semen eorum maceratum seri iubeant, ut sine semine nascantur.

69 (24.) Similis et cucurbitis natura, dumtaxat in nascendo. aeque hiemem odere, amant rigua ac fimum. seruntur ambo 35 semine in terra sesquipedali fossura, inter aequinoctium vernum et solstitium, Parilibus tamen aptissime. aliqui malunt ex kal.

---

4. olitoris, *G.* 9. 10. moesiae] *d.* Moesiae Ast, *S.* modeste, *E.* moaestae, *F.* moaestae ubi, *G.* 13. *dist. Sillig.* 14. aut] at, F^1. ac, *Q.* 15. curbantur intorquenturque, *Q.* curvanturque, *C.* 18. fistulam] *Q.* fistula, *C.* 18. 19. demisso] *Q.* dimisso, *C.* 19. quam] *Q.* cum, *C.* 22. 23. colore aureo] *Q. om. C.* 32. adtrita] *Q.* trita, *C.*

Mart. cucurbitas et nonis cucumis et per Quinquatrus serere,
simili modo reptantibus flagellis scandentis per parietum aspera
in tectum usque natura sublimitatis avida. vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, levi umbra camaras ac
5 pergulas operiens. inde haec prima duo genera, camararium 70
et plebeium, quod humi repit. in priore mire tenui pediculo
libratur pondus immobile aurae. cucurbita quoque omni modo
fastigiatur, vaginis maxime vitilibus, contexta in eas postquam
defloruit, crescitque qua cogitur forma, plerumque et draconis
10 intorti figura. libertate vero pensili concessa iam visa est VIIII
pedum longitudinis. particulatim cucumis floret, sibi ipse superflorescens, et sicciores locos patitur, candida lanugine obductus, magisque dum crescit. Cucurbitarum numerosior usus. 71
et primus caulis in cibo, atque ex eo in totum natura diversa.
15 nuper in balnearum usum venere urceolorum vice, iam pridem
vero etiam cadorum ad vina condenda. cortex viridi tener deraditur, nihilominus in cibis saluber ac lenis pluribus modis, ex
his tamen qui perfici humano ventre non queant sed non intumescant. semina quae proxima collo fuerunt proceras pariunt, 72
20 item ab imis, sed non comparandas supra dictis, quae in medio
rotundas, quae in lateribus crassas brevioresque. siccantur in
umbra et, cum libeat serere, in aqua macerantur. Cibis quo 73
longiores tenuioresque, eo gratiores, et ob id salubriores quae
pendendo crevere, minimumque seminis tales habent, duritia
25 eius in cibis gratiam terminante. eas quae semini serventur
ante hiemem praecidi non est mos, postea fumo siccantur. Con- 74
diendis hortensiorum seminibus rusticae supellectili inventa est
ratio qua cibis quoque servarentur, eodemque modo cucumis,
usque ad alios paene proventus. et id quidem muria fit, sed
30 et scrobe opaco in loco harena substrato, fenoque sicco opertis ac deinde terra, virides servari tradunt. Sunt et silvestres
in utroque genere et omnibus fere hortensis. sed et his medica tantum natura est, quam ob rem differentur in sua volu- 20, 3 et 13
mina.

35 (25.) Reliqua cartilaginum naturae terra occultantur omnia. 75

---

2. per parietum] *Sillig.* per partecum, D^2. per astecum, *S.* per artecum, *r.* 5. pergula, D^1FG. prima] D^2. rima, *r.* 6. quod] D^2. q, D^1. quo, *r.* repit] crevit, D^2. conditur, *S.* credi, *r.* 8. utilibus, D^1EG. contexta] D^2. coniectas, D^1F. conicta, *G.* 15. urceolorum] *Q.* urceorum, *C.* 17. *dist. ego.* cibis] D^2. cibis (cibi, D^1. cibos, *E*) cibus, *r.* 17. 18. ex his tamen] D^2. ex iis tamen, *S.* existim, D^1F. sed sexis, *Q.* existimant, *r*(?). 21. rotundas] QD^2. rumpundas, *E.* rumtundas *r.* 23. eo] et, *C.* 26. *dist. ego.* 26. 27 condiendis] *ego.* condendis, *C.* 28. servaretur, *DF.* 30. opaco] ofacto, D^2.

18, 126 sqq. in quibus de rapis abunde dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda, latiora vero et concava feminini, praestantiora suavitate et ad condiendum faciliora; saepius sata transeunt in marem. idem naporum quinque genera fecere, Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeotium et quod
76 per se viride dixerunt. Ex his in amplitudinem adolescit Corinthium, nuda fere radice. solum enim hoc genus superne tendit, non ut cetera in terram. Liothasium quidam Thracium appellant, frigorum patientissimum. at Boeotium dulce est, rotunditate etiam brevi notabile, neque ut Cleonaeum praelongum. in totum quidem quorum levia folia ipsi quoque dulcio-
77 res, quorum scabra et angulosa et horrida amariores. Est praeterea genus silvestre cuius folia sunt erucae similia. palma Romae Amiterninis datur, dein Marsicis, tertia nostratibus. cetera
18, 129 de satu eorum in rapis dicta sunt.

78 (26.) [1] Cortice et cartilagine constant raphani, multisque eorum cortex crassior etiam quam quibusdam arborum. amaritudo plurima illis est et pro crassitudine corticis. cetera quoque aliquando lignosa. et vis mira colligendi spiritum laxan-
79 dique ructum. ob id cibus inliberalis, utique si proxume olus mandatur, si vero ipse cum olivis druppis, rarior ructus fit minusque faetidus. Aegypto mire celebratur olei propter fertilitatem quod e semine eius faciunt. hoc maxime cupiunt serere, si liceat, quoniam et quaestuus plus quam e frumento
80 et minus tributi est nullumque ibi copiosius oleum. [2] Genera raphani Graeci fecere tria foliorum differentia: crispi atque levis et tertium silvestre. atque huic levia quidem folia sed breviora ac rotunda copiosaque ac fruticosa, sapor autem asper et medicamenti instar ad eliciendas alvos. et in prioribus tamen differentia semine, quoniam aliqua peius, aliqua admodum exi-
81 guum ferunt. haec vitia non cadunt nisi in crispa folia. [3] Nostri alia fecere genera: Algidense a loco, longum atque tralucidum, alterum rapi figura quod vocant Syriacum, suavissimum fere ac tenerrimum hiemisque patiens. praecipuum tamen ex Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud auctores

3. condiendum] *QD*². condendum, *r*. 4. saepius] quae saepius, *EG*. 8. terram] *E*. terra, *F*. tera, *G*. thracitum, *F*. tracitum, *G*. threitum, *E*. 9. at] *d*. ab, *DF*. a, *r*. 11. levia] *D*². laevia, *S*. tevia, *D*¹. tevi, *F*. tenuia, *r*. 14. datur dein Marsicis] *om*. *DFG*. datur dein arsis, *E*. . . . . Marsiis, *S*. datur dein nursinis, *dv*. 18. illis est] *E*. illic, *DF*. hic, *G*. 21. druppis] *Q*. druptis, *EG*. drupstris, *D*¹. drupstis, *r*. fit] sit, *DFS*. 22. 23. fertilitatem] *D*². fertilitate, *F*. feritate, *D*¹. feritatem, *r*. 25. ibi] *DS*. *om*. *r*. 27. folia] *D*². *om*. *r*. 34. ex] *ego*. est, *C*.

non reperitur. id autem tota hieme durat. etiamnum unum 82
silvestre Graeci cerain vocant, Pontici armon, alii leucen, nostri
armoraciam, fronde copiosius quam corpore. in omnibus autem
probandis maxime spectantur caules. inmitium enim rotundio-
5 res crassioresque sunt ac longis canalibus. folia ipsa tristiora
et angulis horrida. [4] Seri vult raphanus terra soluta, umida. 83
fimum odit palea contentus. frigore adeo gaudet ut in Germa-
nia infantium puerorum magnitudinem aequet. seritur post id.
Feb. ut vernus sit, iterumque circa Vulcanalia, quae satio melior.
10 multi et Martio et Aprili serunt et Septembri. incipiente in-
cremento confert alterna folia circumobruere, ipsos vero adcu-
mulare, nam qui extra terram emersit durus fit atque fungosus.
Aristomachus detrahi folia per hiemen iubet et, ne lacunae 84
stagnent, accumulari. ita in aestatem grandescere. quidam
15 prodidere, si palo adacto caverna palea insternatur sex digito-
rum altitudine, deinde in semen fimumque et terra congeratur,
ad magnitudinem scrobis crescere. praecipue tamen salsis
aluntur. itaque etiam talibus aquis rigantur et in Aegypto nitro
sparguntur, ubi sunt suavitate praecipui. in totum quoque 85
20 salsugine amaritudo eorum eximitur fiuntque coctis similes.
namque et cocti dulcescunt et in naporum vicem transeunt.
crudos medici suadent ad colligenda acria viscerum cum sale
dandos esse, atque ita vomitionibus praeparant meatum. tra- 86
duntet praecordiis necessarium hunc sucum, quando φθειρίασιν
25 cordi intus inhaerentem non alio potuisse depelli conpertum
sit in Aegypto regibus corpora mortuorum ad scrutandos mor-
bos insecantibus. atque, ut est Graeca vanitas, fertur in templo
Apollinis Delphis adeo ceteris cibis praelatus raphanus, ut ex
auro dedicaretur, beta ex argento, rapum ex plumbo. scires 87
30 non ibi genitum M'. Curium imperatorem, quem ab hostium
legatis aurum repudiaturo adferentibus rapum torrentem in foco
inventum annales nostri prodidere. scripsit et Moschion Grae-
cus unum de raphano volumen. utilissimi in cibis hiberno
tempore existimantur, idemque dentibus semper inimici, quoniam
35 adterant. ebora certe poliunt. odium is cum vite maximum,
refugitque iuxta satos.

2. cerain] *Urlichs vind. 398.* cherain, *C.* cherian, *S.* 5. sunt] *D²S. om. r.* 18. rigantur] *QD².* irrigantur, *E.* frigantur, *r.* 22. 23. cum sale dandos] *ego.* dandos cum sale ieiunis, *E.* cum sale iaiunos, *Q.* cum sale ieiunis, *r.* 24. Φteipiacin, *Q.* ithiriasim, *D².* ithiriasin, *E.* hithiriasin, *S.* hithiriasim, *r.* 29. dedicaretur] *Sillig.* dedicatus, *Q.* duceretur, *C.* 30. M'] M. *Q. om. D².* M, *r.* Curium] corium, *D¹F.* augurium, *D².* imperatoris, *D².* ab hostinm] *D²S.* hospitio, *E.* hospitium, *r.* 36. satas, *Q.* satus, *D².* ratos, *D¹F.*

88 (27.) Lignosiora sunt reliqua in cartilaginum genere a nobis posita, mirumque omnibus vehementiam saporis esse. ex his pastinacae unum genus agreste sponte provenit, alterum Graeciae seritur radice vel semine vere primo vel autumno, ut Hygino placet, Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo 5
89 quam altissume refosso. annicula utilis esse incipit, bima utilior, gratior autumno patinisque maxime, et sic quoque virus intractabile illi est. Hibiscum a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinae utile. est et quartum genus in eadem similitudine pastinacae quam nostri Gallicam vocant, 10 Graeci vero daucon, cuius genera etiam quattuor fecere, inter medicamenta dicendum.

90 (28.) Siser et ipsum Tiberius princeps nobilitavit flagitans omnibus annis e Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno inpositum ubi generositas praecipua, ex quo apparet frigidis 15 locis convenire. inest longitudine nervos qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quae mulso in cibis temperata etiam in gratiam vertitur. nervos idem et pastinacae maiori, dumtaxat anniculae. siseris satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri. 20

91 (29.) Brevior his est et torosior amariorque inula per se stomacho inimicissuma, eadem dulcibus mixtis saluberrima. pluribus modis austeritate victa gratiam invenit. namque et in pollinem tunditur arida liquidoque dulci temperatur, et decocta posca aut adservata vel macerata pluribus modis, et tunc mixta 25 defruto aut subacta melle uvisve passis aut pinguibus caryotis.
92 alio rursus modo cotoneis malis vel sorbis aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata defectus praecipue stomachi excitat, inlustrata maxime Iuliae Augustae cotidiano cibo. supervacum eius semen, quoniam oculis ex radice excisis ut harundo seri- 30 tur, et haec autem et siser et pastinaca utroque tempore, vere et autumno, magnis seminum intervallis, inula ne minus quam ternorum pedum, quoniam spatiose fruticat. siser transferre melius.

93 (30.) Proxima hinc est bulborum natura, quos Cato in 35 primis serendos praecipit celebrans Megaricos. verum nobilissima est scilla, quamquam medicamini nata exacuendoque

---

2. saporis] *D* sapori, *Sr*. 3. agreste] *D*. agrestis, *Sr*. 4. graeciae] *Sd*. graece, *r*. 11. daucon] *Barb*. claucon, *E*. daucum, *Qr*. 12. medicamenta] D^2S. medica, *r*. 14. e] ex *Q*. ae, *DF*. a, *r*. 20. aprili martio, *C*. 21. est] *om*. *DF*. 26. careotis, *E*. cerectis, *G*. cereotis, *r*. 32. 33. quam ternorum] quaternorum, *DF*. 33. siser] si seras, D^2E. siser autem, *G*. 36. praecepit, *EG*.

aceto. nec ulli amplitudo maior, sicuti nec vis asperior. duo genera medicae, masculum albis foliis, feminae nigris. et tertium genus est cibis gratum, Epimenidu vocatur, angustius folio ac minus aspero. Seminis plurimum omnibus. celerius tamen 94
5 proveniunt satae bulbis circa latera natis, et ut crescant, folia quae sunt his ampla deflexa circa obruuntur. ita sucum omnem in se trahunt capita. sponte nascuntur copiosissime in Baliaribus Ebusoque insulis ac per Hispanias. unum de eis volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas vires, quas
10 proximo reddemus libro. Reliqua genera bulborum differunt 95 20, 102 sqq.
colore, magnitudine, suavitate, quippe cum quidam crudi mandantur, ut in Cherroneso Taurica. post hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli. genera Graeci haec fecere: bolbinen, setanion, opitiona, cyica, aegilopa, sisyrinchion. in
15 hoc mirum imas eius radices crescere hieme, verno autem, cum apparuerit viola, minui et contrahi, tunc deinde bulbum pinguescere. est inter genera et quod in Aegypto aron vocant, 96
scillae proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturae, quae
20 estur et cruda. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico 97
fiunt — signum maturitatis est folia inarescentia ab imo — vetustioresque improbant, item longos ac parvos, contra rubicundis rotundioribusque laus et grandissimis. amaritudo plerisque in vertice est, media eorum dulcia. Bulbos non nasci nisi
25 e semine priores tradiderunt, sed in Praenestinis campis sponte nascuntur, ac sine modo etiam in Remorum arvis.

6. (31.) Hortensis omnibus fere singulae radices, ut raphano, 98
betae, apio, malvae, amplissima autem lapatho, ut quae descendat ad tria cubita — silvestri minor — et umida, effossa quo-
30 que diu vivit. quibusdam tamen capillatae, ut apio, malvae, quibusdam surculosae, ut ocimo, aliis carnosae, ut betae aut magis etiamnum croco, aliquis ex cortice et carne constant, ut

---

1. sicuti nec vis] *D*². sicuti nec vi, *F*²*G*. sicut ne cui, *D*¹. sicut in cui, *F*¹. sicut in haec vi, *E*. 2. mascule, *Q*. femina, *EG*. femine, *Q*. 14. bolbinen] *Urlichs vind. 400*. bolvinen, *FS*. bulvinen, *D*. bulbinen, *r*. opitiona, cyica] *Ianus*. opitiona, cyica, leucoion, *Sillig*. opythion acocisiam, *S*. pytion cocoygiā, *G*. pytyon acocoygiam (acocoygian, *D*²*E*)*r*. aegilopa] aegilopas, *S*. aegilipas, *DF*. aegylipas, *G*. aegy//// lippa, *E*. sisorychion, *C*. 16. minui et] *D*². minus ut hac, *E*. minuthac, *r*. 20. esetur, *D*¹*F*. edetur, *E*. editur, *D*²*S*. satur, *G*. 21. fiunt] *QD*². findunt, *E*. fidunt, *r*. est] *om*. *EF*. inarescentis, *DF*. inarescentes, *G*. 22. vetustiores, *EG*. ac] *QSD*². et, *EG*. e, *r*. 25. sed] *Q*. sed et, *C*. 29. *dist. Urlichs vind. 401*. 31. aut] *E*. *om*. *G*. ut, *Sr*.

99 raphano, rapis, quorundam geniculatae sunt, ut graminis. Quae rectam non habent radicem statim plurimis nituntur capillamentis, ut atriplex et blitum. scilla autem et bulbi et cepae et alium non nisi in rectum radicantur. sponte nascentium quaedam numerosiora sunt radice quam folio, ut *sp*alax, perdic*i*um, cro- 5
100 cum. Florent *confertim* serpullum, habrotonum, napi, raphani, menta, ruta, et cetera quidem, cum coepere, deflorescunt, ocimum autem particulatim et ab imo incipit, qua de causa diutissime floret. hoc et in heliotropio herba evenit. flos aliis candidus, aliis luteus, aliis purpureus. Folia cadunt a cacumi- 10 nibus origano, inulae et aliquando rutae iniuria laesae. maxime concava sunt cepae, getio.

101 (32.) Alium cepasque inter deos in iureiurando habet Aegyptus. cepae genera apud Graecos Sarda, Samothracia, Alsidena, setania, sc*h*ista, Ascalonia ab oppido Iudaeae nominata. 15 omnibus etiam odor lacrimosus et praecipue Cypris, minime Cnidis. omnibus corpus totum pingui tunicarum cartilagine.

102 E cunctis setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. schista autem et Ascalonia condiuntur. schistam hieme cum coma sua relincunt, vere folia detrahunt, et alia subnascuntur isdem divi- 20 suris, unde et nomen. hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubent, ut in capita crescant potius quam in semen.

103 Et Ascaloniarum propria natura. etenim velut steriles sunt ab radice, et ob id semine seri illas, non deponi iussere Graeci praeterea serius circa ver, aut cum germinent, transferri, ita 25 crassescere et *t*um properare praeteriti temporis pensitatione. festinandum autem in iis est, quoniam maturae celeriter putrescunt. si deponantur, caulem mittunt et semen, ipsaeque eva-

104 nescunt. Est et colorum differentia. *in* Isso enim et Sardibus candidissimae proveniunt. sunt in honore et Creticae, de 30 quibus dubitant an eaedem sint quae Ascaloniae, quoniam satis capita crassescunt, depositis caulis et semen. distant sa-

105 pore tantum dulci. Apud nos duo prima genera: unum condimentariae, quam illi getion, nostri pallacanam vocant, seritur

---

3. blitum] *D*². bittum, *G*. bitum, *r*. 4. reducantur, *DF*. reducuntur, *G*. 5. spalax] *Sillig*. calax, *C*. perdictum, *D*. perdiotum, *r*. 6. confertim] *Bodaeus*. cum fraxino, *C*. 12. getio] *Urlichs vind*. 402. getyo, *QDF*. gethyo, *E*. grecie, *G*. gethon, *S*. 14. 15. alsydena, *DF*. 15. scirta, *E*. scista, *r*. 17. pingui tunicarum] *Urlichs vind*. 403. pinguitudinis earum, *C*. 22. 23. semen. Et] *ego*. semen, *S*. semine, *D*². semet, *r*. 25. aut] *S*. a, *DF*. *om*. *r*. 26. tum] *Sillig*. cum, *CS*. 27. maturae] *G*. matura, *Sr*. 29. in Isso] *Hard*. Abisso, *S*. amisse, *F*¹. amisso, *r*. 31. an] *D*². in, *r*. eaedem] *F*. eadem, *r*. 34. getion] *Urlichs vind*. 402. getin, *EF*. getyn, *r*. pallachanam, *DF*.

mensibus Martio, Aprili, Maio, alterum capitatae quae ab aequinoctio autumni vel a favonio. genera eius austeritatis ordine: Africana, Gallica, Tusculana, Ascalonia, Amiternina, optima autem quae rotundissima. item rufa acrior quam candida, et
5 sicca quam viridis, et cruda quam cocta. Seritur Amiternina 106
frigidis et umidis locis, et sola ali modo capite, reliquae semine. proxima quae aestate nullum semen emittunt, sed caput tantum quod inarescit. sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum corrumpitur. ergo omnibus annis sepa-
10 ratim semen cepae causa seritur, separatim cepae seminis. servantur autem optime in paleis. getium paene sine capite 107
est, cervicis tantum longae et ideo totum in fronde, saepiusque resecatur ut porrum. ideo et illud serunt, non deponunt. cetero cepas ter fosso seri iubent extirpatis radicibus herbarum,
15 in iugera denas libras, intermisceri satureiam, quoniam melius proveniat, runcari praeterea et sariri, si non saepius, quater. Ascaloniam mense Februario serunt nostri. semen ceparum nigrescere incipiens antequam inarescat metunt.

(33.) Et de porro in hac cognatione dici conveniat, prae- 108
20 sertim cum sectivo auctoritatem nuper fecerit princeps Nero vocis gratia ex oleo statis mensum omnium diebus nihilque aliud ac ne pane*m* quidem vescendo. seritur semine ab aequinoctio autumno, si sectivum facere libuit, densius. in eadem area secatur, donec deficiat, stercoraturque semper. si 109
25 nutritur in capita, antequam secetur, cum increvit, in aliam aream transfertur summis foliis leviter recisis ante medullam et capitibus retractis tunicisve extremis. antiqui silice vel testa subiecta capita dilatabant — hoc item in bulbis —, nunc sarculo leviter convelluntur radices, ut delumbatae alant neque
30 distrahant. insigne quod, cum fimo laetoque solo gaudeat, ri- 110
gua odit. et tamen proprietate quadam soli constant. laudatissimus in Aegypto, mox Ostiae atque Ariciae. sectivi duo genera: herbaceum folio, incisuris eius evidentibus, quo utuntur medicamentarii, alterum genus *fl*avidioris folii rotundiorisque,

---

4. quam candida — 5. cruda] *om. F*[1]. 4. 5. et sicca] sicca, *EG*. 5. cocta] *ego*. cocta, sicca quam condita, *C*. 6. alio, *E*. 11. getium] *Urlichs vind. 402*. genium, *E*. gentium, *r*. 12. cervices, *D*[1]*F*. 13. resecantur, *C*. 16. sariri] *D*[2]. sacra, *F*[1]. sacri, *r*. 18. incipiens] *d*. autem incipiens, *E*. incipiens autem, *r*. inarescat] *ego coll. Colum. 11, 3, 58*. inarcescat, *S*. marcescant, *C*. 19. hanc (hanno, *G*) cognationem, *C*. conveniant, *DF*. 20. nuber, *DF*. fecerit] *d*. fecit, *Q*. ytgarit, *D*[2]. tegerit, *r*. 22. panem] *Urlichs vind. 403*. *om. D*[1]. pane, *Qr*. 24. stercoratur. Qui, *C*. 27. testa] *Salm*. tecta, *C*. 30. in signo, *DF*. 31. quaedam, *SDF*. 34. flavidioris] *Dal*. favioris, *S*.

levioribus incisuris. Fama est Melam equestris ordinis, reum ex procuratione a Tiberio principe accersitum, in summa desperatione suco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto confestim expirasse sine cruciatu. ampliorem modum negant noxium esse. 5

111 (34.) Alium ad multa ruris praecipue medicamenta prodesse creditur. tenuissimis et quae separantur *in* universum velatur membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, et his separatim vestitis. asperi saporis quo pluris nuclei fuere hoc est asperius. taedium huic quoque halitu, ut cepis, nullum 10
112 tamen coctis. Generum differentia in tempore — praecox maturescit LX diebus — tum in magnitudine. ulpicum quoque in hoc genere Graeci appellavere alium Cyprium, alii *ἀντισκόροδον*, praecipue Africae celebratum inter pulmentaria ruris, grandius alio. tritum in oleo et aceto mirum quantum increscit spuma. Quidam ulpicum et alium in plano seri vetant castellatimque grumulis inponi distantibus inter se pedes ternos. 15 inter grana digiti *IIII* interesse debent, simul atque tria folia
113 eruperint, sariri. grandescunt quo saepius sariuntur. Maturescentium caules depressi in terram obruuntur. ita cavetur ne 20 in frondem luxurient. In frigidis utilius vere seri quam autumno. cetero ut odore careant, omnia haec iubentur seri, cum luna sub terra sit, colligi, cum in coitu. sine his Menander e Graecis auctor est alium edentibus, si radicem betae in pruna to-
114 stam superederint, odorem extingui. Sunt qui et alium et ul- 25 picum inter Compitalia ac Saturnalia seri aptissime putent. alium et semine provenit, sed tarde. primo enim anno porri crassitudinem capite efficit, sequenti dividitur, tertio consummatur, pulchriusque tale existimant quidam. in semen exire non debet, sed intorqueri caulis satuus gratia, ut caput validius 30
115 fiat. Quod si diutius alium cepamque inveterare libeat, aqua salsa tepida capita unguenda sunt. ita diuturniora fient melioraque usui et in satu sterilia. alii contenti sunt primo super prunas suspendisse abundeque ita profici arbitrantur ne germinent, quod facere alium cepamque extra terram quoque 35 certum est et cauliculo acto evanescere. aliqui et alium palea

---

suavidioris, *E.* favidioris, *r.* 1. levioribus] *cod. Tol.* lenioribus, *C.* 7. separantur] *om.* F^1. spernantur, D^2S. sperantur, *r.* in] *om. C.* 10. ut] *E. om. r.* 12. tum] tamen, *CS.* 13. graeco, *DF.* 13. 14. anti. *CKOΔPON.*, *Q.* antiscordon, *C.* 15. tritu, *DF.* 15. 16. increscit] *Q.* increscat, *EG.* increscas, *r.* 18. IIII] *om. C.* 19. eruperunt, *E.* 21. utilius] D^2. *om. r.* 33. primos, *DF.* 36. aucto, *S.*

servari optime putant. Alium est et in arvis sponte nascens 116
— alum vocant — quod adversus improbitatem alitum depa-
scentium semina coctum, ne renasci possit, abicitur, statimque
quae devoravere aves stupentes manu capiuntur et, si paulum
5 commorere, sopitae. est et silvestre quod ursinum vocant, odore
simili, capite praetenui, foliis grandibus.

7. (35.) In horto satorum celerrime nascuntur ocimum, 117
blitum, napus, eruca. tertio enim die erumpunt, anetum quarto,
lactuca quinto, raphanus sexto, cucumis, cucurbita septimo, prior
10 cucumis, nasturtium, sinapi quinto, beta aestate sexto, hieme
decimo, atriplex octavo, cepae XVIIII aut XX, get*hy*um X aut
duodecimo, contumacius coriandrum, cunila quidem et origanum
post XXX diem, omnium autem difficillime apium. XL enim die
cum celerrime maiore ex parte emergit. Aliquid et seminum 118
15 aetas confert, quoniam recentia maturius gignunt in porro, ge-
thyo, cucumi, cucurbita, ex vetere autem celerius proveniunt
apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. mirum
in betae semine, non enim tota eodem anno gignit, sed ali-
quid sequente, aliquid et tertio. itaque ex copia seminis modice
20 nascitur. quaedam anno tantum suo pariunt, quaedam saepius,
sicut apium, porrum, gethyum, haec enim semel sata pluribus
annis restibili fertilitate proveniunt.

(36.) Semina plurimis rotunda, aliquis oblonga, paucis fo- 119
liacia et lata, ut atriplici, quibusdam angusta et canaliculata,
25 ut cumino. differunt et colore nigro candido*ve*, item duritia
surculacea. in folliculo sunt raphanis, sinapi, rapo. nudum
semen est coriandri, aneti, feniculi, cumini, cortice obductum
bliti, betae, atriplicis, ocimi, at lactucis in lanugine. Nihil 120
ocimo fecundius. cum maledictis ac probris serendum prae-
30 cipiunt ut laetius proveniat, sato pavitur terra, *ut* cuminum
qui serunt precantur ne exeat. Quae in cortice sunt difficillime
inarescunt, maximeque ocimum, et ideo siccantur omnia ac

---

1. servare, *EF*. 4. stupentes] *d*. stupente, *r*. 5. commovere, *E*. quod] et quod, *EG*. 5. 6. odore simili] *Dal*. odor est mili, *C*. odore mili, *S*. 9. Laptuca, *Q*. lactucaque, *SF*². latucaque, *F*¹. lactuca quae, *D*. lactacaque, *r*. cucumis] *Q*. cucumis his, *C*. cucurbita] *D*. cucurbitas, *Q*. cucurbite, *F*. cucurbitae, *r*. 11. getym, *DG*. getim, *r*. 15. recentia] *Q*. recentiora, *E*. recentius, *r*. 19. et] *Q*. *in F*. *ras*. *om*. *r*. 25. cumino. Differunt] *d*. cum (com, *E*) odii ferunt *r*. colori, *DF*. candidove] *ego*. candidiore, *DFS*. candidiorae, *r*. 27. est] *Urlichs vind*. *404*. et fit, *E*. et fi, *r*. 28. at] *d*. ac, *r*. 30. ut cuminum] ad cauminum, *G*. ad cacuminum, *r*. 31. Quae] *G*. Quō, *E*. Qm̄, *r*. 32. marescunt, *D*. marcescunt, *E*. ideo] *D*². id forciciam, *F*¹. ad forsitiam, *G*. id forsiciam, *r*.

sunt fecunda. utique meliora nascuntur acervatim sato semine quam sparso. ita certe porrum et *a*pium serunt in laciniis colligatum, apium etiam paxillo caverna facta ac fimo ingesto.
121 Nascuntur autem omnia aut semine aut avolsione, quaedam semine et surculo, ut ruta, origanum, ocimum, — praecidunt enim et hoc, cum pervenit ad palmum altitudinis — quaedam et semine et radice, ut cepa, alium, bulbi et si quorum radices *an*niferorum relinquntu*r*. eorum vero quae a radice nascuntur radix diuturna et fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scillae.
122 fruticant alia et non capita*ta*, ut apium et beta. Caule reciso fere quidem omnia regerminant exceptis quae non scabrum caulem habent, et in usum vero ocimum, raphanus, lactuca. hanc etiam suaviorem putant a regerminatione. raphanus utique iucundior detractis foliis antequam decaulescat. hoc et in rapis. nam et eadem dereptis foliis cooperta terra crescunt durantque in aestatem.

123 (37.) Singula genera sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, erucae, atriplici, coriandro, aneto. haec enim ubique eadem sunt neque aliud alio melius usquam. rutam furtivam tantum provenire fertilius putant sicut apes furtivas pessume. nascuntur autem etiam non sata, mentastrum, nepete, intubum, puleium. contra plura genera sunt eorum quae diximus dice-
124 musque et in primis apio. 8. id enim quod sponte in umidis nascitur helioselinum vocatur, uno folio nec hirsutum, rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile helioselino. tertium est oreoselinum, cicutae foliis, radice tenui, semine aneti, minutiore tantum. et sativi autem differentiae in folio denso, crispo aut rariore et leviore, item caule tenuiore aut crassiore, et caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius.

125 (38.) Lactucae Graeci tria fecere genera: unum lati caulis, adeo ut ostiola olitoria ex is factitari prodiderint, — folium his paulo maius herbaceo et angustissimum, ut alibi consumpto incremento, — alterum rotundi caulis, tertium sessile, quod Laconicum vocant. alii colore et tempore satus genera discrevere. esse enim nigras quarum semen mense Ianuario seratur,

---

2. apium] *Bodaeus.* alium, *DF.* allium, *r.* 3. ingesta, *DF.* 7. 8. radices] *Pint.* radicem, *C.* 8. anniferorum] *Barb.* minimi (minime, *E'*) ferorum, *C.* relinquuntur, *Pint.* relinqunt (relinquunt, *EG*) Vt, *C.* 10. fruticant] *d.* fructicant, *F.* fructificant, *r.* capitata] *Pint.* capita, *C.* 16. aestatem] *d.* aestate, *r.* 19. aliud] alunt, *DF.* usquam] *d.* quam, *D²*. usque, *r.* 27. sativi] *d.* sativa, *r.* 32. ut] *d.* et, *r.* 34. colore et tempore] *codd. Gel.* coloris et tempori, *C.* satos, *DF.*

albas quarum Martio, rubentis quarum Aprili, et omnium earum plantas post binos menses differri. diligentiores plura genera 126
faciunt, purpureas, crispas, Cappadocicas, Graecas, longioris has folii caulisque lati, praeterea longi et angusti, intubis simi-
5 lis. pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavere πικρίδα. est etiamnum alia distinctio albae quae μηκωνὶς vocatur a copia lactis soporiferi, quamquam omnes somnum parere creduntur. apud antiquos Italiae hoc solum genus earum fuit, et ideo lactucis nomen a lacte. purpuream 127
10 maximae radicis Caecilianam vocant, rotundam vero ac minima radice, latis foliis, ἀστυτίδα, quidamque εὐνουχεῖον, quoniam haec maxime refragetur veneri. est quidem natura omnibus refrigeratrix et ideo aestate gratia. stomacho fastidium auferunt cibique adpetentiam faciunt. divus certe Augustus lactuca con- 128
15 servatus in aegritudine fertur prudentia Musae medici, cum prioris C. Aemili religione nimia ei abnegaretur, in tantum recepta commendatione, ut servari etiam in alienos menses eas oxymeli tum repertum sit. sanguinem quoque augere creduntur. Est etiamnum quae vocatur caprina lactuca, de qua dice-
20 mus inter medicas. et haec cum maxime coepit inrepere sativis 20, 58
admodum probata quae Cilicia vocatur, folio Cappadocicae, ni crispum latiusque esset.

(39.) Neque ex eodem genere possunt dici neque ex alio 129
intubi, hiemis ii patientiores virusque praeferentes, sed caule
25 non minus grati. seruntur ab aequinoctio verno, plantae eorum ultimo vere transferuntur. est et erraticum intubum quod in Aegypto cichorium vocant, de quo plura alias. Inventum omnis 20, 73 21, 88
thyrsos vel folia lactucarum prorogare urceis conditos et recentis in patinis coquere. Seruntur lactucae anno toto laetis et ri- 130
30 guis stercoratisque, binis mensibus inter semen plantamque et maturitatem. legitimum tamen a bruma semen iacere, plantam

---

6. picrida, *F.* pigricia, *Q.* picridia, *Sr.* albae] *Salm.* alba, *Q.* atrae, *C.* 7. soporifera, *Q.* saporifere, *DF.* 9. a lacte] *QSD*². adiectae, *E.* aiecte, *r.* 10. radicis] *E.* radices, *Q.* radicibus, *r.* 11. ἀστυτίδα] *Salm.* *AAKTYAIE*, *Q.* artilida, *E.* astilida, *r.* 12. refragetur veneri] *C.* refrigerande veneri est, *Q.* 14. divus] diucius, *D*². certe Augustus] certe hac, *Q.* certe, *D*². certus, *r.* 16. priores, *DF.* C. Aemili] *K. F. Hermann.* cameli, *QC.* religione] *ego.* religio, *QC.* nimia ei abnegaretur] *ego.* ei abnegaret. Or, *Q.* nimiae (minime, *EG*) omne caret, *C.* 20. haec] *ego.* heae, *D*². eae, *D*¹. ecce, *r.* 23. possunt] *Q.* possit, *G.* possint, *r.* 24. ii patientiores] *Sillig.* inpatientior, *Q.* inpatientiores, *DE.* inpatentiores, *F.* patientiores, *G.* 25. ab aequinoctio] *D*²*S.* *om r.* *dist. Urlichs vind. 406.* 31. semen iacere] *De*²*E.* semen tacere, *D*¹*F.* sementare, *G.*

favonio transferre, aut semen favonio, plantam aequinoctio verno.
131 albae maxime hiemem tolerant. Umore omnia hortensia gaudent et stercore, praecipue lactucae et magis intubi. seri etiam radices inlitas fimo interest et repleri ablaqueata humo. quidam et aliter amplitudinem augent, recisis, cum ad semipedem excreverint, fimoque suillo recenti inlitis. candorem vero putant contingere his dumtaxat quae sint seminis albi, si harena de litore a primo incremento congeratur in medias atque increscentia folia contra ips*as* religentur.

132 (40.) Beta hortensiorum levissima est. eius quoque a colore duo genera Graeci faciunt, nigrum et candidius, quod praeferunt — parcissumi seminis — appellantque Siculum, candoris sane discrimine praeferentes et lactucam. nostri betae genera vernum et autumnale faciunt, a temporibus satuus, quamquam
133 et Iunio seritur. transfer*un*tur autem in planta hae quoque, et oblini fimo radices suas locumque similiter madidum amant. usus his et cum lenti*bus* ac faba, idemque qui oleris, et praecipuus ut lenitas excitetur acrimonia sinapis. medici nocentiorem quam olus esse iudicavere, quamobrem adpositas non memini. degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint.
134 gemina iis natura, et oleris et capite ipso exilientis bulbi, species summa in latitudine. ea contingit, ut in lactucis, cum coeperint colorem trahere inposito levi pondere. neque alii hortensiorum latitudo maior. in binos pedes aliquando se pandunt multum et soli natura conferente, siquidem in Circeiensi
135 agro amplissimae proveniunt. Sunt qui betas punico malo florente optime seri existiment, transferri autem, cum quinque foliorum esse coeperint. mira differentia, si vera est, candidis alvom elici, nigris inhiberi, et cum brassica corrumpatur in dolio vini sapor, eodem betae foliis demersis restitui.

136 (41.) [1] Olus caulesque, quibus nunc principatus hortorum, apud Graecos in honore fuisse non reperio, sed Cato
20, 78 sqq. brassicae miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. genera eius facit: extentis foliis, caule magno, alteram crispo folio, quam apiacam vocant, tertiam minutis caulibus, lenem,

---

6. excreverunt, *E*. 9. ipsas] ipso, *C*. 10. a] *om*. *DF*. 11. candidium, *Q*. 13. lactucas, D^2. lactuca lactuca, D^1F. 15. transfertur, *C*. 17. lentibus] *Sillig*. lentis, *C*. 18. 19. nocentiorem] *E*. innocentiorem, *r*. 19. quam] quamquam, *DF*. 19. 20. nemini, *DF*. 25. conferente siquidem] D^2F. conferrent (conferent, D^1) est quidem, *r*. 30. sapor eodem] QDF^1GS. sapore odorem, *r*. foliis] *QE*. folio, *Sr*. demerso, *S*. 32. fuisse] fuisset et, *DF*. 35. apianam, *E*. appiacam, *r*.

teneram, minimeque probat, Brassica toto anno seritur, quo- 137
niam et toto secatur, utilissime tamen ab aequinoctio autumni,
transferturque, cum quinque foliorum est. cymam a prima
satione praestat proximo vere. hic est quidam ipsorum cau-
5 lium delicatior teneriorque cauliculus, Apici luxuriae et per eum
Druso Caesari fastiditus, non sine castigatione Tiberi patris.
Post cymam ex eadem brassica contingunt aestivi autumnales- 138
que cauliculi, mox hiberni, iterumque cymae, nullo aeque genere
multifero, donec fertilitate sua consumatur. altera satio ab
10 aequinoctio verno est, cuius planta extremo vere plantatur, ne
prius cyma quam caule pariat. tertia circa solstitium, ex qua,
si umidior locus est, aestate, si siccior, autumno plantatur. umor
fimumque si defuere, maior saporis gratia est, si abundavere,
laetior fertilitas. fimum asininum maxime convenit. [2] Est 139
15 haec quoque res inter opera ganeae, quapropter non pigebit
verbosius persequi. praecipuus fit caulis sapore ac magnitudine,
primum omnium si in repastinato seras, dein si terram fugientes
cauliculos sequare terra tollentesque se proceritate luxuriosa
exaggerando aliam accumules ita ne plus quam cacumen emi-
20 neat. Tritianum hoc genus vocatur bis conputabili inpendio
taedioque. [3] Cetera genera complura sunt: Cumanum sessili 140
folio, capite patulum, Aricinum altitudine non excelsius, folio
numerosius quo tenuius; hoc utilissimum existimatur, quia sub
omnibus paene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Pompeia-
25 num procerius, caule ab radice tenui, intra folia crassescit.
rariora haec angustioraque, sed teneritas in dote *est*. frigora
non tolerat, quibus etiam aluntur Bruttiani praegrandes foliis,
caule tenues, sapore acuti. Sabellico usque in admirationem 141
crispa sunt folia quorum crassitudo caulem ipsum extenuet, sed
30 dulcissimi perhibentur ex omnibus. nuper subiere Lacutur*nen*ses
ex convalle Aricina, capite praegrandes, folio innumeri, alii in
orbem correcti, alii in latitudinem torosi. nec plus ullis capitis
post Tri*ti*anum, cui pedale aliquando conspicitur et cyma nullis
serior. Cuicumque autem generi pruinae plurimum suavitatis 142

---

3. cyma, *QEG*. 4. satione] statione, *E*. sectione, *Q*. sectatione, *r*. 9. consummatur, *QFG*. altera — 11. pariat] D^2S. *om*. *r*. 11. prius] D^2. plus, *S*. 12. si siccior] *D*. siccior, *r*. 19. accumules] D^2. adcumules, *EG*(?). attumules, *r*. 20. trizianum, *DFS*. 21. sessile, *DFG*.

23. quo] *DE*. q̄m̄, *S*. q̄uō, *r*. 26. sed teneritas] D^2. sede teneritas, *F*. sedeteritas, *r*. est] *ego*. si, *C*. frigora] d^2. figura, d^1. figuram, *r*. 30. Lacuturnenses] *Urlichs vind. 410*. lacuturres, *E*. lacuturreses, *r*. 31. Aricina] *Urlichs l. c.* aricina ubi quondam (quodam, *DF*) fuit lacus turrisque quae remanet, *C*. 33. triozianum, *E*. trizianum, *Sr*.

conferunt. *Sectio*, nisi obliquo vulnere defendatur medulla, plurimum nocet. semini destinati non secantur. Est etiam sua gratia numquam plantae habitu excellentibus; ἁλμυρίδια vocant, quoniam nisi in maritumis non proveniunt. aiunt navigatione quoque longinqua viridis adservari, si statim desecti ita ne humum adtingant in cados olei quam proxime siccatos optura-
143 tosque condantur omni spiritu excluso. Sunt qui plantam in transferendo alga subdita pediculo nitrive triti quod tribus digitis capiatur celeriorem ad maturitatem fieri putent. sunt qui semen trifolii nitrumque simul tritum adspergant foliis. nitrum in coquendo etiam viriditatem custodit, aut Apiciana co-
144 ctura, oleo ac sale, priusquam coquantur, maceratis. Est inter herbas genus inserendi praecisis germinibus et caulis in medullam semine ex aliis addito. hoc et in cucumere silvestri. nec non olus quoque silvestre est triumpho divi Iuli carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse aput Dyrrachium, praemiorum parsimoniam cavillantes. est autem id cyma silvestris.

145 (42.) Omnium in hortis rerum lautissima cura asparagis.
16, 173 De origine eorum *in* silvestribus curis abunde dictum et quomodo *eos* iuberet Cato in harundine*tis* seri. est et aliud genus incultius asparago, mitius corruda, passim etiam in montibus nascens, refertis superioris Germaniae campis, non inficeto Ti. Caesaris dicto herbam ibi quandam nasci simillimam asparago.
146 nam quod in Neside Campaniae insula sponte nascitur longe optimum existimatur. hortensium seritur spongeis. est enim plurimae radicis altissumeque germinat. viret thyrso primum emicante, qui cau*l*em educens tempore ipso fastigatus est. in
147 toros striatus potest et semine seri. Nihil diligentius comprehendit Cato, novissimumque libri est, ut appareat recentem *han*c noti*ti*am fuisse. locum subigi iubet umidum aut crassum, semipedali undique intervallo seri, ne calcetur, praeterea ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti — videlicet semine
148 tum tantum serebantur — id fieri secundum aequinoctium

---

1. sectio] *ego*. et, *E*. nec, *Sr*. 2. etiam] *E*. iam, *Sr*. 3. habitu] *Strack*. habitum, *C*. admiridia, *E*. almiridia, *r*. 4. aiunt] *QSD*². *om*. *r*. 5. adservari si] *D*¹*S*. adservari, *D*²*E*. adservari is, *G*. adservarin, *F*¹. adservarint, *F*². adservasse, *Q*. 8. nitrive] *D*². nitruve, *r*. 13. inserendis, *DEF*. 14. in] *D*. et in, *E*. et, *r*. 15. solus, *DF*². solius, *F*¹. triumpho] *Q*. trium foliorum, *C*. 19. in] *D*²*S*. *om*. *r*. 20. in] *om*. *C*. 21. eas, *C*. harundineis, *DF*. arundineis, *r*. 25. eside, *DF*. 28. caudem, *C*. 28. 29. *dist*. *ego*. 29. striatur, *EG*(?). 30. recentem hanc notitiam] *ego*. repentem ac (ag, *EG*) noviciam (noticiam, *D*²)*C*. 33. demitti] *E*. dimitti, *r*.

vernum, stercore satiari, crebro purgari, caveri ne cum herbis
evellatur asparagus, primo anno stramento ab hieme protegi,
vere aperiri, sariri, runcari, tertio incendi verno. quo maturius
incensus est hoc melius provenit. itaque harundinetis maxime
5 convenit quae festinant incendi. sariri iubet idem non ante-
quam asparagus natus fuerit, ne in sariendo radices vexentur.
ex eo velli asparagum ab radice — nam si defringatur, stirpe- 149
scere et intermori — velli, donec in semen eat. id autem ma-
turescere ad ver, incendique, ac rursus, cum apparuerit aspara-
10 gus, sariri ac stercorari. ac post annos VIIII, cum iam vetus
sit, digeri subacto stercoratoque, tum spongeis seri, singulorum
pedum intervallo. quin et ovillo fimo nominatim uti, quoniam
aliud herbas creet. Nec quicquam postea temptatum utilius 150
apparuit, nisi quod circa id. Feb. defosso semine acervati*m* parvu-
15 lis scrobibus serunt, plurimum maceratum fimo. dein nexis inter
se radicibus spongeas factas post aequinoctium autumni dispo-
nunt pedalibus intervallis fertilitate in denos annos durante.
nullum gratius his solum quam Ravennatium hortorum. indi- 151 16, 173 19, 54
cavimus corrudam. hunc enim intellego silvestrem asparagum,
20 quem Graeci ὅρμινον aut μυάκανθον vocant aliisque nomini-
bus. invenio nasci et arietis cornibus tunsis atque defossis.

(43.) Poterant videri dicta omnia quae in pretio sunt, ni 152
restaret res maximi quaestus non sine pudore dicenda. certum
est quippe carduos apud Carthaginem magnam Cordubamque
25 praecipue sestertia sena milia e parvis reddere *ar*eis, quoniam
portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, serimusque etiam
ea quae refugiunt cunctae quadripedes. carduos ergo duobus 153
modis, autumno planta, et semine ante nonas Martias, plantae-
que ex eo disponuntur ante id. Novemb. aut in locis frigidis
30 circa favonium. stercorantur etiam, si displicet, laetiusque pro-
veniunt. condiuntur quoque aceto melle diluto addita laseris
radice et cumini, ne quis dies sine carduo sit.

(44.) Cetera in transcursu dici possunt. Ocimum Pari- 154
*li*bus optime seri ferunt, quidam et autumno, iubentque, cum
35 in hiemem seratur, aceto semen perfundi. Eruca quoque et na-

---

13. herbas creet] herbas ereet, *DF*. herbesceret, *S*. 14. acervatis, *C*. 17. pedalibus] et (de, *DF*) pedalibus, *C*. 20. aliisque] *DS*. aliis ove, *F*. aliisve, *r*. 23. dicenda] *G*. decidenda, *r*. 25. sestertium, *EG*. areis] *Salm*. eis, *C*. 26. serimusque] D^2S. Que (quae, D^1)*r*. 27. cunctae] D^2. conctae, *S*. contiae, D^1F. consciae, *G*. *om*. *E*. 29. in] *E*. ut, *r*. 30. displicet] D^2. dis placet, *r*. 31. condiuntur] *QD*. conduntur, *r*. 33. 34. paribus, *C*. 35. hiemem] *D*. hiemen, *F*. hieme, *r*. semen] *d*. semen quae, *F*. semenque, *r*. et] D^2. *om*. *r*.

sturtium vel aestate vel hieme facillime nascuntur. eruca praecipue frigorum contemptrix diversae est quam lactuca naturae
155 concitatrixque veneris. idcirco iungitur illi fere in cibis, ut nimio frigori par fervor inmixtus temperamentum aequet. Nasturtium nomen accepit a narium tormento, et inde vigoris si- 5
gnificatio proverbio usurpavit id vocabulum veluti torporem excitantis. in Arabia mirae amplitudinis dicitur gigni.

156 (45.) Ruta quoque seritur favonio et ab aequinoctio autumni. odit hiemem et umorem ac fimum, apricis gaudet ac siccis terraque quam maxime lateraria. cinere vult nutriri, hic 1(
et semini miscetur ut careat urucis. Auctoritas ei peculiaris aput antiquos fuit. invenio mulsum rutatum populo datum a Cornelio Cethego in consulatu collega Quinti Flaminini comitis peractis. amicitia ei cum fico tantum, nusquam laetior pro-
157 venit quam sub hac arbore. seritur et surculo, melius in per- 1ε
foratam fabam indito, quae suco nutrit conprehendendo surculum. serit et se ipsa, namque incurvato cacumine alicuius rami, cum attigit terram, statim radicatur. Eadem et ocimo natura, nisi quod difficilius crescit. sed ruta runcatur non sine difficultate pruritivis ulceribus, ni munitis manibus id fiat oleove 2(
defensis. condiuntur autem et eius folia servanturque fasciculis.

158 (46.) Ab aequinoctio verno seritur apium semine paulum in pila pulsato. crispius sic putant fieri aut si satum calcetur cylindro pedibusve. proprium ei quod colorem mutat. honos in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeae. 2ε

159 (47.) Eodem tempore seritur menta planta vel, si nondum germinat, spongea. *non* minus haec umido gaudet. aestate viret, hieme flavescit. Genus eius silvestre mentastrum. ex hoc propagatur ut vitis, vel si inversi rami serantur. Mentae nomen suavitas odoris aput Graecos mutavit, cum alioqui mintha vo- 3(
caretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt; nunc autem
160 coepit dici ἡδύοσμον. Grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. semel sata diutina aestate durat. congruit
2, 108 18, 227 puleio, cuius natura in carnariis reflorescens saepius dicta est.

---

6. 7. excitantis] *d.* exeratis, *E.* excitatis, *r.* 11. ei] *Q.* et et, *G.* et, *r.* 12. mulsum] *Q.* multum, *F.* mustum, *r.* 13. collega — Flaminini] *uncis inclusit Urlichs vind. 411.* flamminini, *F.* flamini, *EQ.* 14. ei] *d.* e, *Q.* et, *r.* 17. serit] *Sillig.* seri, *C.* 19. arescit, *C.* ruta] *Urlichs vind. 412.* durata, *C.* 20. pruritivis] *Hard.* pruritus, *d.* proratuus, *F*¹. proritiuus, *r.* 21. condiuntur] *S.* conduntur, *C.* 23. pila] pilato, *C.* 27. spongea] *om. FG.* non] *Hard. om. C* 28. genus] hoc genus, *C.* 31. declinaverunt] *Q.* clinaverant, *G.* declinaverant, *r.* 31. 32. nunc — ἡδύοσμον] *Q. om. C.* 32. mento, *E*, mentoi, *F. om. G.*

haec quoque servantur simili genere, mentam dico puleiumque et nepetam, condimentorum *i*am omnia. fastidiis cuminum amicissumum. nascitur in summa tellure vix haerens et in sub- 161
lime tendens, in putribus et calidis maxime locis medio seren-
5 dum vere. alterum eius genus silvestre, quod rusticum vocant, alii Thebaicum, si tritum ex aqua potetur in dolore stomachi, in Carpetania nostri orbis maxime laudatur, alioqui Aethiopico Africoque palma est. quidam h*ui*c Aegyptium praeferunt.

(48.) Sed praecipue olusatrum mirae naturae est. hippo- 162
10 selinum Graeci vocant, alii zmyrnium. e lacrima caulis sui nascitur. seritur et radice. sucum eius qui colligunt murrae saporem habere dicunt, auctorque est Theophrastus murra sata natum. Hipposelinum veteres praeceperant in locis incultis, 163
lapidosis iuxta maceriam seri — nunc et repastinato seritur et
15 a favonio post aequinoctium autumnum — quippe cum capparis quoque seratur siccis maxime, area in defossum cav*a*ta, ripisque undique circumstructis lapide; alias evagatur per agros et cogit solum sterilescere. floret aestate, viret usque ad vergiliarum occasum, sabulosis familiarissimum. vitia eius quod trans maria
20 nascitur diximus inter peregrinos frutices. 13, 127

(49.) Peregrinum et careum gentis suae nomine appellatum, 164
culinis principale. in quacumque terra seri vult ratione eadem qua olusatrum, laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia.

25 (50.) Ligusticum silvestre est in Liguriae suae montibus. 165
seritur ubique. suavius sativom, sed sine viribus. panacem aliqui vocant. Cratevas apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat, ceteri vero conyzam, id est cunilaginem, thymbram vero quae sit cunila. Haec aput nos habet vocabulum
30 et aliud satureia dicta in condimentario genere. seritur mense Februario, origano aemula. nusquam utrumque additur, quippe similis effectus. sed cunilae Aegyptium origanum tantum praefertur.

(51.) Peregrinum fuit et lepid*i*um. seritur a favonio, dein, 166

---

2. *dist. ego.* iam] *ego.* tam, *F.* tamen, *r.* omnia] *ego.* omnia quae, *C.* 3. nascitur] *om. F.* 3. 4. et in sublime] *om. F.* 7. nostri orbis] *E.* nigorbis, F^2. gorbis, F^1. nigorbi, *G.* 8. hoc, *C.* 10. caulis] *Q.* cautis, *C.* 14. seri] *om. F.* *dist. ego.* 16. cauta, *C.* 17. evagatur] *d.* eruatur, *E.* evatur, *r.* 21. nomen, *EG.* 25. ligusticum] *Q.* ligustricum, *C.* 26. ubique] etiam ubique, *G.* nec minus iam ubique, *Q.* 28. vero] *Q.* fere, *C.* est] es, *QF.* 29. cunicula] *C.* colnila, *Q.* 30. satureia] *Q.* saturea, F^1. satu regia (ragia, *E*)*r.* 31. aemula] QF^2. aemulu, F^1. aemulo, *r.* 34. lepidum, E. lapidum, r.

cum fruticavit, iuxta terram praeciditur, tunc runcatur stercoraturque, per biennium hoc. postea isdem fruticibus utuntur, si non saevitia hiemis ingruat, quando inpatientissimum est frigorum. exit et in cubitalem altitudinem, foliis lauri, sed mollius. usus eius non sine lacte.

167 (52.) Git pistrinis, anesum et anetum culinis et medicis nascuntur, sacopenium, quo laser adulteratur, et ipsum in hortis quidem, sed medicinae tantum.

(53.) Sunt quaedam comitantia aliorum satuus, ut papaver. namque cum brassica seritur ac porcil*l*aca, et eruca cum lactu-
168 ca. Papaveris sativi tria genera: candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. hoc et panis rustici crustae inspergitur, adfuso ovo inhaerens, ubi inferiorem crustam apium gitque ceriali sapore condiunt. alterum genus est papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus sucus excipitur. tertium genus rhoean vocant Graeci, id nostri erra-
169 ticum. sponte quidem, sed in arvis cum hordeo maxime nascitur, erucae simile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus deciduo, unde et nomen a Graecis accepit. De reliquis gene-
20, 198 ribus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinae loco. fuisse autem in honore apud Romanos semper indicio est Tarquinius Superbus, qui legatis a filio missis decutiendo papavera in horto altissima sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit.

170 (54.) Rursus alio comitatu aequinoctio autumni seruntur coriandrum, anetum, atriplex, malva, lapathum, caerefolium, quod paederota Graeci vocant, et acerrimum sapore igneique effectus ac saluberrimum corpori sinapi, nulla cultura, melius tamen planta tralata. quin e diverso vix est sato semel eo liberare
171 locum, quoniam semen cadens protinus viret. Usus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniae. cocuntur et folia, sicut reliquorum olerum. sunt autem trium generum: unum gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucae. semen optimum Aegyptium. Athenienses napy appellaverunt, alii th*l*aspi, alii saurion.

172 (55.) Serpyllo et sisymbrio montes plerique scatent, sicut

3. ingruat] *S.* ingravat, *C.* 4. lauri] *cod*, *Tol.* lauribus, *C.* 6. Gyt, *Q.* gyp, *F.* gip, *r.* pistrinis anesum] *Q.* pistrinus annesum, *C.* 7. sacopemum, *QF.* quo laser adulteratur] *Q. om. C.* 8. medicina, *EF.* 10. porcillaca] *Sillig.* portilaca, *C.* 16. rhoean] *codd. Salm.* rhyan, *C.* 26. malva, lapathum] balafathyum, *Q.* malva lapathi, *E.* mallie lapati, *F.* millie lapathi, *G.* cerefolium, *Q.* caerepollum, *C.* 27. igneique] *Sillig.* igneque, *E.* ignique, *Qr.* 30. cadens] *E.* candens, *FG.* candidum, *Q.* 35. thlaspi] *Hard.* thapsi, *C.*

Threciae. utique deferunt ex his avulsos ramos seruntque, item Sicyone ex suis montibus et Athenis ex Hymetto. simili modo et sisymbrium serunt. laetissimum nascitur in puteorum parietibus et circa piscinas ac stagna.

9. (56.) Reliqua sunt ferulacei generis, ceu feniculum an- 173
guibus, ut diximus, gratissimum, ad condienda plurima, cum 8, 99
inaruit, eique perquam similis thapsia, de qua diximus inter 13, 124
externos frutices, deinde utilissima funibus cannabis. seritur a favonio; quo densior est eo tenerior. semen eius, cum est maturum, ab aequinoctio autumni destringitur et sole aut vento aut fumo siccatur. ipsa cannabis vellitur post vindemiam ac lucubrationibus decorticata purgatur. optima Alabandica, pla- 174
garum praecipue usibus. tria eius ibi genera. inprobatur cortici proximum aut medullae, laudatissima est e medio quae mesa vocatur. secunda Mylasea. quod ad proceritatem quidem attinet, Rosea agri Sabini arborum altitudinem aequat. Feru- 175
lae duo genera in peregrinis fruticibus diximus. semen eius 12, 123
in Italia cibus est. conditur quippe duratque in urceis vel anni spatio. [duo ea genera caules et racemi.] corymbian hanc vocant corymbosque quos condiunt.

10. (57.) Morbos hortensia quoque sentiunt sicut reliqua 176
terra sata. namque et ocimum senectute degenerat in serpyllum, et sisymbrium in zmintham, et ex semine brassicae vetere rapa fiunt, atque invicem. et necatur cuminum αἱμοδώρῳ, nisi repurgetur. est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in gracili solo nascens. alius privatim cumini morbus scabies. et ocimum sub canis ortu pallescit. omnia vero accessu mulieris menstrualis flavescunt. bestiolarum quoque genera innascuntur, 177
napis pulices, raphano urucae et vermiculi, item lactucis et oleri, utrique hoc amplius limaces et cocleae, porro vero privata animalia quae facillime stercore iniecto capiuntur condentia in id se. ferro quoque non expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum auctor est Sabinus Tiro in libro κηπουρικῶν quem Maecenati dicavit.

---

1. threciae] *S.* threcia. *F.* thracia, *r.* utique] *E.* utiqua, *G.* utaquae, *F.* 4. et] *om. FG.* 9. tenior, *G.* 10. distringitur, *EG.* 15. *dist. Urlichs vind. 415.* mlasea, *FG.* 19. duo — racemi] *uncis inclusit Urlichs vind. 416.* 22. senectute degenerat] *Ianus.* senec degenerat (degerat, F^1) iuti (lute, *E*)*C.* 23. et — zmintham] *om. E.* est et — zmintham (zonnintam, *G*)*r.* vetere] *Urlichs vind. 417.* veteris, *C.* 24. αἱμοδώρῳ] *Sillig.* ab imo dorso, *C.* 25. nisi in] d^2. susi in, d^1. sun, F^1. sunt, *r.* 30. utrique] *Q.* utriusque, *E.* utrisque, *r.* 31. stercore iniecto] iniecto stercore, *Q.* est stercore iniecto (iniectio, *F*)*C.* 33. sabinius, *QF.*

178 (58.) Idem contra formicas, non minimum hortorum exitium, si non sint rigui, remedium monstravit limum marinum aut cinerem opturandis earum foraminibus, sed efficacissime heliotropio herba necantur. quidam et aquam diluto latere
179 crudo inimicam his putant. Naporum medicina ervi aliquid una seri, sicut olerum cicer, arcet enim urucas. quo si omisso enatae sint, remedio est absinthi sucus decocti inspersus vel
18, 159 sedi [quam alii ἀείζωον vocant]. genus hoc herbae diximus.
180 Semen olerum si suco eius madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt, in totum vero necari urucas, si palo inponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, feminae dumtaxat. adversus urucas et cancrum fluviatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. sunt qui sanguineis virgis tangant ea quae nolunt his obnoxia esse. Infestant et culices riguos hortos, praecipue si sint arbusculae aliquae. hi galbano accenso fugantur.

181 11. Nam quod ad permutationem seminum attinet, quibusdam ex his firmitas maior est, ut coriandro, betae, porro, nasturtio, sinapi, erucae, cunilae et fere acribus, infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitae, cucumi, et aestiva omnia hibernis magis durant, minime autem gethyum. sed ex his quae sunt fortissima nullum ultra quadrimatum utile est, dumtaxat serendo. culinis et ultra tempestiva sunt.

182 (59.) Peculiaris medicina raphano, betae, rutae, cunilae in salsis aquis, quae et alioqui plurimum suavitati et fertilitati conferunt. ceteris dulcium aquarum rigua prosunt. utilissimae ex his quae frigidissimae et quae potu suavissimae. minus utiles e stagno et quas elices inducunt, quoniam herbarum semina invehunt. praecipue tamen imbres alunt, nam et bestiolae innascentes necantur.

183 12. (60.) His horae rigandi matutino atque vespera, ne infervescat aqua sole, ocimo tantum et meridie; nam etiam satum celerrime erumpere putant inter initia ferventi aqua aspersum. omnia autem tralata meliora grandioraque fiunt, maxime

---

3. opturantis, *Q.* obturandis, *E.* obdurandis, *r.* 5. ervi] *Sillig.* erut, *Q.* est si, *E.* e sui, *r.* aliquid] *Q.* aliquis, *C.* 7. anatae sint, *C.* enata est, *Q.* remedio] *Q.* remedium, *C.* vel] *Q. om. CS.* 8. quam — vocant] *uncis inclusit Urlichs vind. 418.* alii] *Q. om. CS.* ΑΙΖΩΝ, *Q.* angoum, *C.* angonen, *S.* 10. necari] *Q.* nec, *C.* necat, *S.* 14. nolunt his] *Q.* nolint iis (us, *F*)*CS.* 15. riguos ortos, *Q.* hortos riguos, *E.* riguos, *G.* riguus, F^2. riguis, F^1. 21. getym, *FG.* 27. 28. utiles e stagno] *d.* utile est et agno (gano, *E*)*r.* 28. ilices, *C.* 32. ocimum, *FGS.* meridie. Nam, *S.* meridianam, *F.* meridiana, *r.*

porri napique. in tralatione et medicina est, desinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium, lactucae, rapa, cucumis. Omnia autem silvestria fere sunt et foliis minora 184
et caulibus, suco acriora, sicut cunila, origanum, ruta. solum
5 vero ex omnibus lapathum silvestre melius. hoc in sativis rumix vocatur, nasciturque fortissimum, tradunt certe semel satum durare nec vinci umquam a terra, maxime iuxta aquam. sucus 185
eius cum tisana tantum in cibis leviorem gratioremque saporem praestat. silvestre ad multa medicamina utile est, adeoque ni-
10 hil omisit cura ut carmine quoque *con*prehensum reperiam, fabis caprini fimi singulis cavatis, si porri, erucae, lactucae, api, intubi, nasturti semina inclusa serantur, mire provenire. Quae sunt et silvestria eadem sativis sicciora intelleguntur et acriora.

(61.) Namque et sucorum saporumque dicenda differentia 186
15 est, vel maior in his sicut in pomis. sunt autem acres cunilae, origani, nasturti, sinapis, amari absinthi, centaurei, aquatiles cucumeris, cucurbitae, lactucae, acuti *thy*mi, cunila*ginis*, acuti et odorati apii, aneti, feniculi. salsus tantum e saporibus non nascitur, aliquando extra insidit pulveris modo, et cicer-
20 culis tantum.

(62.) Atque ut intellegatur vana ceu plerumque vitae per- 187
suasio, panax piperis saporem reddit et magis etiam siliquastrum ob id piperitidis nomine accepto, libanotis odorem turis, *z*myrn*ium* murrae. de panace abunde dictum est. libanotis locis 12, 127
25 putribus et macris ac roscidis seritur. radicem habet olusatri, nihil ture differentem. usus eius post annum stomacho saluberrimus. quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. zmyrn*i*um olus seritur isdem locis murramque radice resipit. 188
eadem et siliquastro satio. reliqua a ceteris et odore et sapore
30 differunt, ut anetum, tantaque est diversitas atque vis, ut non solum aliud alio mutetur sed etiam in totum auferatur. Apio eximunt coci de obsonis acetum, eodem cellari in saccis odo-

---

3. silvestria fere sunt et] fere sunt et silvestria, *C.* 5. sativis] *codd. Gel.* sata vis, *Q.* sativum, *C.* 5. 6. rumix] *QF.* rumex, *r.* 6. nasciturque fortissimum] *d.* nascuntur quae (que, *EG*) fortissimum, *C.* omnium fortissimum quae servantur, *Q.* tradunt] *Qd.* traditur, *E.* traduntur, *r.* 7. sucus] *Q.* usus, *C.* 10. prehensum, *EG.* praehensum, *F.* reperiam] reperi in, *E.* 13. sativis] *Urlichs vind. 419.* in sativis, *C.* 15. sicut in] *Q.* quam, *C.* 15. 16. culnilae, F^1. cuniculae, F^2. cunt, *Q.* 17. thymi] *Salm.* tumi, *QG.* mi, F^1. tami, *r.* cunilaginis] *Urlichs vind. 421.* cuniculae, *FS.* cunile, *Q.* cunilae, *r.* 19. 20. cicerculis] *Q.* circulis, *C.* 23. 24. zmyrnium] *Pint.* smyrna, *Q.* myrra, *C.* 24. panace] *d.* panice, *r.* 25. seritur] *Q.* seritur semine, *C.* 28. zmyrneum, *C.* myrrhaque, *S.* radicem, *FS.* resipet, *F.* recipit, *S.* 32. de] *Q. om. C.*

189 rem vino gravem. Et hactenus hortensia dicta sint, ciborum gratia dumtaxat. maximum quidem opus in iisdem naturae restat, quoniam proventus tantum adhuc summasque quasdam tractavimus. vera autem cuiusque natura non nisi medico effectu pernosci potest, opus ingens occultumque divinitatis et quo nullum reperiri possit maius. Ne singulis id rebus contexeremus iusta fecit ratio, cum ad alios medendi desideria pertinerent, longis utriusque dilationibus futuris, si miscuissemus. nunc suis quaeque partibus constabunt poteruntque a volentibus iungi.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XX.

1 (Sect. 1.) Maximum hinc opus naturae ordiemur et cibos suos homini narrabimus faterique cogemus ignota esse per quae vivat. nemo id parvum ac modicum existimaverit nominum vilitate deceptus. pax secum in his aut bellum naturae dicetur, odia amicitiaque rerum surdarum ac sensu carentium et, quo magis miremur, omnia ea hominum causa, quod Graeci sympathiam *et antipathiam* appellavere, quibus cuncta constant, ignes aquis restinguentibus, aquas sole devorante, luna pariente,
2 altero alterius iniuria deficiente sidere, atque, ut a sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnete lapide et alio rursus abigente a sese, adamanta *ra*rum opum gaudium, infragil*em* omni cetera vi et invictum, sanguine hircino rumpente, quaeque alia in suis locis dicemus paria vel maiora miratu. tantum venia sit a minimis sed a salutaribus ordienti primumque ab hortensis.

3 Cap. 1. (2.) Cucumin silvestrem esse diximus, multo infra
19, 74 magnitudinem sativi. ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium suco expresso semini, cuius causa nisi maturius inci-

4. medico] *d.* modico, *r.* 8. longis] *E.* longius, *Sr.* 15. nemo] *E.* ne, *r.* 16. utilitate, *FG.* dicetur] *G.* diceretur, *r.* 19. et antipathiam] *Pint. coll. l. 37, 59. om. C.* 20. aquas] *S. cod. Tol.* aqua, *C.* 23. adamanta rarum] *Urlichs vind. 422.* adamantarum, *cod. Tol.* adamatarum, *C.* infragili, *C.* 25. miratu] *cod. Tol.* miratus, *C.* 28. multo] *C.* non multo, *Q.* 30. maturius] *QE.* maturus, *r.*

datur, semen exilit oculorum etiam periculo. servatur autem decerptus una nocte, postero die inciditur harundine. semen quoque cinere conditur ad coerendam suci abundantiam, qui expressus suscipitur aqua caelesti atque subsidit, deinde sole
5 cogitur in pastillos ad magnos mortalium usus, obscuritates et vitia oculorum, genarum ulcera. Tradunt hoc suco tactis radicibus 4
vitium non attingi uvas ab avibus. radix autem ex aceto cocta podagricis inlinitur sucoque dentium dolori medetur, arida cum resina inpetiginem et scabiem quaeque psoram et lichenas vo-
10 cant, parotidas, panos sanat et cicatricibus colorem reddit, et foliorum sucus auribus surdis cum aceto instillatur.

(3.) Elaterio tempestivus est autumno, nec ullum ex me- 5
dicamentis longiore aevo durat. incipit a trimatu. si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igni lento in aceto
15 domet. melius quo vetustius, fuitque iam CC annis servatum, ut auctor est Theophrastus, et usque ad quinquagesimum annum lucernarum lumina extinguit. hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam extinguat scintillare sursum ac deorsum cogat. pallidum ac leve herbaceo ac scabro melius ac leniter 6
20 amarum. putant conceptus adiuvari adalligato semine, si terram non adtigerit, partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab enixu rapiatur extra domum. Ipsum cucumin qui magnificant nasci praecipuum in Arabia, 7
mox in Arcadia, Cyrenis alii tradunt similem heliotropio cuius
25 inter folia et ramos provenire magnitudine nucis iuglandis, semen autem esse ad speciem scorpionum cauda reflexa, sed candida. aliqui etiam scorpionem cucumim vocant efficacissimo 8
contra scorpionis ictum et semine et elaterio, et ad purgandam utrimque alvom. modus pro portione virium ab dimidio obolo
30 ad solidum, copiosius necat. sic et contra phthiriasim bibitur et hydropicis. inlitum anginas et arterias cum melle aut oleo vetere sanat.

2. (4.) Multi hunc esse aput nos qui anguinus vocetur, 9
ab aliis erraticus, arbitrantur, quo decocto sparsa mares non

---

3. conditur] *Ianus.* conciditur, *C.* coerendam, *FG.* 8. podagricis] *S.* podagris, *C.* 13. longiore aevo] *d.* longior ex exo (aevo, *E.*)*r.* longiori aevo, *S.* 16. ut] est, *FG.* et] *E.* sed, *Q.* ei, *r.* annum] *Q. om. C.* 17. lumine, *FG.* 22. enixu] *Sd.* exinu, *FG.* ex mura, E^1. ex muv, E^2. 26. cauda replexa, *C.* gaudere flexus, *Q.* 27. etiam] etiam ab, *C.* scorpionum, *E.* 28. scorpionis ictum] *Q.* scorpionem (scorpionum, *E*) ictus, *C.* 28.29. purgandam utrimque] *Q.* purgandum uterum, *E.* purgande utrumque, *r.* 29. alvom] Q^2. alvum, Q^1. alvosque, *E.* alvos, *r.* pro] *Q. om. C.* 31. aut] *Q.* et, *C.*

adtingunt. idem podagris eum et articularibus morbis decoctum in aceto inlinunt praesentaneo remedio, lumborum vero dolores semine sole siccato, dein trito, ϟXX pondere in hemina aquae dato sanant, tumores subitos inlito cum lacte mulierum. purgat eas elaterium, sed gravidis abortum facit. suspiriosis prodest, morbo vero regio in nares coniectum. lentigines ac maculas e facie tollit in sole inlitum.

10 (5.) Multi eadem omnia sativis cucumeribus adtribuunt, magni etiam sine is momenti. namque et eorum semen quantum tres digiti adprehenderint cum cumino tritum potumque in vino tussientibus auxiliatur, et phreneticis in lacte mulieris, et dysintericis acetabuli mensura, purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere. et iocineris vitiis in aqua mulsa. urinam movet ex vino dulci, et in renium dolore clysteribus simul cum cumino infunditur.

11 (6.) Qui pepones vocantur refrigerant maxime in cibo et emolliunt alvom. caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus inponitur. radix sanat ulcera concreta in modum favi, quae ceria vocant. eadem concitat vomitiones. siccatur, in farinam tunsa datur quattuor obolis in aqua mulsa, ita ut qui biberit quingentos passus postea ambulet. haec farina et in smegmata
12 adicitur. cortex quoque vomitionem movet, faciem purgat. hoc et folia cuiuscumque sativi inlita. eadem cum melle et epinyctidas sanant, cum vino canis morsus, item multipedae; sepa Graeci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori praecipue nocivam. morsum tumor insequitur et putrescit locus. ipse cucumis odore defectum animi refovet. coctos deraso cortice ex oleo, aceto et melle iucundiores esse certum est.

13 3. (7.) Cucurbita quoque silvestris invenitur, σομφὸς a Graecis appellata, inanis, unde et nomen, digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. huius conmanducatae sucus stomacho admodum prodest.

14 (8.) Colocynthis vocatur alia, ipsa plena semine, sed minor quam sativa. utilior pallida quam herbacea. arefacta per se

---

1. eum et] *Q.* cum, *C.* articularibus] *Q.* articuli, *E.* articulus, *F*[1]. articulis, *r.* 2. aceto inlinunt] *Q.* acetum illiniunt (inlinunt, *F.* linunt, *G*)*C.* 3. dolores] *QS.* dolore, *C.* ϟXX] DXX, *Q.* X. XX, *F.* XXX, *r.* 4. aqua dato, *Q.* dato aquae (aque, *G*)*C.* sanat, *Q.* tumores] *codd. Gel.* umores, *C.* 8. cucumeribus] *Q. om. C.* 9. magnum, *FG.* 10. cum] *Q.* cum in, *C.* 15. cum] *d. om. r.* 16. Qui] ei. Qui, *d.* ei, *r.* 19. ceria] *Q.* cerea, *C.* concitat] *ego.* concitae, *S.* contrahit, *E.* contra, *F.* 19. farina, *C.* 23. et folia] *d.* et in folia, *r.* 24. sepa] *d.* saepe, *r.* 27. refovet] *Q. om. C.* 29. COMΦOC] *Q. spongos; CS.* 33. semine] *Q. om. C.*

inanit alvom. infusa quoque clysteribus intestinorum omnibus vitiis medetur et renium et lumborum et paralysi. eiecto semine aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias, sic tutissimo infunduntur oboli quattuor. prodest et stomacho farinae aridae 15
5 pilulis cum decocto melle sumptis. in morbo regio semina eius *VII* sumuntur et protinus aqua mulsa. carnes eius cum absinthio ac sale dentium dolorem tollunt, sucus vero cum aceto calefactus mobiles sistit. item spinae et lumborum ac coxendicum dolores, cum oleo si infricetur. praeterea, mirum dictu,
10 semina eius si fuerint pari numero in linteo adalligata febribus liberare dicuntur quas Graeci periodicas vocant. Sativae quoque 16
derasae sucus tepefactus auribus medetur, caro eius interior sine semine clavis pedum et suppurationibus quae Graeci vocant ἀποστήματα. decoctae autem universae sucus dentium
15 motus stabilit et dolores inhibet, vinum cum ea fervefactum oculorum etiam impetus. folia eius cum recentibus cupressi contusa et inposita, ipsa quoque tosta in argilla ac trita cum adipe anseris vulneribus medetur. nec non ramentis corticis 17
recens podagras refrigerat, et ardores capitis, infantium maxime,
20 et ignes sacros vel isdem strigmentis inpositis vel seminibus. sucus ex strigmentis inlitus cum rosaceo et aceto febrium ardores refrigerat. aridae cinis inpositus mire combusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis, sed omnium consensu stomacho utilissimae iudicantur et interaneorum vesicarumque
25 exulcerationibus.

(9.) Est et rapo vis medica. perniones fervens inpositum 18
sanat, item frigus pellit e pedibus. aqua decocti eius fervens podagris etiam frigidis medetur, et crudum tusum cum sale cuicumque vitio pedum. semen inlitum et potum in vino contra
30 serpentes et toxica salutare esse proditur, a multis vero antidoti vim habere in vino et oleo. Democritus in totum ea ab- 19
dicavit in cibis propter inflationes, Diocles magnis laudibus tulit, etiam venerem stimulari ab is professus, item Dionysius, magisque si eruca condirentur, tosta quoque articulorum dolori
35 cum adipe prodesse.

---

3. ea] *F.* eo, *E.* tutissimi, *E.* tutissime, *S.* 4. ex farina arida, *S.* 6. VII] *Sillig.* uti, *E.* vitii, *F.* 10. in linteo] *Q. om. C.* 11. liberare] *Sillig.* liberat, *Q.* mederi, *Sd*². *om. r.* 12. derase, *Q.* rasae, *C.* 15. motus] modus, *Q.* montis, *F.* mentis, *E.* 17. ipsae, *C.* 20. vel isdem stricmentis, *Q.* velis destringentis, *E.* velis destrigentis, *F.* 21. strigmentus, *Q.* trigmentes, *F.* 26. preniones, *Q.* pterniones, *S.* pulmones, *E.* fervens] *Q.* ferviens, *F.* serviens, *E.* 30. 31. antidoti vim] anti (ante, *F*¹) dantium, *C.* 31. in totum] *E.* a totum, *Fd.* 34. dolori] *d.* dolore, *r.* 35. prodesse] *codd.* Gel. prodest, C. prosunt, S.

20 (10.) Silvestre rapum in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido, duplo maiore quam papaver. hoc ad levigandam cutem in facie totoque corpore utuntur mixta *farina* pari mensura ervi, hordei et tritici et lupini. radix ad omnia inutilis.

21 4. (11.) Naporum duas differentias et in medicina Graeci 5 servant. angulosis foliorum caulibus, flore aneti, quod bunion vocant, purgationibus feminarum et vesicae et urinae utile decoctum, potum ex aqua mulsa vel suci drachma, semen dysintericis tostum tritumque in aqua calida e cyathis quattuor. sed urinam inhibet, si non lini semen una bibatur. alterum genus 10 buniada appellant et raphano et rapo simile, seminis praeclari contra venena. ob id et in antidotis utuntur illo.

22 (12.) Raphanum et silvestrem esse diximus. laudatissimus
19, 80 in Arcadia, quamquam et alibi nascitur, utilior urinae dumtaxat ciendae, cetero aestivosus. in Italia et armoraciam vocant. 15

23 (13.) Et sativi vero praeter ea quae circa eos dicta sunt
19, 80 stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant, bilem detrahunt. praeterea cortices in vino decocti mane poti ad ternos cyathos conminuunt et eiciunt calculos. idem in posca
24 decocti contra serpentium morsus inlinuntur. ad tussim etiam 20 mane ieiunis raphanus prodest cum melle, semen eorum tostum ipsumque conmanducatum, adliga*to* raphano aquam foliis eius decoctis bibere vel sucum ipsius cyathis binis contra phthiriasis, phlegmoni ipsos inlinere tusos, livori vero recenti corticem cum melle, veternosis autem quam acerrimos mandere, semenque 25
25 tostum, dein contritum cum melle suspiriosis. idem et contra venena prosunt, cerastis et scorpionibus adversantur, — vel ipso vel semine infectis manibus inpune tractaveris, inpositoque raphano scorpiones moriuntur —, salutares et contra fungorum aut hyoscyami venena atque, ut Nicander tradit, et contra san- 30 guinem tauri. *contra* viscum quoque dari Apollodori duo iubent, sed Ci*ti*eus semen ex aqua tritum, Tarentinus sucum. lienem item extenuant, iocineri prosunt et lumborum doloribus, hydro-

---

3. farina] *Hard.* urina, *C.* 4. mensura] *d.* mam (nam, *E*) supra, *r.* hervi, *F.* hevi, *E.* 6. flore aneti] *Sillig.* floreant et, *C.* 11. butinada, *F.* putinada, *E.* 13. laudatissimus] *codd. Hard.* laudatissimum, *C.* 14. in arcadia quamquam] *d*(?). *om. r.* 15. marmoraciam, *d.* marmorician, *r.* 17. urinam] *d.* ur. Nam, *r.* 18. vino] *Qd.* huno, *F.* humo, *E.* 22. adligato raphano] *Ianus.* alliga raphano, *d.* ad (*om. E*?) illagarapona, *r.* 24. phlegmoni] *codd. Gel.* flagmini, *E.* flemini, F^1. flegmini, F^2. 27. cerastis] *Pint.* ceratis, *Q.* ceteraseis, *C.* adversantur] *Q.* adversatur, *C.* 28. tractaveris] *Q.* tractavis, *F.* tractabis, *E.* 30. 31. sanguinem tauri] *Q. om. C.* 31. contra] *om. C.* 32. cilleus, *C.* tarentinum, *d.* terrentinum, *r.*

picis quoque ex aceto aut sinapi sumpti et lethargicis et comitialibus et melancholicis. Praxagoras et iliosis dandos censet, 26
Plistonicus et coeliacis. intestinorum etiam ulcera sanant ac purulenta praecordiorum, si cum melle edantur. quidam ad
5 haec coquere eos in luto malunt, sic et feminas purgari. ex aceto aut e melle sumpti intestinorum animalia detrahunt, idem ad tertias decocto eorum poto cum vino enterocelicis prosunt, sanguinem quoque inutilem sic extrahunt. Medius ad haec et 27
sanguinem excreantibus coctos dari iubet, et puerperis ad lactis
10 copiam augendam, Hippocrates capitis mulierum defluvia perfricari raphanis, et super umbilicum inponi contra tormenta volvae. reducunt et cicatrices ad colorem. semen quoque ex aqua inpositum sistit ulcera quae phagedaenas vocant. De- 28
mocritus venerem hoc cibo stimulari putat, ob id fortassis voci
15 nocere aliqui tradiderunt. folia quae in oblongis dumtaxat nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur, ubi vero acrior raphani medicina admota sit, hysopum dari protinus imperant. haec antipathia est. et aurium gravitati sucum raphani instillant. nam vomituris summo cibo esse eos utilissimum est.

20 (14.) Pastinacae simile hibiscum, quod molochen agrian 29
vocant et aliqui πλειστολοχείαν, ulceribus, cartilagini, ossibus fractis medetur. folia eius ex aqua pota alvom solvunt, serpentes abigunt, apium, vesparum, crabronum ictibus inlita medentur. radicem eius ante solis ortum erutam involvunt lana co-
25 loris quem nativum vocant, praeterea ovis quae feminam peperit, strumisque vel suppuratis alligant. quidam ad hunc usum auro effodiendam censent, cavendumque ne terram adtingat. Celsus et podagris quae sine tumore sint radicem eius in vino decoctam inponi iubet.

30 5. (15.) Alterum genus est staphylinus, quod pastinacam 30
erraticam vocant. eius semen contritum et in vino potum tumentem alvum et suffocationes mulierum doloresque lenit in tantum ut vulvas corrigat, inlitum quoque e passo ventri earum prosit, et viris vero prosit cum panis portione aequa tritum ex

---

1. sumpti, *Q.* exsumpti, *C.* 1. 2. et comitialibus et melancholicis] *Q. om. C.* 5. in luto] in luto illitos (inlitos, *F*)*C.* 6. aut e melle] *ego.* autem melle, *Q.* et melle (mlle, *F*)*C.* idem] *Q.* item, *C.* 7. enterocoelicis, *Q.* enterocelis, *C.* 9. exscreantibus, *d.* excruciantibus, *r.* 10. 11. perfricari] *Q.* fricari, *E.* fricasi, *F.* 12. cecatrices, *Q.* cicatricem, *C.* 15. oblongius, *F.* 21. *ΠΛΕΙCΤΟΛΟΧΕΙΑΝ*, *Q.* plistiolotiam, *C.* cartilagini ossibus] *E.* cartilagint ossibus, *F.* cartilaginibus, *Q.* 23. Appium, *Q.* apum, *C.* 29. iubet] *d.* iubent, *r.* 31. erraticam] *F.* erbaticam, *Q. om. E.*

vino potum contra ventris dolores. pellit et urinam, et phagedaenas ulcerum sistit recens cum melle inpositum vel aridum
31 farina inspersum. radicem eius Dieuc*h*es contra iocineris ac lienis ac lumborum et renium vitia ex aqua mulsa dari iubet, Cleophantus et dysintericis veteribus. Philistio in lacte coquit et ad stranguriam dat radicis uncias quattuor, ex aqua hydropicis, similiter et opisthotonicis et pleuriticis et comitialibus. habentes eam feriri a serpentibus negantur, aut qui ante gustaverint non laedi. percussis inponitur cum axungia, folia contra
32 cruditates manduntur. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortassis quoniam venerem stimulari hoc cibo certum est. ideo conceptus adiuvari aliqui prodiderunt. Ad reliqua et sativa pollet. efficacior tamen silvestris magisque in petrosis nata. semen sativae quoque contra scorpionum ictus ex vino aut posca salutare est. radice eius circumscalpti dentes dolore liberantur.

33 (16.) Syria in hortis operosissuma, unde quoque in proverbium Graecis multa Syrorum olera. simillimam staphylino herbam serit quam alii gingidion vocant, tenuius tantum et amarius eiusdemque effectus. estur coctum crudumque stomachi magna utilitate, siccat enim ex alto omnes eius umores.

34 (17.) Siser erraticum sativo simile est et effectu: stomachum excitat, fastidium absterget ex aceto laserpiciato sumptum aut ex pipere et mulso vel ex garo. urinam ciet, ut Ophion credit, et venerem. in eadem sententia est et Diocles, praeterea cordi convenire convalescentium aut post multas vomitio-
35 nes perquam utile. Heraclides contra argentum vivum dedit, et veneri subinde offensanti aegrisque se recolligentibus. Hicesius ideo stomacho *in*utile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret, esse tamen utile convalescentibus ad vinum transeuntibus. sativi privatim sucus cum lacte caprino potus sistit alvum.

36 (18.) Et quoniam plerosque similitudo nominum Graecorum confundit, conteximus et de sili, sed hoc est vulgatae notitiae. optimum *M*assiliense, lato enim grano et fulvo est,

---

2. 3. aridum farina inspersum] *codd. Gel.* aridae farina (farine, *F*) inspersum (inspersam, *d.* insupersam, *F*)*C.* 3. dieuces, *C.* ac] aut, *CS.* 4. ac lumborum] *Sd.* aelum (elum, *E*) lumborum, *r.* 12. conceptus] *d.* contemptus. *r.* 17. unde quoque] *S.* undique, *C.* 19. gingidion] *d.* gigidion, *r.* 22. simile] *d.* similis, *r.* effectu] *d.* effectus, *r.* 24. ophion] *S.* opion, *d.* opinion, *r.* 27. perquam] *d.* praeterquam, *r.* 28. offensanti] *codd. Gel.* offensantem, *C.* 29. inutile] *Sillig coni.* utile, *C.* 34. confundit] *d.* contundit, *r.* 35. asiliense, *C.*

secundum Aethiopicum nigrius, Creticum odoratissimum omnium. radix iucundi odoris est. semen esse et vultures dicuntur. prodest homini ad tussim veterem, rupta, convulsa in vino albo potum, item opisthotonicis et iocinerum vitiis et torminibus et
5 stranguriae duarum aut trium lingularum mensura. sunt et 37
folia utilia, ut quae partus adiuvent etiam quadripedum. hoc maxime pasci dicuntur cervae pariturae. inlinuntur et igni sacro, multumque in summo cibo concoctionibus confert, vel folio vel semine. quadripedum quoque alvom sistit sive tritum potui
10 infusum sive mandendo commanducatum. *e* sale boum morbis medetur vel si tritum infunditur.

(19.) Inula quoque a ieiunis commanducata dentes con- 38
firmat. si eruta est, ut terram non adtingat, condita tussim emendat, radicis vero decoctae sucus *tae*nias pellit, siccatae
15 autem in umbra farina tussi et convulsis et inflationibus et arteriis medetur. venenatorum morsus abigit. folia ex vino lumborum dolori inlinuntur.

(20.) Cepae silvestres non sunt. sativae olfactu ipso et 39
delacrimatione caligini medentur, magis vero suci inunctione.
20 somnium etiam facere traduntur et ulcera oris sanare commanducatae cum pane, et canis morsus virides ex aceto inlitae aut siccae cum melle et vino, ita ut post diem tertium solvantur. sic et trita sanant. coctam in cinere et epiphoris multi *in*posuere cum farina hordeacia et genitalium ulceribus.
25 suco et cicatrices oculorum et albugines et argema inunxere, 40
et serpentium morsus et omnia ulcera cum melle, item auricularum cum lacte mulierum, et in isdem sonitum aut gravitatem emendantes cum adipe anserino aut cum melle stillavere.
et ex aqua bibendum dederunt repente obmutescentibus. in 41
30 dolore quoque ad dentes coluendos instillavere et plagis bestiarum omnium, privatim scorpionum. alopecias fricuere et psoras tusis cepis. coctas dysintericis vescendas dedere et contra lumborum dolores, purgamenta quoque earum cremata in cinerem inlinentes ex aceto serpentium morsibus, ipsasque multipedae
35 ex aceto. Reliqua inter medicos mira diversitas. proximi in- 42

2. odoris] *E.* oris, *Fd.* 5. lingularum] *d.* ligularum, *E.* linguarum, *FS.* 7. igne, *Fd.* 10. *dist. ego.* e] *om. C.* saleque, *S.* 11. medetur vel] *S. om. C.* si] *S.* sit, *EF.* sic, *d.* 13. eruta est ut] *ego.* ut eruta est et, *C.* 14. suco, *F.* tenias, *Fd.* tineas, *E.* 15. autem] *E.* aut, *Fd.* 23. cocta, *Fd.* cinere et] *E.* cinerem, *Fd.* 24. posuere, *C.* 26. ulcera] *Q.* vulnera, *C.* 30. 31. bestiarum] *E.* vesticarunt, *F.* vesicarum, *d.* 33. cremata] *E.* crementa, *F.* cremantes, *d.* cinere, *Fd.* 34. ipsasque] *codd. Gel.* in ipsas (ipsa, *S*) quoque (quae, *F.* que, *d*)*CS.* 35. inutiles] *d.* utiles, *E.*

utilis esse praecordiis et concoctioni, inflationemque et sitim
facere dixerunt. Asclepiadis schola ad colorem quoque validum
profici hoc cibo et, si ieiuni cotidie edant, firmitatem valetudinis
43 custodiri, stomacho utilem esse, spiritus agitatione ventrem mollire,
haemorrhoidas pellere subditas pro balanis, sucum cum suco 5
feniculi contra incipientes hydropisis mire proficere, item contra
anginas *cum* ruta et melle, excitari eadem lethargicos. Varro
quae sale et aceto *perfu*sa est arefactaque vermiculis non in-
festari auctor est.

44 6. (21.) Porrum sectivom profluvia sanguinis sistit naribus 10
contrito eo obturatis, vel gallae mixto aut mentae, item ex abortu
profluvia poto suco cum lacte mulieris. tussi etiam veteri et
pectoris ac pulmonis vitiis medetur. inlitis foliis sanantur vari
et ambusta et epinyctides — ita vocatur ulcus, quae *et* syce,
in angulo oculi perpetuo umore manans; quidam eodem nomine 15
45 appellant pusulas liventis ac noctibus inquietantis — et alia
ulcera cum melle trito, vel bestiarum morsus ex aceto, item
serpentium aliorumque venenatorum, aurium vero vitia cum felle
caprino vel pari mensura mulsi, stridores cum lacte mulieris,
capitis dolores, si in nares fundatur, dormiturisve in aures 20
46 duobus suci coclearibus, uno mellis. sucus et ad serpentium
scorpionumque ictum bibitur cum mero et ad lumborum dolo-
rem cum vini hemina potus. sanguinem vero excreantibus et
phthisicis et destillationibus longis vel sucus vel ex ipso cibus
prodest, item morbo regio vel hydropicis et ad renum dolores, 25
cum tisanae suco acetabuli mensura. idem modus cum melle
47 vulvas purgat. estur vero et contra fungorum venena, inponitur
et vulneribus, venerem stimulat, sitim sedat, ebrietatem discutit,
sed oculorum aciem hebetare traditur, inflationes quoque facere
quae tamen stomacho non noceant ventremque molliant. voci 30
splendorem adfert.

48 (22.) Capitato porro maior ad eadem vis est. sanguinem

---

3. si ieiuni] *d.* siciunt, *r.* 4. utilem] *S.* utile, *Ed.* ut ille, *F.* agitatioue] *d.* ac cogitatione, *E.* a cogitationem, *F.* 5. appellere, *C.* 6. hyppocrisis, *C.* 7. cum] *om. C.* ruta] d^2. rutae, *F.* rute, *r.* 8. perfusa] *ego.* pisa, *C.* arefactaque] arte falliantur, *F.* 10. sisti, *F.* naribus] *Q.* in auribus, F^1. in naribus, *r.* 12. mulieris] *Q.* mulierum, *C.* 13. vitiis] *Q.* vitia, *d.* vitiam, *r.* vari] *Sillig.* Varia, *Q.* sani, *C.* 14. quae et syce] quia sic ē (sicem, *E.* sic est, *d*)*C. om. Q.* 18. aliorumque venenatorum aurium] *Q.* aliorum, *CS.* 20. aures] *Q.* aurem, *E.* aure, *r.* 22. ictum] *Sillig.* ictu, *Q.* potum, *C.* 22. 23. dolorem] *Q.* dolores, *C.* 23. et] QF^2. e, *r.* 24. physicis. *F.* phiciis, *Q.* et] *Q. om. C.* 28. ebrietatem] *Q.* ebrietates, *C.* 30. noceant] *Sd.* noceat, *r.* voci] *E.* vocis, *Qr.* 32. porro] *Q.* vero, *S. om. C.* maiora de eadem vis est, *Q.* maiores ad eadem effectu, *C.*

reicientibus sucus eius cum gallae aut turis farina vel acacia datur. Hippocrates et sine alia mixtura dari iubet vulvasque contractas aperire se putat, fecunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri. contritum ex melle ulcera purgat. tussim et de- 49
5 stillationis thoracis, pulmonis et arteriae vitia sanat, datum in sorbitione tisanae vel crudum praeter capita sine pane, ita ut alternis diebus sumatur, vel si pura excreentur. sic et voci et veneri somnoque multum confert. capita bis aqua mutata cocta alvum sistunt et fluctiones veteres, cortex decoctus inlitusque
10 inficit canos.

(23.) Alio magna vis, magnae utilitatis contra aquarum et 50 locorum mutationes. serpentes abigit et scorpiones odore atque, ut aliqui tradidere, bestias, contra omnis ictus medetur potu vel cibo vel inlitu, privatim contra haemorrhoidas cum vino
15 redditum vomitu. ac, ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat, item hyoscyamum, canum morsus, in quae vulnera cum melle inponitur. ad serpentium quidem ictus 51 potum cum restibus suis efficacissime ex oleo inlinitur, adtri-
20 tisque corporum partibus, vel si in vesicas intumuerint. quin et suffitu eo evocari secundas partus existimat Hippocrates, cinere eius cum oleo capitis ulcera manantia sanitati restituens. suspiriosis coctum, aliqui crudum id dedere, Diocles hydropicis 52 cum centaurio aut in fico duplici ad evacuandam alvum, quod
25 efficacius praestat viride cum coriandro in mero potum, suspiriosis aliqui et tritum in lacte dederunt. Praxagoras et contra morbum regium vino miscuit et contra ileum in oleo et pulte, sic inlinens strumis quoque. antiqui et insanientibus dabant crudum, Diocles phreneticis elixum. contra anginas tritum in
30 posca gargarizari prodest. dentium dolorem tribus capitibus 53 in aceto tritis iuminuit, vel si decocti aqua coluantur addaturque ipsum in cava dentium. auribus etiam instillatur sucus

---

4. augeri] *Qd.* augere, *r.* purgat] *d.* purga, *F.* purgare, *E.* curat, *Q.* 5. arteriae] *Q.* arteria, *C.* 7. 8. et veneri] *Q.* vel veneri, *Ed.* vel veneris, *F.* 9. alvi, *S.* sistunt] *Sd.* emolliunt, *Q.* si sit, *r.* et fluctiones] effluctiones, *d.* effluxiones, *S.* efluctiones, *r.* 11. contra] *Q. om. C.* 13. potum, *Q.* 14. illitu, *d.* inlitus, *Q.* inliri, *r.* 15. vomitu] *E.* vomitum, *Fd.* vomit. *Q.* araneorum murium] *Barb.* araneos et (aut, *F*) mures (muros, F^1)*C.* venenatum] *d.* veneratim, *r.* 16. 17. pardaliancheis] *codd. Gel.* paralianche, *Q.* pardalianchis, *C.* 19. sui, *E.* suir. F^1. 21. suffitu eo] suffito, *Q.* vocari, *E.* 26. aliqui] *E.* aliique, *Fd.* 27. aleum, *Fd.* alveum, *E.* 29. 30. in posca] *Qd.* inponat, *r.* 30. gargarizari] *Q.* gargarizare, *d.* carcarissare, *r.* 32. instillatus, *Fd.*

cum adipe anserino, phthiriasis et porrigines potum, item infusum cum aceto et nitro conpescit, destillationes cum lacte coctum vel tritum permixtumve caseo molli, quo genere et raucitatem
54 extenuat vel in pisi aut fabae sorbitione. in totum autem coctum utilius est crudo elixumque tosto. sic et voci plus confert. 5 *tae*nias et reliqua animalia interaneorum pellit in aceto mulso coctum, tenesmo in pulte medetur, temporum doloribus inlinitur elixum, et pusulis coctum, deinde cum melle tritum, tussi cum adipe vetusto decoctum vel cum lacte aut, si sanguis etiam excreetur, vel pura, sub pruna coctum et cum mellis pari modo 10
55 sumptum, convulsis, ruptis cum sale et oleo. nam cum adipe tumores suspectos sanat. extrahit fistulis vitia cum sulpure et resina, etiam harundines cum pice. lepras, lichenas, lentigines exulcerat sanatque cum origano, vel cinis eius ex oleo et garo inlitus, sic et sacros ignes. suggillata aut liventia ad 15
56 colorem reducit conbustum ex melle. credunt et comitialem morbum sanari, si quis eo in cibis utatur ac potione, quartanas quoque excutere potum caput unum cum laserpici obolo in vino austero — tussim et alio modo ac pectorum suppurationes quantaslibet sanat fractae incoctum fabae atque ita in cibo 20 sumptum donec sanitatem restituat. facit et somnos atque in
57 totum rubicundiora corpora — venerem quoque stimulare cum coriandro viridi tritum potumque e mero. vitia eius sunt quod oculos hebetat, inflationes facit, stomachum laedit copiosius sumptum, sitim gignit. cetero contra pituitam et gallinaceis 25 prodest mixtum farre in cibo. iumenta urinam reddere atque non torqueri tradunt, si trito natura tangatur.

58 7. (24.) Lactucae sponte nascentis primum genus est quam caprinam vocant, qua pisces in mare deiecta protinus necantur qui sunt in proximo. huius lact — is sucus — spis- 30 satum mox in aceto pondere obolorum duum adiecto aquae uno cyatho hydropicis datur. caule et foliis contusis, asperso sale,

---

1. 2. infusum] *d.* in usum, *r.* 2. conpescit] *d.* conspicit, *r.* 4. pisi aut] *Q.* thysia in *E.* pthisi avi (aut, *d*)*r.* 5. tosto] *C.* toto, *Q.* plus] *Q. om. C.* 6. tineas] *C.* 7. inlinitur] *Q.* inlinetum, *EF.* illitum, *d.* 8. deinde] dehinc, *Q. om. d.* 9. aut] *E.* ut, *Fd.* 10. exscreetur, *d.* excretur, F^2. excretum, *r.* coctum] *codd. Gel.* potum. *C.* 16. conbustum] *QE.* combustus, *F.* combustos, *d.* 17. cibis] *F.* civis, *Q.* cibo, *Ed.* 19. *dist. ego.* ac pectorum] *E.* acceptorunt, F^1. acceptorum, F^2d^2. *om.* d^1. 20. cibo] *d.* cibos, *r.* 22. *dist. ego.* stimulare] *QEF.* stimulat, *dv.* 23. viride, *Q.* 28. genus est] *Q.* genus est (est genus, *F*) eius, *C.* 30. lact—is sucus—) *ego.* lactis sucus, *F.* lac, *Edv.*

nervi incisi sanantur. eadem trita ex aceto coluta matutinis bis mense dentium dolorem prohibet.

(25.) Alterum est genus quod Graeci caesapon vocant. 59
huius folia trita et cum polenta inlita ulceribus medentur. haec
5 in arvis nascuntur. tertium genus in silvis nascens ἰσάτιν vocant. huius folia trita cum polenta vulneribus prosunt. quarto infectores lanarum utuntur. simile erat lapatho silvestri foliis, nisi plura haberet et nigriora. sanguinem sistit, phagedaenas et putrescentia ulcera et quae serpunt sanat, item tumores
10 ante suppurationem, ignem sacrum. radice vel foliis prodest vel ad lienes pota. haec propria singulis.

(26.) Communia autem sponte nascentibus candor, caulis 60
interdum cubitali longitudine, *thyr*so et foliis scabritia. ex iis rotunda folia et brevia habentem sunt qui hieracion vocent,
15 quoniam accipitres scalpendo eam sucoque oculos tinguendo obscuritatem, cum sensere, discutiant. sucus omnibus candi- 61
dus, viribus quoque papaveri similis, carpitur per messes inciso caule, conditur fictili novo, ad multa praeclarus. sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum, argema, nubiculas, cica-
20 trices adustionesque omnes, praecipue caligines. inponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. idem sucus alvum purgat in 62
posca potus ad duos obolos. serpentium ictibus medetur in vino potus, et folia th*yr*sique triti ex aceto bibuntur. vulneri inlinuntur maxime contra scorpionum ictus, contra vero phalan-
25 gia commixto vino et aceto. aliis quoque venenis resistunt, 63
exceptis quae strangulando necant aut his quae vesicae nocent, item psimithio excepto. inponuntur et ventri ex melle atque aceto ad detrahenda vitia alvi. urinae difficultates sucus emendat. Cratevas eum et hydropicis obolis duobus in aceto *et*
30 cyatho vini dari iubet. quidam et e sativis colligunt sucum 64
minus efficacem. peculiares earum effectus praeter iam dictos 19, 127 sqq.
somnum faciendi veneremque inhibendi, aestum refrigerandi, stomachum purgandi, sanguinem augendi. non pauci restant,

---

1. colluta, *Ed.* conlutas *F.* collatas, *Q.* 2. dentis, *Q.* dentes, *F.* prohibent, *Ed.* 5. nascitur, *Fd.* nascens] *om. F.* ICCATIN, *Q.* ysatim, *d.* statim, *r.* 7. simile erat] *codd. Barb.* similiter (similis, *d.*) erat (*om. E*?)*C.* simile est, *Q.* 8. plura] *d.* plures, *r.* 9. et quae] quae, *E.* atque, *F.* aut quae, *d.* 10. *dist. ego.* 12. candore, *C.* 13. thyrso] et ipso (ipse, *d*)*C.* 14. hieracios, *Q.* heracliam, *Fd.* eracleam, *E.* 17. papaver, *F.* 23. thorsique, *E.* thorsiquae, *F.* torsique, *d.* 24. vero contra, *E.* 24. 25. phalangiam, *E.* longiam, *F.* 27. ex] *d.* et, *r.* 29. 30. et cyatho] cyathi, *Ed.* Quiato, F^2. Quiatho in, F^1. 30. colligunt] *d.* colliguntur, *r.* 31. effectus] *d. om. r.* praeter iam dictos] *ego.* praterimi (pater mi, *E*) dictus, *C.* 33. paucae, E.

quoniam et inflationes discutiunt ructusque lenes faciunt, concoctionem adiuvant, cruditatem ipsae numquam faciunt. nec ulla res in cibis magis aviditatem incitat inhibetque eadem. in causa alterutraque modus est. sic et alvum copiosiores sol-
65 vunt, modicae sistunt. lentitiam pituitae digerunt atque, ut aliqui tradiderunt, sensus purgant. stomachis dissolutis utilissimae adiuvantur in eo usu et oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes, si crassior pituita sit, scillite aut vino absinthite, si et tussis sentiatur, hysopite admixto. dantur coeliacis cum intubo erratico et ad duritiam praecordio-
66 rum. dantur et melancholicis candidae copiosiores et ad vesicae vitia. Praxagoras et dysintericis dedit. ambustis quoque prosunt recentibus, priusquam pusulae fiant, cum sale inlitae. ulcera etiam quae serpunt coercent, initio cum aphronitro, mox in vino. tritae igni sacro inlinuntur. convulsa et luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt, eruptiones
67 papularum ex vino et polenta. in cholera quoque coctas patinis dederunt, ad quod utilissimae quam maximi caulis et amarae. quidam et lacte infundunt. defervefacti hi caules et stomacho utilissimi traduntur, sicut somno aestiva maxime lactuca
19, 126 et amara lactensque, quam meconidem vocavimus. Hoc lacte et oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse praecipitur, dum tempestive *cum* capite inunguantur oculi et ad
68 vitia quae frigore in his facta sint. Miras et alias invenio laudes: thoracis vitiis prodesse non secus quam habrotonum cum melle Attico, conpurgari et feminas hoc cibo, semen sativarum contra scorpiones dari, semine trito ex vino poto et libidinum imaginationes in somno conpesci, temptantis aquas non nocere lactucam edentibus. quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

69 8. (27.) Nec beta sine remediis est utraque: sive candidae sive nigrae radix recens et madefacta suspensa funiculo contra serpentium morsus efficax esse dicitur, candida beta cocta et cum alio crudo sumpta contra taenias, nigrae radices

---

3. magis] *d. om. r.* 6. 7. utilissimae] *Urlichs vind. 426.* utilissime, *C.* 7. eos, *d.* usus, *Fd.* oxypor, *F.* asperitate, *Fd.* addita, *d.* 8. scillite] *d.* scillites. *r.* 9. absentite, *d.* absentites, *r.* 14. coercent initio] coercenti (coercendi, *E*) vitio, *C.* afonitro, *C.* 19. et] *Q. om. C.* lacti, *F.* laeti, *Q.* 22. et] /// ad, *d.* claritate, *F.* claritatem, *d.* 23. tempestivo, *F.* cum] *Ianus. om. C.* ad] *om. E.* 25. vitiis] *d.* ut his, *r.* 26. cum] *om. Fd.* 27. semini, *F.* poto] *Q.* potum. *C.* 28. compesci, *cod. Tol.* compescit, *Ed.* conpescit, *F.* conpescuntur, *Q.* aquas] *d.* aquis, *r.* 34. sumpta] *d.* sumpto, *r.* taenias] *Sillig.* tineas, *C.* radices] radices ita, *E.*

in aqua coctae porriginem tollunt, atque in totum efficacior esse traditur nigra. sucus eius capitis dolores et vertigines, item sonitum aurium sedat infusus his, ciet urinam. medetur 70
dysintericis iniecta et morbo regio, dolores quoque dentium
5 sedat inlitus sucus et contra serpentium ictuus valet, sed huic radici dumtaxat expressus. ipsa vero decocta pernionibus occurrit. alba epiphoras sedat fronti inlita, aluminis parvo admixto ignem sacrum. sine oleo trita sic et adustis medetur. et contra 71
eruptiones papularum, coctaque eadem contra ulcera quae ser-
10 punt inlinitur, et alopeciis cruda et ulceribus quae in capite manant. sucus eius cum melle naribus inlitus caput purgat. coquitur et modice cum lenticula addito aceto, ut ventrem molliat. validius cocta fluctiones stomachi et ventris sistit.

(28.) Est et beta silvestris quam limonium vocant, alii neu- 72
15 roidem, multum minoribus foliis tenuioribusque ac densioribus, undecim saepe caulium. huius folia ambustis utilia gustantium os adstringunt. semen acetabuli mensura dysintericis prodest. aqua autem betae radice decoctae maculas vestium elui dicunt, item membranarum.

20 (29.) Intubi quoque non extra remedia sunt. sucus eo- 73
rum cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit, idemque cum vino potus iocineris et vesicae, et epiphoris inponitur. erraticum apud nos quidam ambub*ai*am appellavere. in Aegypto cichorium vocant quod silvestre sit, sativum autem serim, quod
25 est minus et venosius.

(30.) Cichorium refrigerat. in cib*o* sumptum et inlitum 74
collectiones, sucus decocti ventrem solvit, iocineri et renibus et stomacho prodest. item, si in aceto decoquatur, urinae tormina discutit, item morbum regium e*x* mulso, si sine febri sit.
30 vesicam adiuvat. mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest ut emortuos partus trahat. adiciunt Magi suco totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri et quae velint

---

2. dolorem et, *Q.* dolores veteres et, *C.* 7. alba] *d.* albae, *E.* albe, *F.* 8. sic et] *Q.* licet, *C.* 9. ulcera] *E.* viscera, *Fd.* 11. inlitus] *Q.* inditus, *C.* 12. modice] *Q. om. C.* 14. 15. neuroidem] in euro. Idem, *Q.* ineuloidem, *C.* 16. undecim saepe caulium] fere undecim caulium, *Q.* foliis (*om. d.*) XI (*om. E*) saepe caulium, *C.* 17. os adstringunt] *E.* osati (usati, F^2) stringant, *Fd.* 18. aquae, *F.* autem betae] *Q.* et e (a, F^2d)*C.* decoctae] *d.* decocte, *Q.* coctae, *r.* 19. itemque, *Ed.* 23. ambubulam, *Fd.* ambulam, *E.* 26. in cibo] inde cibum, *C.* 29. ex] *ego.* et *Fd.* e, *E.* 30. adiuvant, *Fd.* 31. demortuos, *F.* magis, *Fd.* 32. faboraviliores, *d.* fabora utiliores (ut liores, F^1)*r.*

facilius impetrare, quando quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii pancration.

75 (31.) Et silvestre genus — alii hedypnoida vocant — latioris folii, stomachum dissolutum adstringit cocta, crudaque sistit alvum. et dysintericis prodest, magis cum lente. rupta et convulsa utroque genere iuvantur, item genitura quibus valetudinis morbo effluat.

76 (32.) Seris et ipsa lactucae simillima duorum generum est: silvestris melior, nigra ista et aestiva, deterior hiberna et candidior. utraque amara, stomacho utilissima, praecipue quem umor vexet. cum aceto in cibo refrigerant vel inlitae, discu-
77 tiuntque et alios quam stomachi. cum polenta silvestrium radices stomachi causa sorbentur, et cardiacis inlinuntur super sinistram mammam, et ex aceto, omnes hae et podagricis utilis et sanguinem reicientibus, item quibus genitura effluat, alterno dierum potu. Petronius Diodotus, qui anthologumena scripsit, in totum damnavit serim multis modis arguens, sed aliorum omnium opinio resistit.

78 9. (33.) Brassicae laudis longum est exsequi, cum et Chrysippus medicus privatim volumen ei dicaverit per singula membra hominis digestum, et Dieuches, ante omnis autem Pythagoras, et Cato non parcius celebraverit, cuius sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit
79 annis DC *Romanus populus.* In tres species divisere eam Graeci antiquissimi: crispam, quam selinada vocaverunt a similitudine api foliorum, stomacho utilem, alvum modice mollientem, alteram heliam, latis foliis e caule exeuntibus, unde caulodem quidam vocavere, nullius in medicina momenti. tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis et simplicibus densissimisque,
80 amarior sed efficacissima. Cato crispam maxime probat, dein levem grandibus foliis, caule magno. prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini scintillationique, *lieni*, stomacho, praecordiis crudam ex aceto ac melle, coriandro, ruta, menta, laseris radicula sumptam acetabulis duobus matutino, tantamque

1. impetrari, *C.* quando quidem] qn̄ (quō, *E.* qm̄, *d*) quidem (quidam, *E*)*C.* 2. chresion, *d.* chreteston, *F.* 3. est et, *d.* *dist. ego.* alii] *E.* aliorum, *F.* alterum, *d.* 5. rupta] riis, *F.* 9. ista et] ita est, *C.* 11. uror, F^2. oror, F^1. 14. hae et] haec, *d.* haec et, *r.* 15. genitura effluat] *ego.* geniturae (genitura, *E*) fluat (fluant, *d*)*C.* 16. anthologumena] *Pint.* anthologomena, *d.* antholongomena, *r.* 17. seriam, *d.* serian, *r.* 21. diocles, *d.* 24. Romanus populus] *Cf. Plin. Valerian. 4, 29. om. C.* 25. selinadam, *C.* 29. carambe, *C.* 32. scintillationibusque, *E.* scintillationeque, F^1. lieni] vel, *C.*

esse vim ut qui terat haec validiorem fieri se sentiat. ergo vel 81
cum his tritam sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam, podagrae autem morbisque articularis inlini cum rutae, coriandri et salis mica, hordei farina, aqua quoque eius decocta nervos
5 articulosque mire iuvari. si foveantur vulnera et recentia et vetera, etiam carcinomata quae nullis aliis medicamentis sanari possint foveri prius calida aqua iubet ac bis die tritam inponi. sic etiam fistulas et luxata et tumores evocari, quaeque discuti 82
opus sit. insomnia etiam vigiliasque tollere decoctam, si ieiuni
10 edint quam plurimam ex oleo et sale, tormina, si decocta iterum decoquatur addito oleo, sale, cumino, polenta. si ita sumatur sine pane, magis profuturam. inter reliqua bilem detrahi per vinum nigrum pota. quin et urinam eius qui brassicam 83
esitaverit adservari iubet, calefactamque nervis remedio esse.
15 verba ipsius subiciam ad exprimendam sententiam: pueros pusillos si laves ea urina, numquam debiles fieri. auribus quoque ex vino sucum brassicae tepidum instillari suadet, idque etiam tarditati audientium prodesse adseverat, et inpetigines eadem sanari sine ulcere.

20 (34.) Graecorum quoque opiniones iam et Catonis causa 84
poni convenit, in his dumtaxat quae ille praetermiserit. biles trahere non percoctam putant, item alvum solvere, eandemque bis coctam sistere. vino adversari ut inimicam vitibus, antecedente in cibis caveri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti.
25 hunc cibum et oculorum claritati conferre multum, sucum vero 85
crudae vel angulis tantum tactis cum Attico melle plurimum. facillime concoqui, ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat nihil esse utilius stomacho nervisque, ideo paralyticis et tremulis dari iubet et sanguinem excreantibus. Hippocrates 86
30 coeliacis et dysintericis bis coctam cum sale, item ad tenesmum et renium causa, lactis quoque ubertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans et purgationem feminis. crudus quidem caulis si mandatur, partus quoque emortuos pellit. Apollodorus adversus fungorum venena semen aut sucum bibendum censet, Phi-
35 listion opisthotonicis sucum ex lacte caprino cum sale et melle.

---

1. qui terat] *E.* qui terad, F^2. querad, F^1. quantum ad, *d.* 2. his] *d.* inis, *E. om. F.* 3. inlini cum] in linteum, *F.* ruta, *d.* coriandro, *Fd.* 4. micae, *Fd.* 7. die] de, *F.* 8. et luxata] eluxatas, *C.* quaeque] quoque, *E.* quosque, *Fd.* 10. edint] *Sillig coni.* edent, *C.* 12. detrahit, *d.* detrait, *F.* 14. esitaverit] (*erat* essitaverit) F^2. *om.* F^1. hesitaverit, *d.* aestimaverit, *E.* asservari, *d.* adiuvari, EF^2. *om.* F^1. 26. atiico, F^1. addito, *E.* 27. sensu, *F.* sensum, *d.* purgare, *F.* 29. exscreantibus, *d.* excruciantibus, *r.* 31. causa] *E.* causas, *r.*

87 invenio et podagra liberatos edendo eam decoctaeque ius bibendo. hoc et cardiacis datum et comitialibus morbis addito sale, item splenicis in vino albo per dies XL. ictericis nec non et phreneticis ra*di*cis crudae sucum gargarizandum bibendumque demonstrat, contra vero singultus cum coriandro et aneto et melle
88 ac pipere ex aceto. inlitam quoque prodesse inflationibus stomachi, item serpentium ictibus et sordidis ulceribus ac vetustis, vel aqua ipsa cum hordeacia farina, sucum ex aceto vel cum feno Graeco. sic aliqui et articulis podagrisque inponunt. epinyctidas et quidquid aliud serpit in corpore inposita levat, item repentinas caligines, has et si manditur ex aceto, suggillata vero et alios livores pura inlita, lepras et psoras cum alumine
89 rotundo ex aceto. sic e*t* fluentes capillos retinet. Epicharmus testium et genitalium malis hanc utilissime inponi, efficacius eandem cum faba trita item convolsis, cum ruta contra ardorem febrium et stomachi vitia, cum rutae semine ad secundas. et muris aranei morsus foliorum aridorum farina alterutra parte exinanit.

90 (35.) Ex omnibus brassicae generibus suavissima est *cy*ma, et*si* inutilis habetur, difficilis in *con*coquendo et renibus contraria. illud quoque non est omittendum, aquam decoctae ad tot usus laudatam faetere humi effusam. stirpium brassicae aridorum cinis inter caustica intellegitur, ad coxendicum dolores cum adipe vetusto, at cum lasere et aceto ins*tar* psilotr*i*
91 evulsis inlitus pilis nasci alios prohibet. bibitur et cum oleo subfervefactus vel per se elixus ad convolsa et rupta intus lapsoque ex alto. nulla ergo sunt crimina brassicae? immo vero apud eosdem animae gravitatem facere, dentibus et gingivis nocere. et in Aegypto propter amaritudinem non est*ur*.

92 (36.) Silvestris sive erraticae inmenso plus effectus laudat Cato, adeo ut aridae quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus rapto, vitia earum graveolentiamque sanare adfirmet. hanc alii petraeam vocant, inimicissimam vino,

---

4. radicis] raucis, *C.* 5. et melle] melle, *E.* 9. articulis] F^2. artilis, F^1. articulosis, *d.* conticulis, *E.* 13. et fluentes] effluentes, *C.* 16. et stomachi vitia cum rutae] *E.* cum stomacho viraevenor (iurevenora, *d*)*Fd.* semina, *F.* 19. 20. cyma etsi] *Barb.* quima et, *Fd.* quimet, *E.* 20. concoquendo] *Urlichs vind. 430.* quoquendo, F^2. quendo, F^1. coquendo, *Ed.* 22. faecere humi, F^2. facere humi, EF^1. humi foetere, *d.* 24. at] *E.* ac, *Fd.* instar] *Urlichs vind. 431.* inter, *C.* psiltr, F^1. psilotr, *r.* 29. non estur] non est, *Ed.* .ii. ē, *F.* 31. farinae, *F.* olfactoriae, *Fd.* 32. rato, *F.* nato, *d.* 33. sanare] *codd. Barb.* sanari, *C.* adfirment, *Fd.* adfirmant, *E.* peterean, *F.* peteream, *d.*

quam praecipue vitis fugiat aut, si non possit fugere, moriatur.
folia habet bina, rotunda, parva, levia, plantis oleris similior, 93
candidior sativa et hirsutior. hanc inflationibus mederi, melan-
cholicis quoque ac vulneribus recentibus cum melle, ita ne
5 solvantur ante diem septimum, strumis, fistulis in aqua contri-
tam Chrysippus auctor est. et alii vero conpescere mala cor-
poris quae serpant — nomas vocant —, item excrescentia ab-
sumere, cicatrices ad planum redigere, oris ulcera et tonsillas 94
manducatam et coctam suco gargarizato cum melle tollere,
10 item psoras et lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus
aluminis in aceto acri inlitis. Epicharmus satis esse eam contra
canis rabiosi morsum inponi, melius si cum lasere et aceto
acri, necari quoque canes ea, si detur ex carne. semen eius
tostum auxiliatur contra serpentes, fungos, tauri sanguinem.
15 folia cocta splenicis in cibo data et cruda inlita cum sulpure 95
et nitro prosunt, item mammarum duritiae. radicum cinis uvae
in faucibus tumenti tactu medetur, et parotidas cum melle in-
litus reprimit, serpentium morsus sanat. virium brassicae unum
et magnum argumentum addemus admirabile: crustae occupent
20 intus vasa omnia in quis aquae fervent, ut non sit avellere eas,
si brassica in his decoquatur, abscedunt.

(37.) Inter silvestres brassicas et lapsana est pedalis alti- 96
tudine, hirsutis foliis, sinapi similis, nisi candidior esset flore.
coquitur in cibo, alvum lenit et mollit.

25 (38.) Marina brassica vehementissime ex omnibus alvum
ciet. coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho
inimicissima.

(39.) Scillarum in medicina alba est — feminae nigrae — 97
quae candidissima fuerit utilissima erit. huic aridis tunicis
30 direptis quod relicum e vivo est consectum suspenditur lino
modicis intervallis. postea arida frusta in cadum aceti quam
asperrimi pendentia inmerguntur ita ne ulla parte vas contin-
gant. hoc fit ante solstitium, diebus XLVIII. gypso deinde 98
oblitus cadus ponitur sub tegulis totius diei solem accipienti-
35 bus. post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur,
acetum transfunditur. hoc clariorem oculorum aciem facit, sa-
lutare est stomachi laterumque doloribus *diebus* binis sum-

---

1. quam] quia, *E*. 2. bina] *d*. vina, *F*. una, *E*. 5. aquam, *C*. 6. chrysippo, *E*. auctor est] auctore, *E*. 10. cum] cumi, F^1. cuminis, F^2. 13. ex] *E*. et, *F*. in, *d*. 20. fervent] ferventum, *E*. ferventim, *Fd*. ea, *C*. 30. consequutum, *F*. 32. 33. continguat, *F*. contingat, *d*. 37. laterum, *Fd*. diebus] *om*. *C*. pinis, *E*.

ptum. sed tanta vis est ut avidius haustum exstinctae animae
99 momento aliquo speciem praebeat. prodest et gingivis et dentibus vel per se commanducata. taenias et reliqua ventris animalia pellit ex aceto et melle sumpta. linguae quoque recens subiecta praestat ne hydropici sitiant. coquitur pluribus modis, in olla quae coiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut
100 luto inlita, aut frustatim in patinis. et cruda siccatur, deinde conciditur coquiturque in aceto, tum serpentium ictibus inponitur. tosta quoque purgatur et medium eius iterum in aqua coquitur. usus sic coctae ad hydropicos, ad urinam ciendam tribus obolis cum melle et aceto potae, item splenicos et stomachicos, si non sentiant ulcus, quibus innatet cibus, ad tor-
101 mina, regios morbos, tussim veterem cum suspirio. Discutit et foliis strumas quadrinis diebus soluta, furfures capitis et ulcera manantia inlita ex oleo cocta. coquitur et in melle cibi gratia, maxime uti *con*coctionem facia*t*. sic et interiora purgat. rimas pedum sanat in oleo cocta et mixta resinae. semen eius lumborum dolori ex melle inponitur. Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam contra malorum medicamentorum introitum pollere tradit.

102 (40.) Ceterum bulbi ex aceto et sulpure vulneribus in facie medentur, per se vero triti nervorum contractioni et ex vino porrigini, cum melle canum morsibus; Erasistrato placet cum pice. idem sanguinem sistere eos tradit inlitos cum melle. alii,
103 si e naribus fluat, coriandrum et farinam adiciunt. Theodorus et lichenas ex aceto bulbis curat, erumpentia in capite cum vino austero aut ovo. et bulbos epiphoris idem inlinit et sic*cae* lippitudini media eorum. vitia quae sunt in facie rubentes maxime in sole inliti cum melle et nitro emendant, lentiginem cum vino aut cum *aceto*. vulneribus quoque mire prosunt per
104 se aut, ut Damion, ex mulso, si quinto die solvantur. isdem et auriculas fractas curat et testium pituitas. in articulorum doloribus miscent farinam. in vino cocti inliti ventri duritiam praecordiorum emolliunt. dysintericis in vino e*x* aqua caelesti temperato dantur, ad convulsa intus cum silphio pilulis fabae

1. exstincto, *Fd.* 2. alique, *F.* aliquae, *d.* 8. cum, *F.* 10. sic] *E.* si, F^2d. in, F^1. 16. concoctionem] *ego.* coctionem, *C.* facial] *Sillig coni.* facias, *C.* purgas primas, *Fd.* 19. contra] *om. E.* 20. pollere] *Pint.* pellere, *C.* 21. cetere, *F.* ceteri, *d.* 22. contractione, *d.* contractionem, *F.* contractionum, *E.* 23. porriginis, *F.* porrigis, *E.* cum] mixtum, *d.* 27. bulbis, *Fd.* 27. 28. siccae] *Ianus.* sice, *F.* sic, *Ed.* 30. cum aceto] *Urlichs vind. 435.* cucumi (cum cucumi, *F.* cumino, *d)* cocto, *C.* 33. cocta, *F.* coctam, *d.* 34. ex] et, *EF. om. d.*

magnitudine. ad sudorem tusi inlinuntur. nervis utiles, ideo et paralyticis dantur. luxata in pedibus qui sunt rufi ex iis ci- 105
tissime sanant cum melle et sale. venerem maxime Megarici stimulant, hortensi partum cum sapa aut passo sumpti, silve-
5 stres interaneorum plagas et vitia cum silphio pilulis devoratis sedant. horum semen contra phalangia bibitur in vino. ipsi 106
ex aceto inlinuntur contra serpentium ictus. semen antiqui bibendum insanientibus dabant. flos bulborum tritus crurum maculas varietatesque igni factas emendat. Diocles hebetari
10 oculos ab his putat. elixos assis minus utiles esse adicit et difficile concoqui ex vi uniuscuiusque naturae.

(41.) Bulbinem Graeci vocant herbam porraceis foliis, rubi- 107
cundo bulbo. haec traditur vulneribus mire utilis dumtaxat recentibus. bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia
15 habet nigra, ceteris longiora.

10. (42.) Inter utilissimos stomacho cibos asparagi tradun- 108
tur. cumino quidem addito inflationes stomachi colique discutiunt, idem oculis claritatem adferunt, ventrem leniter molliunt, pectoris et spinae doloribus intestinorumque vitiis prosunt, vino
20 cum coquantur addito. ad lumborum et renium dolores semen obolorum trium pondere, pari cumini bibitur. venerem stimulant, urinam cient utilissime, praeterquam vesica exulcerata, 109
radice quoque plurimorum praedicatione trita et in vino albo pota. calculos quoque exturbat, lumborum et renium dolores
25 sedat. quidam et ad vulvae dolorem radicem cum vino dulci propinant. eadem in aceto decocta contra elephantiasim proficit. asparago trito ex oleo perunctum pungi ab apibus negant.

(43.) Silvestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum 110
vocant, Attici orminum. huius ad supra dicta omnia efficacior
30 vis, et candidiori maior. morbum regium extenuant. veneris causa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. idem et semen valet cum aneto ternis utriusque obolis. datur et ad serpentium ictus sucus decoctus. radix miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. si sanguis per urinam reddatur, se- 111
35 men et asparagi et api et cumini ternis obolis in vini *cyathis*

---

2. luxata] *codd. Gel.* iuxta, *C.* 3. ventrem, *Fd.* 6. sedant. horum] *Ianus.* sedant sed animorum, *E*(?). sed animorum, *Fd.* 11. ex vi] *E.* et, *Fd.* 16. inter] *om. E.* utilissimos] *d.* utilissimo, *F.* utilissimus, *E.* stomachi, *F'd.* cibos] *d.* cibo, *F.* cibus, *E.* 20. coquuntur, *d.* 21. pari] *E.* parte *Fd.* 22. vesica] *Ianus.* vesicam, *C.* exulceratam, *F.* exhulceratam, *Ed.* 23. radicem, *C.* *dist. Urlichs vind. 435.* 28. aliqui corrudam] *codd. Salm. om. C.* 29. orminum] *codd. Salm.* ormini, *EF.* ormim, *d.* 35. cyathis] quinis, C.

duobus Chrysippus dari iubet. sic et hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet, item veneri, vesicae quoque nisi decoctum, quae aqua si canibus detur, occidi eos, in vino decoctae radicis sucum, si ore contineatur, dentibus mederi.

112 11. (44.) Apio gratia in volgo est. namque rami lactis potionibus per rura innatant et in condimentis peculiarem gratiam habent. praeterea oculis inlitum cum melle, ita ut subinde foveantur ferventi suco decocti, aliisque membrorum epiphoris per se tritum aut cum pane vel polenta inpositum mire auxiliatur. pisces quoque, si aegrotent in piscinis, apio viridi re-
113 creantur. verum apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sententiarum varietate est. distinguitur sexu. Chrysippus feminam esse dicit crispioribus foliis et duris, crasso caule, sapore acri et fervido, Dionysius nigriorem, brev*ioris* radicis, vermiculos gignentem, ambo neutrum ad cibos admittendum, immo omnino nefas, namque id defunctorum epulis feralibus dicatum
114 esse, visus quoque claritati inimicum. caule feminae vermiculos gigni, ideoque eos qui ederint sterilescere, mares feminasve, in puerperis vero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt. innocentiorem tamen esse marem. eaque causa est ne inter nefastos frutex damnetur. mammarum duritiam inpositis foliis
115 emollit. suaviores aquas potui incoctum praestat. suco maxime radicis cum vino lumborum dolores mitigat, eodem iure instillato gravitatem aurium. semine urinam ciet, menstrua ac secundas partus et, si foveantur semine decocto, suggillata reddit colori. cum ovi albo inlitum aut ex aqua coctum potumque renibus medetur, in frigida tritum oris ulceribus. semen cum vino vel radix cum veteri vino vesicae calculos frangunt. semen datur et arquatis ex vino albo.

116 (45.) Apiastrum Hyginus quidem melissop*h*yl*l*um appellat, sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. contexenda enim sunt omnia ex eodem nomine apud Graecos pendentia.

117 (46.) Ol*u*satrum, quod hipposelinum vocant, adversatur scorpionibus. poto semine torminibus et interaneis medetur, idem difficultatibus urinae semen eius decoctum ex mulso po-

---

1. duobus] *F*. duobus (diebus, *E*) quinis diebus, *Ed*(?). 6. portionibus, *Ed*. 12. varietate] *codd. Gel.* varietas, *Fd*. auctoritas, *E*. 14. brevem, *C*. 14. 15. vermiculos gignentem] *E*. vermiculo gignentem vermiculos, *Fd*. 16. nam, *E*. 17. esse] *d*. ipse, *r*. 24. gravitate, *F*. gravitati, *d*. auri, *E*. auria, *F*[1]. 26. aut] *E*. at, *d*. a[illegible], *F*. 30. melissopilum, *d*. melissopylum, *r*. 34. holisatrum, *C*.

tum. radix eius in vino decocta calculos pellit et lumborum ac lateris dolores. canis rabiosi morsibus potum et inlitum medetur. sucus eius algentes calefacit potus. quartum genus ex eodem aliqui faciunt oreoselinum, alto frutice recto, semine cumino simili, urinae et menstruis efficax. heleoselino vis privata contra araneos, sed et oreoselino feminae purgantur e vino.

12. (47.) Alio genere petroselinum quidam appellant in 118
saxis natum, praecipuum ad vomicas, coclearibus binis suci additis in cyathum marrubi suci atque ita calidae aquae tribus cyathis. addidere quidam buselinum differens brevitate caulis a sativo et radicis colore rufo, eiusdem effectus. praevalere contra serpentes potu et linitu.

(48.) Ocimum quoque Chrysippus graviter increpuit inutile 119
stomacho, urinae, oculorum quoque claritati, praeterea insaniam facere et lethargos et iocineris vitia, ideoque capras id aspernari, hominibus quoque fugiendum censens. addunt quidam tritum, si operiatur lapide, scorpionem gignere, commanducatum
et in sole positum vermes, Afri vero, si eo die feriatur quis- 120
piam a scorpione quo ederit ocimum, non posse servari. quin immo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris X marinis vel fluviatilibus trito convenire ad id scorpiones ex proximo omnis.
Diodorus in empiricis etiam pediculos facere ocimi cibum. se- 121
cuta aetas acriter defendit, nam id esse capras, nec cuiquam mentem motam, et scorpionum terrestrium ictibus marinorumque venenis mederi ex vino addito aceti exiguo. usu quoque conpertum deficientibus ex aceto odoratu salutare esse, item lethargicis et inflammatis refrigerationi, inlitum capitis doloribus cum rosaceo aut myrteo aut aceto, item oculorum epiphoris
inpositum ex vino. stomacho quoque utile inflationes ructu ex 122
aceto dissolvere sumptum, alvum sistere inpositum, urinam ciere, sic et morbo regio et hydropicis prodesse, etiam choleris destillationes stomachi inhiberi. ergo etiam coeliacis Philistio dedit, et coctum dysintericis, et contra Plistonicum aliqui et in tenesmo et sanguinem excreantibus in vino, duritia quoque praecordiorum. inlinitur mammis extinguitque lactis proventum. auribus 123
utilissimum infantium, praecipue cum adipe anserino. semen

1. radix eius] *E.* radicis, *F*². radis, *F*¹. radix, *d.* 4. oreoselinon, *Barb.* horto selinum, *Fd.* hortos helinum, *E.* alio, *C.* 6. sed et] de, *F.* 9. sucum, *F.* succum, *Ed.* 10. adicere, *F.* adiecere, *d.* boselinum, *F.* boselinon, *E.* fuselinon, *d.* 11. a] *d. om. r.* 16. censet, *Ed.* 19. a] *om. Fd.* 20. tradunt] *d.* traduntur, *r.* 22. emptiricis, *F.* emitericis, *E.* empiriticis, *d.* 24. mutam, *F.* 24. 25. malinorumque, *F.* malignorumque, *d.* 25. aceto, *Ed.* 31. dist. Urlichs *vind. 438.*

tritum et *h*austum naribus sternumenta movet et destillationes quoque capitis inlitum, vulvas purgat in cibo ex aceto. verrucas mixto a*t*ramento sutorio tollit. venerem stimulat, ideo etiam equis asinisque admissurae tempore ingeritur.

124 13. Silvestri ocimo vis efficacior ad eadem omnia, peculiaris ad vitia quae vomitionibus crebris contrahuntur vomicasque volvae, contra bestiarum morsus e vino radice efficacissima.

125 (49.) Erucae semen scorpionum venenis et muris aranei medetur, bestiolas omnes innascentes corpori arcet, vitia cutis in facie cum melle inlitum, lentigines ex aceto, cicatrices nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. aiunt verbera subituris
126 potum ex vino duritiam quandam contra sensum induere. in condiendis opsoniis tanta est suavitas ut Graeci euzomon appellaverint. putant, subtrita eruca si foveantur oculi, claritatem restitui, tussim infantium sedari. radix eius in aqua decocta
19, 154 fracta ossa extrahit. nam de venere stimulanda diximus, ** tria folia silvestris erucae sinistra manu decerpta et trita in aqua mulsa si bibantur.

127 (50.) E contrario nasturtium venerem inhibet, animum exa-
19, 155 cuit, ut diximus. duo eius genera. *album* alvum purgat, detrahit bilem potum ℵ pondere in aquae VII. strumis cum lomento inlitum opertumque brassica praeclare medetur. alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, visum compurgat, commotas mentis sedat ex aceto sumptum, lienem ex vino potum vel cum fico sumptum, tussim ex melle, si cotidie ieiuni su-
128 mant. semen ex vino omnia intestinorum animalia pellit, efficacius addito mentastro. prodest et contra suspiria et tussim cum origano et vino dulci, pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. panos discutit cum pice extrahitque corpori aculeos et maculas inlitum ex aceto, contra carcinomata adicitur ovo-
129 rum album. et lienibus inlinitur ex aceto, infantibus vero e melle utilissime. Sextius adicit ustum serpentes fugare, scorpionibus resistere, capitis dolore*s* contrit*o*, alopecias emendari addito sinapi, gravitatem aurium trito inposito auribus cum fico, dentium dolores infuso in aures suco, porriginem et ulcera capitis cum adipe anserino. furunculos concoquit cum fermento.

---

1. haustum] actum, F^1. auctum, *r*. movet] *om. Fd.* 3. caeramento, *F*. ceramento, *E*. eramento, *d*. 6. vomicisque, *E*. 7. contra] *F. om. Ed.* 14. claritate, *F*. claritati, *d*. 16. venere] ferenda, *F. lac. significavit Hard.* 20. album] *Urlichs vind. 439. om. C.* 21. ℵ] X, *F*(*Ed*?). 32. adicit ustum] *E*. adicitur ut, *F*. adicit ut, *d*. 33. dolores] *ego*. dolori, *d*. dolore, *r*. contrito] *Urlichs l. l. contrite, EF*. contra ire, *d*. emendare, *d*. 34. addito] *om. E*.

carbunculos ad suppurationem perducit et rumpit, phagedaenas 130
ulcerum expurgat cum melle. coxendicibus et lumbis cum polenta ex aceto infinitur, item licheni, unguibus scabris, quippe natura eius caustica est. optimum autem Babylonium, silvestri
5 ad omnia ea effectus maior.

(51.) In praecipuis autem medicaminibus ruta est. latiora 131
sativae folia, rami fruticosiores. silvestris horrida ad effectum est et ad omnia acrior. sucus exprimitur tunsae aspersa modice aqua, et in pyxide Cypria adservatur. hic copiosior datus
10 veneni noxiam obtinet, in Macedonia maxime iuxta flumen Aliacmonem, mirumque, cicutae suco extinguitur. adeo etiam venenorum venena sunt, quando cicutae sucus prodest manibus et faciei 132
colligentium rutam. cetero inter prima miscetur antidotis, praecipueque Galatica. quaecumque autem ruta et per se pro
15 antidoto valet foliis tritis ex vino sumptis, contra aconitum maxime et viscum, item fungos, sive in potu detur sive in cibo. simili modo contra serpentium ictus, utpote cum mustelae dimicaturae cum his rutam prius edendo muniant se. valent 133
et contra scorpionum et contra araneorum, apium, crabronum,
20 vesparum aculeos et cantharidas ac salamandras canisve rabiosi morsus. acetabuli mensura sucus e vino bibitur, et folia trita vel commanducata inponuntur cum melle ac sale vel cum aceto et pice decocta. suco perunctos et eum habentes negant feriri ab his maleficis, serpentisque, si uratur ruta, nidorem fugere.
25 efficacissima tamen est silvestris radix cum vino sumpta. eandem 134
adiciunt efficaciorem esse sub diu potam. Pythagoras et in hac marem minoribus herbaceique coloris foliis a femina discrevit, ea laetioribus foliis et colore. idem oculis noxiam putavit, falsum, quoniam scalptores et pictores hoc cibo utuntur oculorum
30 causa cum pane vel nasturtio, caprae quoque silvestres propter visum, ut aiunt. multi suco eius cum melle Attico inuncti 135
discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixae, vel puro suco angulis oculorum tactis. epiphoras cum polenta inposita lenit, item capitis dolores pota cum vino aut cum aceto
35 et rosaceo inlita, si vero sit cephalaea, cum farina hordeacia

---

4. silvestre, *Fd.* silure, *E.* 6. latiora] ratio, *E.* 8. tunsae] *ego.* tonsae, *F.* tonsa et, *E.* tunsa et, *d.* 10. in] *om. E.* macedoniam, *Ed.* machedoniam, *F.* 10. 11. Aliacmonem] *Vid. Dioscor. 3, 45.* anacimum, *Ed.* anacmum, *F.* 12. quando] *om. Fd.* faciei] *Sillig coni. om. C.* 14. et] aut, *C.* 15. ex] *F.* et, *d.* et pro, *E.* 17. similis, *Fd.* 18. muniant se.] *ego.* muniant sed, *Fd.* se muniant. sed, *Ev.* 23. decoctae, *F.* et eum] *ego.* etiam, *C.* fieri, *E.* 28. ea] *ego.* eam, *Ed.* etiam, *F.* latioribus, *Ed.* foliis et] et folii, *F.* colores, *Fd.* 30. caprae] *Hard.* atque, *C.* 35. sit cephalaea] *d.* sacephalici,

et aceto. eadem cruditates discutit mox et inflationes, dolores
136 stomachi veteres. vulvas aperit corrigitque conversas inlita in
melle toto ventre et pectore, hydropicis cum fico et decocta
ad dimidias partes potaque ex vino. sic bibitur et ad pectoris
dolores laterumque et lumborum, tussis, suspiria, pulmonum, 5
iocinerum, renium vitia, horrores frigidos. *ad* crapulae grave-
dines decocuntur folia poturis. et in cibo vel cruda vel decocta
conditav*e* prodest, item torminibus in hysopo decocta et cum
137 vino. sic et sanguinem sistit interiorem et narium indita, sic
et conlutis dentibus prodest. auribus quoque in dolore sucus 10
131 infunditur, custodito, ut diximus, modo in silvestri, contra tar-
ditatem vero sonitusque cum rosaceo vel cum laureo oleo aut
138 cumino et melle. sucus et phreneticis ex aceto tritae instilla-
tur in tempora et cerebrum. adiecerunt aliqui et serpyllum
et laurum inlinentes capita et colla. dederunt et lethargicis 15
ex aceto olfaciendum, e*t* comitialibus bibendum decoctae sucum
in cyathis quattuor ante accessiones quarum frigus intolerabile
139 est, alsiosisque et crudam in cibo. urinam quoque vel cruen-
tam pellit, feminarum etiam purgationes secundasque, etiam
emortuos partus, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro 20
pota itaque inlita. et vulvarum causa et suffire iubet. Diocles
et cardiacis inponit ex aceto et melle cum farina hordeacia, et
contra ileum decocta farina in oleo velleribus collecta. multi
vero et contra purulentas excreationes siccae drachmas duas,
sulpuris unam et dimidiam sumi censent, et contra cruentas 25
140 ramos tres decoctos in vino. datur et dysintericis cum caseo
in vino contrita. dederunt et cum bitumine infriatam potioni
propter anhelitum, ex alto lapsis seminis tres uncias. olei libra
vinique sextario inlinitur cum oleo coctis foliis partibus quas
frigus adusserit. si urinam movet, ut Hippocrati videtur, mirum 30
est quosdam dare vel*ut* inhibentem potui, contra incontinentiam
141 urinae. psoras et lepras cum melle et alumine inlita emendat,
item vitiligines, verrucas, strumas et similia cum tryc*h*no et
adipe suillo ac taurino sebo, ignem sacrum ex aceto et oleo
vel psimithio, carbunculum ex aceto. nonnulli laserpicium una 35

E. sa cephalaea, *F*². soephalaea, *F*¹. 6. ad] *om. C.* 7. potaturis, *Ed.* decocti, *E.* 8. conditave] decondita, *d.* ////decondita, *F.* decondit, *E.* 9. sic] cocta sic, *C.* indita sic] inditatis sic, *EF.* indita tussim, *d.* 10. doloris, *F.* doloribus, *d.* 11. modo in] *E.* modo e, *d.* modi e, *F.* 13. et] *F.* ad, *Ed.* 14 aliqui et] *E.* aliqui, *F*²*d.* aliquid, *F*¹. 16. et] de, *C.* 17. accessiones] *F*²*d.* successiones, *E.* cessiones, *F*¹. 21. inlita] *F.* inlitam, *Ed.* *dist. Ianus.* suffire] *d.* sufficere, *r.* 29. quas] *E.* quae, *d.* que, *F.* 30. ut] *E.* et, *Fd.* 31. vel, *C.* 33. trycno, *EF.* tricno, *d.*

inlini iubent, sine quo epinyctidas pusulas curant. inponunt
et mammis turgentibus decoctam et pituitae eruptionibus cum
cera, testium vero epiphoris cum ramis laureae teneris, adeo 142
peculiari in visceribus his effectu ut silvestri ruta cum axungia
5 veteri inlitos ramices sanari prodant, fracta quoque membra
semine trito cum cera inposito. radix rutae sanguinem oculis
suffusum et toto corpore cicatrices aut maculas inlita emendat.
ex reliquis quae traduntur mirum est, cum ferventem rutae
naturam esse conveniat, fasciculum eius in rosaceo decoctum
10 addita aloes uncia perunctis sudorem reprimere, itemque gene-
rationem inpediri hoc cibo. ideo in profluvio genitali datur 143
et venerem crebro per somnia imaginantibus. praecavendum
est gravidis abstineant hoc cibo, necari enim partus invenio.
eadem ex omnibus satis quadripedum quoque morbis in maximo
15 usu est, sive difficile spirantibus sive contra maleficorum ani-
malium ictus, infusa per naris ex vino aut, si sanguisugam
hauserint, ex aceto, et quocumque in simili morborum genere
ut in homine temperata.

14. (52.) Mentastrum silvestris menta est differens specie 144
20 foliorum quae sunt figura ocimi, pulei colore, propter quod
quidam silvestre puleium vocant. his commanducatis et inpo-
sitis sanari elephantiasin Magni Pompei aetate fortuito cuiusdam
experimento propter pudorem facie inlita conpertum est. eadem 145
inlinuntur bibunturque adversus serpentium ictus drachmis dua-
25 bus in vini cyathis duobus, adversus scorpionum cum sale, oleo,
aceto, item adversus scolopendras ius decocti. adversus omnia
venena servantur folia arida ad farinae modum. substratum
vel accensum fugat etiam scorpiones. potum feminas purgat, 146
sed partus necat. ruptis, convulsis, orthopnoicis, torminibus,
30 choleris efficacissimum, item lumbis, podagris inpositum. sucus
auribus verminosis instillatur. in regio morbo bibitur, strumis
inlinitur, somnia veneris inhibet, taenias pellit ex aceto potum,
contra porriginem ex aceto infunditur capiti in sole.

(53.) Mentae ipsius odor animum excitat et sapor avidi- 147

---

3. lauri, *d.* 9. decocto, F^2. decoto, F^1. 11. inpedire, *Fd.* 17. hauserint] *ego.* exhauserint, *C.* 18. temperato, *Fd.* tempera *E.* 20. quae sunt] *cod. Tol.* qua sunt, *Fd.* quasi, *E.* 24. serpentium — 26. scolopendras] *ego.* scorpionum (scorpionem, d^2) cum sale oleo (oleo et, *E*) aceto item adversus scolopen (scolopendras, *d.* scolopendras et, *E*) serpentium ictus drachmis (dragmis, *F*) duabus in (*om. d.*) vini cyathis (quiatis, *F*) duobus adversus scorpionum cum sale oleo aceto item adversus (scorpiones — adversus *om. Ed*) scolopendras, *C.* 29. sed] a partu sed, *E.* convulsis] *ego.* convulsis sed parcius (partus, *F*)*C.* 31. vermiosis, *Fd.* 32. omnia, *Fd.* taenias] *Sillig.* tineas, C.

tatem in cibis, ideo embammatum mixturae familiaris. ipsa
acescere aut coire denserique lac non patitur, quare lactis po-
tionibus additur, *ne huius* coagulati potu strangulentur. data
in aqua aut mulso eadem vi resistere et generationi creditur
148 cohibendo genitalia denseri. aeque maribus ac feminis sistit 5
sanguinem, et purgationes feminarum inhibet, cum amylo ex
aqua pota coeliacorum impetus. *Dalion* et vomicas vulvae cu-
ravit illa, iocinerum vitia ternis obolis ex mulso datis, item
sanguinem excreantibus in sorbitionem. ulcera in capite infan-
149 tium mire sanat, arterias umidas siccat, siccas adstringit, pi- 10
tuitas corruptas purgat in mulso et aqua, voci suco utilis, sub
certamine dumtaxat, qui et gargarizatur uva tumente adiecta
ruta et coriandro ex lacte. utilis et contra tonsillas cum alu-
mine, linguae asperae cum melle et convulsis intus per se
vitisque pulmonis. singultus et vomitiones sistit cum suco gra- 15
150 nati, ut Democritus monstrat. recentis sucus narium vitia spiritu
subductus emendat, ipsa trita choleras, in aceto quidem pota,
sanguinis fluctiones intus, ileum etiam inposita cum polenta et
si mammae tendantur. inlinitur et temporibus in capitis dolore,
sumitur et contra scolopendras et scorpiones marinos et ad 20
serpentes. epiphoris inlinitur et omnibus in capite eruptionibus,
151 item sedis vitiis. intertrigines quoque, vel si teneatur tantum,
prohibet. auribus instillatur cum mulso. aiunt et lieni mederi
eam *in* horto gustatam ita ne vellatur, si is qui mordeat dicat
se lieni mederi, per dies VIIII, aridae quoque farinam tribus 25
digitis adprehensam et stomachi dolorem sedare in aqua et si-
militer aspersa potione ventris animalia expellere.

152 (54.) Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo
puleio cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque deiectis.
qua de causa dignior e puleio corona Varroni quam e rosa 30
cubiculis nostris pronuntiata est, nam et capitis dolores inpo-
sita dicitur levare, quin et olfactu capita tueri contra frigorum
aestusque iniuriam et ab siti traditur, neque aestuare eos qui

---

1. embammatum] *codd. Gel.* inbammatum, *E.* inbambatum, *d.* inba-
batum, *F.* ipsae, *F.* ipse, *d.* 2. acescere] *codd. Gel.* aciescere, *Ed.*
accessere, *F.* deserique, *F²d.* deseri qua, *F¹.* 3. ne huius] et his,
C. 4. vi resistere] vires sistere, *Fd.* 5. densari, *Fd.* 7. impetum,
d. Dalion] *Sillig coni.* iratione, *EF².* e ratione, *F¹.* si rationem, *d.*
8. illa] *d.* illae, *E.* ille, *F.* multo, *Fd.* 11. 12. sub certamine uti-
lis, *E.* 14. convulsis] *Urlichs vind. 439.* convulsa eius, *C.* 15. et] *E.*
ut, *F²d.* in, *F¹.* 16. spiritus, *Fd.* 24. in] *om. C.* 25. farinam]
d. farinae, *E.* farina, *F.* 26. aqua] qua, *Fd.* 27. aspersa] *cod. Tol.*
aspera, *C.* 28. defectus, *Fd.* animi, *d.* 30. corona varroni] con-
tra vartini, *E.* 33. acytusque, *Fd.*

duos e puleio surculos inpositos auribus in sole habeant. in-
linitur etiam in doloribus cum polenta et aceto. femina effi- 153
cacior. est autem haec flore purpureo. mas candidum habet.
in nausias cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet,
5 sic et pectoris ac *ventris* dolorem, stomachi autem ex aqua.
item rosiones sistit et vomitiones cum aceto et polenta, alvum
solvit ex sale et aceto et polenta. intestinorum vitia melle de-
cocta et nitro sanat, urinam pellit ex vino et, si Amineum sit,
et calculos et interiores omnes dolores. ex melle et aceto se- 154
10 dat menstrua et secundas, vulvas conversas corrigit, defunctos
partus eicit. semen obmutescentibus olfactu admovetur, comi-
tialibus in aceto cyathi mensura datur. si aquae insalubres
bibendae sint, tritum aspergitur. salsitudines corporis, si cum
vino tractetur, minuit, nervorum causa et in contractione cum
15 sale et aceto et melle infricatur in opisthotono. bibitur ad 155
serpentium ictus decoctum, ad scorpionum in vino tritum, ma-
xime quod in siccis nascitur. ad oris exulcerationes, ad tussim
efficax habetur. flos recentis incensus pulices necat odore.
Xenocrates pulei ramum lana involutum in tertianis ante ac-
20 cessionem olfactandum dari aut stragulis subici et ita collocari
aegrum inter remedia tradit.

(55.) Silvestri ad eadem vis efficacior. simile est origano, 156
minoribus foliis quam sativum, et a quibusdam dictamnos vo-
catur. gustatum a pecore caprisque balatum concitat, unde
25 quidam Graeci littera mutata blechonem vocaverunt. natura
tam fervens est ut inlitas partes exulceret. tussi in perfrictione
fricari ante balinea convenit, et ante accessionum horrorem
convolsis et torminibus. podagris mire prodest, spasticis cum 157
melle et sale bibendum datur, pulmonum vitia excreabilia facit.
30 ad lienem cum sale utile est et vesicae et suspiriis et inflatio-
nibus, decoctum suco aequaliter, et vulvas corrigit et contra

---

2. feminae, *d.* femine, *F.* 2. 3. efficacius, *d.* efficatius, F^2. efficaus, F^1. 5. pectoris ac ventris] pectori acris, *E.* pecto maris, Fd^1. pectoris, d^2. *dist. ego.* 6. item rosiones] intercisiones, *E.* 6. 7. alvum solvit ex (et, *F*) — polenta (pulenta, *F*)]*F cod. Tol. om. Ed.* 7. 8. decocta] *d.* decocto, *r.* 10. vulvam, *Fd.* conversat, *F.* conversat ac, *d.* defunctis, F^2. defuncti, F^1. 11. obmutescentes, *E.* olfactu] *d.* olfactum, *r.* 13. 14. cum vino] *E.* omnino, *Fd.* 14. troctetur, F^1. tradetur, *E.* 15. infricatur] *d.* infrigatur, F^2. infiguratur, F^1. confringatur, *E.* 18. habentis, *Fd.* 19. involutum] *d.* lutum, *r.* 25. mutant, *E.* blechonem] *cod. Tol.* bleconem, *Fd.* albeconem, *E.* 26. tusci, *F.* tuso, *d.* perfrictiones, *d.* ferfrictiones, *F.* 27. accessionum horrorem] *d.* accessionem horrore, *r.* 28. spasticis] *Pint.* pasticis, *Fd.* hepaticis, *E.* 30. utile est] *E.* utilē, *F.* utile, *d.*

scolopendram terrestrem vel marinam, item scorpiones, privatimque valet contra hominis morsum. radix contra increscentia ulcera recens potentissima, arida vero cicatricibus decorem adfert.

158 (56.) Item puleio est nepetaeque societas. decocta in aqua ad tertias discutiunt frigora mulierumque menstruis prosunt et aestate sedant calores. nepeta quoque vires contra serpentes habet. fumum ex ea nidoremque fugiunt, qualia et substernere in metu eo dormituris utile est. tusa aegilopis inponitur et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto inlinitur. sucus eius instillatus naribus supinis profluvium sanguinis sistit, item radix quae cum myrti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur.

159 (57.) Cuminum est et silvestre, praetenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis, sed ut sativo magnus usus, in stomachi praecipue remediis. discutit pituitas, inflationes tritum et cum pane sumptum vel potum ex aqua vinoque, tormina quoque et intestinorum dolores. verumtamen omne pallorem
160 gignit bibentibus. ita certe ferunt Porci Latronis clari inter magistros dicendi adsectatores similitudinem coloris studiis contracti imitatos et paulo ante Iulium Vindicem adsertorem illum a Nerone libertatis captationi testamenti sic lenocinatum. narium sanguinem pastillis inditum vel ex aceto recens sistit et oculorum epiphoris per se inpositum, tumentibus cum melle
161 prodest. infantibus inponi in ventre satis est. morbo regio in vino albo a balineis datur, 15. Aethiopicum maxime in posca et in ligmate cum melle. Africano privatim urinae incontinentiam cohiberi putant. sativum datur ad iocineris vitia tostum, tritum in aceto, item ad vertiginem, is vero quos acrior urina mordeat in dulci tritum, ad vulvarum vitia in vino, praeterque inpositis vellere foliis, testium tumoribus tostum tritumque cum
162 melle aut cum rosaceo et cera. silvestre ad omnia eadem efficacius, praeterea ad serpentes cum oleo, ad scorpiones, scolopendras. sistit et vomitionem nausiasque ex vino quantum adprehenderint tres digiti. propter colum quoque bibitur inliniturque vel penicillis fervens, adprimitur fasciis. strangula-

---

1. 2. privatimve, *C.* 2. increscentis, *Fd.* 3. recens] *om. Fd.* 6. 7. prodest, *C.* 14. et] *om. E.* 20. 21. contra aucti, *Fd.* 22. captationi] *Sillig coni.* captatione, *C.* testamentis, *Fd.* 28. cohiberi] *d.* cohibere, *r.* 32. cera] *d.* cetera, *r.* 35. colum] *d.* celum, *E.* caelum, *FG.* quoque] *codd. Gel.* quemque, *C.* 36. penicillis] *E.* penicillus, *d.* penicillos, *r.* fasciis] *codd. Gel.* faciis, *E.* faceis, *F.* fateii, *G.*

tiones vulvae potum in vino aperit tribus drachmis in tribus cyathis vini. auribus instillatur ad sonitus atque tinnitus cum sebo vitulino vel melle. suggillatis inlinitur cum melle et uva passa et aceto, lentigini nigrae ex aceto.

(58.) Est cumino simillimum quod Graeci vocant ami. 163
quidam vero Aethiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates regium appellavit, videlicet quia efficacius Aegyptio iudicavit. plerique alterius naturae in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. similis autem et huic usus. namque et panibus Alexandrinis subicitur et condimentis interponitur. inflationes et tormina discutit, urinas et menstrua ciet, suggil- 164
lata, oculorum epiphoras mitigat, cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus privatimque cerastarum cum pari portione myrrae. colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. suffitum cum uva passa aut resina vulvam purgat. tradunt facilius concipere eas quae odorentur id per coitum.

(59.) De cappari satis diximus inter peregrinos frutices. 165
non utendum transmarino, innocentius est Italicum. ferunt 13, 127
eos qui cotidie id edunt paralysi non periclitari nec lienis doloribus. radix eius vitiligines albas tollit, si trita in sole fricentur. splenicis prodest in vino potus radicis cortex duabus drach- 166
mis, dempto balinearum usu, feruntque XXXV diebus per urinam et alvum totum lienem emitti. bibitur in lumborum doloribus ac paralysi. dentium dolores sedat tritum ex aceto semen vel decoctum vel manducata radix. infunditur et aurium 167
dolori decoctum oleo. ulcera quae phagedaenas vocant folia et radix recens cum melle sanant. sic et strumas discutit radix, parotidas vermiculosque cocta in aqua. iocineris doloribus tusa cum farina hordeacia inponitur. vesicae quoque malis medetur. dant et ad taenias in aceto et melle. oris exulcerationes in aceto decocta tollit. stomacho inutile*m* esse inter auctores convenit.

(60.) Ligusticum — aliqui panaces vocant — stomacho 168
utile est, item convolsionibus, inflationibus. sunt qui et cunilam bubulam appellaverint, uti diximus, falso. 19, 165

---

2. ad] *E.* ut, *r.* 6. quidam — Hippo] *om. E.* esse] F^2. est, *r.* 7. appellant, *F.* appellat, *E.* qua, *FG.* 8. iudicabit, *F.* iudicabat, *G.* 10. subiicitur, *E.* subdicitur, *r.* 11. ciet] *E.* ceset, *r.* 13. in vino] vino, *E.* mino, F^1. 21. trita] *E.* tritricae, G^1. tritritae, *r.* 22. prodesse, *C.* potus] *d.* potu, *E.* potis, *F.* poticis. G^1. poitis, G^2. 24. emittit, *FG.* mitti, *E.* 26. semen vel] semen, EF^1. 29. doloribus — 30. vesicae] *om. E.* doloribus] *cod. Tol.* doloris, *FG.* 32. inutile, *C.*

169 16. (61.) Cunilae praeter sativam plura sunt in medicina genera. quae bubula appellatur semen pulei habet utile ad vulnera commanducatum inpositum, ut quinto post die solvatur. et contra serpentes in vino bibitur ac tritum plagae inponitur. vulnera ab his facta perfricant ** item testudines cum serpentibus pugnaturae, quidamque in hoc usu panaceam vocant. sedat et tumores et virilium mala sicca vel foliis tritis, in omni usu mire congruens vino.

170 (62.) Est alia cunila, gallinacea appellata nostris, Graecis origanum Heracleoticum. prodest oculis trita addito sale. tussim quoque emendat et iocinerum vitia, laterum dolores cum farre, oleo et aceto sorbitione temperata, praecipue vero serpentium morsus.

171 (63.) Tertium genus est eius quae a Graecis mascula, a nostris cunilago vocatur, odoris foedi, radicis lignosae, folio aspero. vires eius vehementissimas in omnibus generibus earum tradunt, manipulo quoque eius abiecto omnes e tota domo blattas convenire ad eam, privatim adversus scorpiones ex posca pollere, foliis tribus ex oleo peruncto homine fugari serpentes.

172 (64.) E contrario quae mollis vocatur, pilosioribus ramis et aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis tactu eius cohae-
19, 187 rescentibus, altera turis, quam libanotida appellavimus. medetur utraque contra serpentes ex vino vel aceto, pulices etiam contritae cum aqua sparsae necant.

173 (65.) Sativa quoque suos usus habet. sucus eius cum rosaceo auriculas iuvat, ipsa ad ictus bibitur. fit ex ea montana, serpyllo similis, efficax contra serpentes. urinam movet, purgat a partu mulieres. concoctionem mire adiuvat et aviditatem ad cibos utraque vel in cruditate ieiunis in potione aspersa. luxatis quoque utilis, contra vesparum et similes ictus, ex farina hordeacia et posca utilissima. libanotidis alia genera suis locis dicentur.

174 17. (66.) Piperitis, quam et siliquastrum appellavimus,
19, 187 contra morbos comitiales bibitur. Castor taliter demonstrabat:

---

3. impositumque, *E*. 5. perfricant] *cod. Tol.* perfrigent, *C.* *lac. significavit Sillig.* 6. 7. sedant, *FG*. 12. farina, *E*. sorbitione] *d.* sorbitionem, *r*. 15. linose, F^2G. linose e, F^1. 15. 16. folia aspera, *FG*. 16. generibus earum] *E*. his generibus ad earum, *r*. 17. ex tota, *d.* e tuta, F^2G. et ut, F^1. et a, *E*. 18. 19. tollere, *FG*. 21. digitis] a digitis, *FG*. 22. libanotida appellavimus] *Sillig.* libanotidam appellaverimus, *C*. 25. habent, *FG*. 29. utramque, *FG*. 30. utiles, *FG*. 31. libanotides, *FG*. 33. peperiatis, F^1. piperiatis, *r*. 34. taliter] et aliter, *C*. demonstrabant, *FG*.

caule rubro et longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris suavitati et ructibus.

(67.) Origanum quod in sapore cunilae aemulatur, ut di- 175
5 ximus, plura genera in medicina habet. onitin, ali prasion 19, 165
appellant non dissimile hysopo. privatim eius usus contra rosiones stomachi in tepida aqua et contra cruditates, araneos scorpionesque in vino albo, luxata et incussa in aceto et oleo et lana.

10 (68.) Tragoriganum similius est serpyllo silvestri. urinam 176
ciet, tumores discutit, contra viscum potum viperaeque ictum efficacissimum, stomacho acida ructanti et praecordiis. tussientibus quoque cum melle datur et pleuriticis et peripleumonicis.

(69.) Heraclium quoque tria genera habet: nigrius latiori- 177
15 bus foliis, glutinosum, alterum exilioribus, mollius, sampsucho non dissimile, quod aliqui prasion vocare malunt. tertium inter haec medium est, minus quam cetera efficax. optimum autem Creticum, nam et iucunde olet, proximum Zmyrnaeum inodorius, Heracleoticum ad potum utilius, quod onitin vocant. com- 178
20 munis autem usus serpentes fugare, percussis esui dare decoctum, eo potu urinam ciere, ruptis, convolsis mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico aut cum hysopo acetabuli mensuris decoctum ad sextam, item *ad* scabiem, pruriginem, psoras in descensione balinearum. sucus auribus infunditur cum lacte
25 mulieris. tonsillis quoque *et* uvis medetur, capitis ulceribus. venena opi et gypsi extinguit decoctum, si cum cinere in vino 179
bibatur. alvum mollit acetabuli mensura, suggillatis inlinitur, item dentium dolori, quibus et candorem facit, cum melle et nitro. sanguinem narium sistit. ad parotidas decoquitur cum
30 hordeacia farina, ad arterias asperas cum galla et melle teritur, ad lienem folia cum melle et sale. crassiores pituitas et ni- 180
gras extenuat coctum cum aceto et sale sumptum paulatim. regio

---

4. cunelae, *F.* cunaele, *G.* cunilam, *E.* 5. onitin ali] conitin phalis, *G.* conipalis, F^1. coniphalis, *r.* 6. privatim] *E.* privatus, F^2. privatis, *r.* 7. aranea, *C.* 12. ruptati, F^1. ruptanti, *r.* 13. datur et] *E.* datur, *r.* peripleumonicis] *cod. Tol.* peripleumeticis, *C.* 16. praesion, *FG.* tertium] *G.* tertium est, *r.* inter] *d.* in, *r.* 17. medium est] medium, *E.* autem] *om. E.* 18. inodorius] *Urlichs vind. 440.* odorius, *E.* dorius, *r.* 19. otinin, *C.* 20. 21. aesuis dare eo decoctum potui, *FG.* 21. ciere] *d.* vere, *FG.* vele, *E.* medere, *FG.* 23. ad] *om. C.* 24. discensione, F^2G. discensiones, F^1. discessione, *E.* 25. mulieris] F^2. mulieres, F^1G. *om. E.* tonsillis] *cod. Tol.* toxillis, *C.* et uvis] fluviis, *E.* fluvis, *r.* 26. si cum] sucum, *FG.* in] *E.* et, *r.* 32. paulatium, *FG.*

morbo tritum cum oleo in nares infunditur. lassi perunguuntur ex eo ita ut ne *ven*ter attingatur. epinyctidas cum pice sanat, furunculos aperit cum fico tosta, strumas cum oleo et aceto et farina hordeacia, lateris dolores cum fico inlitum, fluctiones sanguinis in genitalibus tusum ex aceto inlitum, reliquias pur- 5
181 gationum a partu.

(70.) Lepidium inter urentia intellegitur. sic et in facie cutem emendat exulcerando, ut tamen cera et rosaceo facile sanetur. sic et lepras et psoras tollit semper facile et cicatricum ulcera. tradunt in dolore dentium adalligatum bracchio 1
qua doleat convertere dolorem.

182 (71.) Git ex Graecis alii melanthium, alii melaspermon vocant. optimum quam excitatissimi odoris et quam nigerrimum. medetur serpentium plagis et scorpionum. inlini ex aceto ac melle reperio incensoque serpentes fugari. bibitur 1
183 drachma una et contra araneos. destillationem narium discutit tusum in linteolo olefactum, capitis dolores inlitum ex aceto et infusum naribus, cum irino oculorum epiphoras et tumores, dentium dolores coctum cum aceto, ulcera oris tritum aut commanducatum, item lepras et lentigines ex aceto, difficultates 2
spirandi addito nitro potum, duritias tumoresque veteres et suppurationes inlitum. lacte mulierum auget continuis diebus sum-
184 ptum. colligitur sucus eius ut hyoscyami, similiterque largior venenum est, quod miremur, cum semen gratissime panes etiam condiat. oculos quoque purgat, urinam et menses ciet. quin 2
immo linteolo deligatis tantum granis XXX secundas trahi reperio. aiunt et clavis in pedibus mederi tritum in urina, culices suffitu necare, item muscas.

185 (72.) Et anesum adversus scorpiones ex vino habetur Pythagorae inter pauca laudatum sive crudum sive decoctum, item 3
viride aridumve omnibus quae condiuntur quaeque intinguntur desideratum, panis etiam crustis inferioribus subditum. saccis
186 quoque additum cum amaris nucibus vina commendat. quin ipsum oris halitum iucundiorem facit faetoremque tollit manducatum matutinis cum zmyrnio et melle exiguo, mox vino col- 35
lutum. vultum iuniorem praestat. insomnia levat suspensum in pulvino, ut dormientes olefaciant. adpetentiam ciborum prae-

---

2. ita ut] et, *E*. ne venter] neuter, *C*. 3. tosta] *d*. totas, *r*. 5. tusus, *FG*. 9. 10. ad cicatricem, *FG*. 17. olofactum, *FG*. 18. infusus, *FG*. 21. duritia, *FG*. 22. lacte] *E*. lactum, F^1. lactem, *r*. 25. condat, *FG*. 26. diligatis, *FG*. 32. crusti, *FG*. sagis, *FG*. 33. additum] *cod. Tol.* additur, *C*. maris, *FG*. 36. leva eius pensum, *F*. laevatur pensum, *V*.

stat, quando id quoque inter artificia deliciae fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. ob has causas quidam anicetum id vocavere.

(73.) Laudatissimum est Creticum, proximum Aegyptium. 187
5 hoc ligustici vicem praestat in condimentis, dolores capitis levat suffitum naribus. epiphoris oculorum Evenor radicem eius tusam inponit, Iollas ipsum cum croco pari modo et vino, et per se cum polenta ad magnas fluctiones extrahendisque si qua in oculos inciderint. narium quoque carcinodes consumit in-
10 litum ex aqua. sedat anginas cum hysopo ac melle ex aceto 188
gargarizatum, auribus infunditur cum rosaceo, thoracis pituitas purgat tostum, cum melle sumptum melius. cum acetabulo anesi nuces amaras L purgatas tere in melle ad tussim. facillime vero anesi drachmae tres, papaveris duae miscentur melle
15 ad fabae magnitudinem et ternae diebus sumuntur. praecipuum 189
autem est ad ructus. ideo stomachi inflationibus et intestinorum torminibus et coeliacis medetur. singultus et olfactum potumque decoctum inhibet. foliis decoctis digerit cruditates. sucus decocti cum apio olfactus sternumenta inhibet. potum
20 somnos concitat, calculos pellit, vomitiones cohibet et praecordiorum tumores, et pectorum vitiis, nervis quoque quibus succinctum est corpus utilissimum. prodest et capitis doloribus 190
instillari sucum cum oleo decocti. non aliud utilius ventri et intestinis putant, ideo dysintericis et in tenesmos datur tostum.
25 aliqui addunt et opium, pilulis in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches et ad lumborum dolores 191
suco usus est, semen hydropicis et coeliacis dedit tritum cum menta, Evenor radicem et ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma inposuit cum apio, item vulvarum
30 dolori, deditque bibendum cum aneto parturientibus. phreneticis quoque inlinunt vel recens cum polenta, sic et infantibus comitiale vitium, aut contractiones sentientibus. Pythagoras 192
quidem negat corripi vitio comitiali in manu habentes, ideo quam plurimum domi serendum, parere quoque facilius olfa-
35 ctantis, et statim a partu dandum potui polenta aspersa. Sosimenes contra omnes duritias ex aceto usus est eo et contra lassitudines in oleo decoquens addito nitro. semine eius poto lassitudinis auxilium viatoribus spopondit. Heraclides ad infla- 193

---

2. desit, *FV*. 5. capitis] *om. FV*. 6. Evenor] *Pint.* eveneror, *EF*. evenenor, V^1. et venena, V^2. 7. 8. et per] et cum per, *C*. 9. cardines, *FV*. 9. 10. illitum, *E*. in litem, *F*. inlia, V^1. illia, V^2. 13. annisi, *C*. terere, *FV*. 15. ternis, *E*. 20. somnos] *d*. somnus, *r*. 28. et] *om. E*. 32. confractiones, *FV*. 33. negat] om. EF.

tiones stomachi semen tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit, similiter ad ventris aut intestinorum inflationes et orthopnoicis quod ternis digitis prenderit seminis, tantundem hyoscyami cum lacte asinino. multi vomituris acetabula eius et folia lauri decem trita in aqua bibenda inter cenam suadent. 5
194 strangulatus vulvae, si manducetur et linatur calidum vel si bibatur cum castoreo in aceto et melle, sedat. vertigines a partu cum semine cucumeris et lini pari mensura ternum digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Tlepolemus ad quartanas ternis digitis seminis anesi et feniculi usus est in aceto et mellis cyatho 10
195 uno. lenit articularis morbos, cum amaris nucibus inlitum. sunt qui et aspidum venenis adversari naturam eius putent. urinam ciet, sitim cohibet, venerem stimulat, cum vino sudorem leniter praestat, vestes quoque a tineis defendit. efficacius semper recens et quo nigrius, stomacho tamen inutile est prae- 15 terquam inflato.

196 18. (74.) Anetum quoque ructus movet et tormina sedat, alvum sistit. epiphoris radices inlinuntur ex aqua vel vino. singultus cohibet semen fervens olfactu. sumptum ex aqua sedat cruditatis. cinis eius uvam in faucibus levat, oculos et 20 genituram hebetat.

197 (75.) Sacopenium quod apud nos gignitur in totum transmarino alienatur. illud enim hammoniaci lacrimae simile sagapemon vocatur. prodest laterum et pectoris doloribus, convolsis, tussibus vetustis excreationibusque, praecordiorum tumoribus. 25 sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienis, lumbos, perfrictiones. datur olfactandum ex aceto in strangulatu vulvae. ceteris et potui datur et cum oleo infricatur. prodest et contra mala medicamenta.

198 (76.) Papaveris sativi tria diximus genera, et sponte na- 30 scentis alia promisimus. e sativis albi calix ipse teritur et e vino bibitur somni causa. semen elephantiasi medetur. e nigro papavere sopor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, cum turgescit, ut Iollas, cum deflorescit, hora sereni diei tertia, hoc est cum ros in eo exaruerit. incidi iubent sub capite et calice, 35
199 nec in alio genere ipsum inciditur caput. sucus et hic et herbae cuiuscumque lana excipitur aut, si exiguus est, ungue pollicis, ut lactucis, et postero die magis quod inaruit. papaveris vero largus densatur et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi

---

15. inutile est] *E.* inutilem, *r.* 19. semen] *E.* et semen, *r.* 22. toto, *FV.* 30. tria] *V*, ita, *F. om. E.* 34. ut] *E.* vit, *F.* urt, *V.* tertia] V^2. *om. r.* 39. siccatur] *om. FV.* vi] *om. EF.*

soporifera modo, verum, si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos, opium vocant. sic scimus interemptum P. Licini Caecinae praetori viri patrem in Hispania Bavili, cum valetudo inpetibilis odium vitae fecisset, item plerosque alios. qua de 200
5 causa magna concertatio extitit. Diagoras *et* Erasistratus in totum damnavere ut mortiferum, infundi vetantes praeterea, quoniam visui noceret. addidit Andreas ideo non protinus excaecari eo, quoniam adulteraretur Alexandriae. sed postea usus eius non improbatus est medicamento nobili quod διὰ κωδυῶν
10 vocant. semine quoque eius trito in pastillos e lacte utuntur 201 ad somnum, item ad capitis dolores cum rosaceo, cum hoc et aurium dolori instillatum. podagris inlinitur cum lacte mulierum, — sic et foliis ipsis utuntur — item ad ignes sacros et vulnera ex aceto. ego tamen damnaverim collyris addi, mul-
15 toque magis quas vocant ληξιπυρέτους quasque πεπτικὰς et κοιλιακάς. nigrum tamen coeliacis in vino datur. sativum 202 omne maius. rotunda *ei* capita, at silvestri longa ac pusilla, set ad omnes effectus valentiora. decoquitur et bibitur contra vigilias, eademque aqua fovent ora. optimum in siccis et ubi
20 raro pluat. cum capita ipsa et folia decocuntur, sucus meconium vocatur multum opio ignavior. Experimentum opi est 203 primum in odore — sincerum enim perpeti non est — mox in lucernis, ut pura luceat flamma et ut extincto demum oleat, quae in fucato non eveniunt. accenditur quoque difficilius et
25 crebro extinguitur. est sinceri experimentum et in aqua, quoniam ut nubecula innatat, fictum in pusulas coit. sed maxime mirum est aestivo sole deprehendi. sincerum enim sudat et se diluit donec suco recenti simile fiat. Mnesides optime servari putat hyoscyami semine adiecto, alii in faba.

30 19. (77.) Inter sativa et silvestria medium genus, quoniam 204 in arvis sed sponte nasceretur, rhoeam vocavimus et erraticum. 19, 169 quidam id decerptum protinus cum toto calice mandunt. alvum

---

2. P.] *F.* post, *r.* 5. concertatio] *E.* concentauro, *r.* diagoras] *d.* diagora, *EV.* diagor, *F.* et] *om. C.* 7. addidit] *E.* andidit, *F.* ra//didit, *V.* 9. improbatus] *E.* ut probatus, *r.* diacodion, *Barb.* dacydion, *F.* acydion, *r.* 10. pastillo, *C.* e lacte] *E.* electe, *V.* electo, *F.* utantur, *FV.* 11. hoc et] *codd. Gel.* haec, *C.* 12. instillatur, *E.* 15. vocant] *om. FV.* peticas, *C.* 17. ei] *Gronovius.* et, *C.* at] ac, *FV.* ac] at, *E.* 18. set] et, *E.* 20. 21. meconium] menotium, *E.* De meconio, *V.* De mochonio, F^1. de moconio, F^2. 21. opinio, *FV.* 25. sincere, *FV.* 26. ut nubicula, *F.* in nubila, *E.* 28. recentis, *FV.* 30. et] est, *FV.* 31. rhiam, *C.* erraticum] *Barb.* empraticum, *C.* 32. id] ad, *FV.*

exinanit. capita quinque decocta in vini tribus heminis pota et somnum faciunt.

205 (78.) Silvestrium unum genus ceratitim vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, calyculo inflexo ut corniculo. folia minora et tenuiora quam ceteris silvestribus. semen exile tempestivum est messibus, alvum purgat dimidio
206 acetabulo in mulso. folia trita cum oleo argema iumentorum sanant. radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidias datur ad lumborum vitia et iocineris. carbunculis medentur ex melle folia. quidam hoc genus glaucion vocant, alii paralium. nascitur enim in adflatu maris aut nitroso loco.

207 (79.) Alterum e silvestribus genus heraclium vocatur, ab aliis aphron, foliis, si procul intuearis, speciem passerum praebentibus, radice in summa terrae cute, semine spumeo. ex hoc lina splendorem trahunt. aestate tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli mensura in vino albo, vomitionem enim facit, medicamento quod διὰ κωδυῶν et arteriace vocatur utilissi-
208 mum. fit autem huius papaveris aut cuiuscumque silvestris capitibus CXX in aquae caelestis sextariis tribus biduo maceratis in eademque discoctis, deinde siccato iterumque cum melle decocto ad dimidias partes vapore tenui. addidere postea drachmas senas croci, hypocisthidis, turis, acaciae et passi Cretici sextarium, haec ostentatione; simplex quidem et antiqua illa salubritas papavere et melle constat.

209 (80.) Tertium genus est tithymalon — mecona vocant, alii paralion — folio lini, flore albo, capite magnitudinis fabae. colligitur uva florente, siccatur in umbra. semen potum purgat alvum dimidio acetabulo in mulso. cuiuscumque autem papaveris caput viride vel siccum inlitum epiphoras oculorum lenit. opium ex vino meraculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita eius vel folia terantur.

210 20. (81.) Est et porcillaca quam peplin vocant, non mul-

3. ceraticum, *E.* 5. corniculo] *Sillig.* cornicula, *C.* 7. in mulso] bi mulso, *F.* bi. mulso, *V.* 11. pharalium, *V.* pharalii, *F.* far alium, *E.* 12. e] *codd. Gel.* est, *C.* vocantur, *F.* vocant, *V.* 13. aphro, *FV.* 13. 14. praesentibus, *F.* prae senibus, *V erasis septem fere litteris.* 15. *dist. Urlichs vind. 441.* 16. mensura] semine, *C.* 17. dacodyon, *V.* dagodion, *F.* damgodion, *E.* asteriace, *EF.* 19. aqua, *F.* caelesti, *V.* 20. iterum, *FV.* 21. 22. postea drachmas] postea dracmis, *V.* dragmis postea, *EF*[1]. dragmis postea dragmis, *F*[2]. 23. sextario, *V.* sexterio, *F.* 25. est] *om. EF.* tiethymalon, *V.* tiethimalon, *F.* et himalon, *E.* 26. paralion] asthalion, *V.* arthalion, *r.* flore] *Urlichs vind. 442.* folio, *FV. om. E.* 29. oculum, *FV.* 33. peplin] *cod. Tol.* pephlin, *E.* peplilin, *r.*

tum sativa efficacior, cuius memorabiles usus traduntur: sagittarum venena et serpentium haemorrhoidum et pres*t*erum restingui pro cibo sumpta et plagis inposita extrahi, item hyoscyami pota e passo expresso suco. cum ipsa non est, semen eius
5 simili effectu prodest. resistit et aquarum vitiis, capitis dolori ulceribusque in vino tusa et inposita, reliqua ulcera commanducata cum melle sanat. sic et infantium cerebro inponitur 211
umbilicoque prociduo, in epiphoris vero omnium fronti temporibusque cum polenta, sed ipsis oculis e lacte et melle, eadem,
10 si procidant oculi, foliis tritis cum corticibus fabae, pusulis cum polenta et sale et aceto. ulcera oris tumoremque gingivarum commanducata cruda sedat, item dentium dolores, tonsillarum ulcera sucus decoctae. quidam adiecere paulum murrae. 212
nam mobiles dentes stabilit conmanducata. cruda sedat vocem-
15 que firmat et sitim arcet. cervicis dolores cum galla et lini semine et melle pari mensura sedat, mammarum vitia cum melle aut Cimolia creta, salutaris et suspiriosis semine cum melle hausto. stomachum in acetariis sumpta corroborat. ardenti 213
febribus inponitur cum polenta, et alias manducata refrigerat
20 etiam intestina. vomitiones sistit. dysinteriae et vomicis estur ex aceto vel bibitur cum cumino, tenesmis autem cocta. comitialibus cibo vel potu prodest, purgationibus mulierum acetabuli mensura in sapa, podagris calidis cum sale inlita et sacro igni. sucus eius potus renes iuvat ac vesicas, ventris animalia 214
25 pellit. ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta inponitur. nervorum duritias emollit. Metrodorus, qui ἐπιτομὴν ῥιζοτομουμένων scripsit, purgationibus a partu dandam censuit. venerem inhibet venerisque somnia. praetori viri pater est, 215
Hispaniae princeps, quem scio propter inpetibiles uvae morbos
30 radicem eius filo suspensam e collo gerere praeterquam in balineis, ita liberatum incommodo omni. quin etiam inveni apud auctores caput inlitum ea destillationem anno toto non sentire. oculos tamen hebetare putatur.

(82.) Coriandrum inter silvestria non invenitur. praeci- 216
35 puum esse constat Aegyptium. valet contra serpentium genus unum quod am*phisba*enas vocant potum inpositumque. sanat

---

2. presterum] *Barb.* presigrum, *V.* praesigrum, *F.* presigarum, *E.* 4. pota e] *E.* pote e, *V.* pote. *F.* semine, *C.* 10. procidant] *codd Hard.* procedens, *E.* procedant, *r.* oculi] *cod. Tol.* oculis, *C.* pusullis, *V.* pusillis, *r.* 11. ulcera] *d.* ut ulcera, *E.* ut cera, *r.* 20. estur] detur, *E.* 28. praestori, *FV.* 29. impatibiles, *EV.* 31. omnia, *FV.* 32. sentiri, *FV.* 35. constat] constat statim, C. 36. amfis (amsis, *E*) venas, *C.*

et alia vulnera, epinyctidas, pusulas tritum, sic et omnes tumores collectionesque cum melle aut uva passa, panos vero ex aceto tritum. seminis grana tria in tertianis devorari iubent aliqui
217 ante accessionem, vel plura inlini fronti. sunt qui et ante solis ortum cervicalibus subici efficaciter putent. vis magna *ad* re- 5 frigerandos ardores viridi. ulcera quoque quae serpunt sanat cum melle vel uva passa, item testes, ambusta, carbunculos, aures, cum lacte mulieris epiphoras oculorum, ventris et intestinorum fluctiones semen ex aqua potum. bibitur et in choleris
218 cum ruta. pellit animalia interaneorum, cum mali punici suco 10 et oleo semen potum. Xenocrates tradit rem miram, si vera est, menstrua contineri uno die, si unum granum biberint feminae, biduo, si duo, et totidem diebus quod grana sumpserint, M. Varro coriandro subtrito et cumino acetoque carnem omnem incorruptam aestate servari putat. 15

219 (83.) Atriplex et silvestre est, accusatum Pythagorae tamquam faceret hydropicos morbosque regios et pallorem, concoqueretur difficillime, ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquam nisi languidum culpavit. addidere Dionysius et Diocles plurimos gigni ex eo morbos, nec nisi mutata saepe aqua co- 20 quendum, stomacho contrarium esse, lentigines et papulas gi-
220 gnere. miror quare difficulter in Italia nasci tradiderit id Solon Smyrnaeus. Hippocrates vulvarum vitiis infundit id cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit, panos, furunculos incipientis, duritias omnis vel cocto vel crudo utiliter 25 inlini putavit, item ignem sacrum cum melle, aceto, nitro, similiter podagras. unguis scabros detrahere dicitur sine ulcere.
221 sunt qui et morbo regio dent semen eius cum melle, arterias et tonsillas nitro addito perfricent, alvum moveant, cocto vel per se vel cum malva aut lenticula, concitantes vomitiones. 30 silvestri capillos tingunt et ad supra scripta utuntur.

222 21. (84.) E contrario in magnis laudibus malva est utraque et sativa et silvestris. duo genera earum amplitudine folii discernuntur. maiorem Graeci *ma*lopen vocant in sativis, alte-

---

4. antea, *FV*. 5. ad] *om. C.* 8. et] *om. FV.* 9. et] at, *F.* at et, *V.* 13. si duo] *QE. om. r.* 14. et cumino (comino, *Q*) acetoque] *Qd.* cum acetoque, *E.* et cum (cum in, *V*) aceto quae, *r.* omnem] *Q. cod. Tol. om. C.* 16. est accusatum] et accusatum (acusatom, *F*)*C.* est et sativum accusatum, *codd. det.* Pythagorae] *Urlichs vind. 442.* ypitagora, *E.* ipytagina, *F.* pytagma, *V.* phytagora, *d.* 17. 18. concoqueretur] *codd. Hard.* conqueretur, *C.* 18. iuste, *C.* 20. nec] nunc, *FV.* mutate, *FV.* 23. smyrneus, *E.* myrneus, *r.* 26. nitro] *Q.* nigro, *C.* 27. podagris, *FV.* 31. ad] *om. FV.* 34. discernentur, *FV.* malopen] . . ΩΙΠΕΝ, *Q.* lopen, *V.* lopem, *r.*

ram ab emolliendo ventre dictam putant malac*h*en. at e silvestribus, cui grande folium et radices albae, althaea vocatur, ab excellentia effectus a quibusdam plistolochia. omne solum 223
in quo seruntur pinguius faciunt, contra omnis aculeatos ictus efficaces, praecipue scorpionum, vesparum similiumque et muris aranei. quin et trita cum oleo qualibet earum peruncti ante vel habentes eas non feriuntur. folium inpositum scorpionibus torporem adfert. valent et contra psimithi venena. aculeos omnes extrahunt inlitae crudae cum a*ph*ronitro, potae vero decoctae cum radice sua leporis marini venenum restingunt, u*t* quidam dicunt, si vomatur. De iisdem mira et alia traduntur, 224
sed maxime, si quis cotidie suci ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. ulcera manantia in capite sanant in urina putrefactae, lichenas et ulcera oris cum melle, radix decocta furfures capitis et dentium mobilitatem. eius quae unum caulem habet radice circa dentem qui doleat pungunt, donec desinat dolor. eadem strumas et parotidas, 225
panos addita hominis saliva purgat citra vulnus. semen in vino nigro potum pituita et nauseis liberat. radix mammarum vitiis occurrit adalligata in lana nigra, tussim in lacte cocta et sorbitionis modo sumpta quinis diebus emendat. stomacho inutilis 226
Sextius Niger dicit, Olympias Thebana abortivas esse cum adipe anseris, aliqui purgari feminas foliis earum manus plenae mensura in oleo et vino sumptis. utique constat parturientis foliis substratis celerius solvi. protinus a partu revocandum, ne vulva sequatur. dant et sucum bibendum parturientibus ieiunis in 227
vino decoctae hemina. quin et semen adalligant bracchio genitale non continentium. adeoque vener*i* nascuntur, ut semen unicaulis adspersum curationi feminarum aviditates augere *ad* infinitum Xenocrates tradat, itemque tres radices iuxta adalligatas. tenesmo, dysintericis utilissime infundi, item sedis vitiis, vel si foveantur. melancholicis quoque sucus datur cyathis ternis

1. emoliendo, *F.* . . . liendum, *Q.* ventre] *QE.* ventrem, *r.* malacen, *V.* malace, *Q.* malecen, *r.* at e] *Q.* ae, *FV.* e, *E.* 2. cui] *E.* quo, *Q.* qui, *r.* 3. a] *Q. om. C.* plistholocia, *Q.* plitolicia, *C.* 4. seruntur] *Q.* serantur, *C.* pinguius] *E.* pinguis, *QV.* pinquis, *F.* contra] *Q.* incontra, *C.* 5. efficaces] efficacior vis, *E.* 8. psimithi] *Pint.* psimiti, *Q.* phsitim, *V.* phystim, *r.* 9. afronitro, *Q.* anitro, *FV.* nitro, *E.* 10. sua] *E.* suco, *r.* restingunt ut] *Sillig.* restinguntur, *E.* restringuitur, *F.* restringuntur, *V.* 15. mobilitatem] *Q.* mobilitates, *C.* 17. pungunt] *Q.* pungit, *C.* dolor] *E.* dolore, *Qr.* 18. purgat] *E.* pungit, *V.* pungunt, *F.* 19. et] *V.* ex, *r.* 20. 21. sorbitiones, *FV.* 25. revocandam, *QV.* 28. venere, *C.* ut] *d.* et, *r.* 29. curationi] *Ianus.* carationis, *F*[1]. curationis, *r.* augere ad] augeri et, *C.* 30. tradit, *FV.* 31. tenesmos, *FV.* tenesmos sint, *E.*

tepidus, et insanientibus quaternis, decoctae comitialibus heminae
228 suci. hic et calculosis et inflatione et torminibus aut opisthotonico laborantibus tepidus inlinitur. et sacris ignibus et ambust*is* decocta in oleum folia inponuntur, et ad vulnerum impetus cruda cum pane. sucus decoctae nervis prodest et vesicae et intestinorum rosionibus. vulvas et cibo et infusione emollit
229 oleum, sucus decoctae permeatus suavis facit. Althaeae in omnibus supra dictis efficacior radix, praecipue convulsis ruptisque. cocta in aqua alvum sistit. ex vino albo strumas et parotidas, et mammarum inflammationes et panos in vino folia decocta et inlita tollunt. eadem arida in lacte decocta quamlibet per-
230 niciosae tus*si* citissime medentur. Hippocrates vulneratis sitientibusque defectu sanguinis radicis decoctae sucum bibendum dedit, et ipsam vulneribus cum melle et resina, item contusis, luxatis, tumentibus; et musculis, nervis, articulis inposuit ut supra, spasticis, dysintericis in vino bibendam dedit. mirum aquam radice ea addita addensari sub diu atque glaciescere. efficacior autem quo recentior.

231 (85.) Nec lapathum dissimilis effectus habet. est autem et silvestre, quod alii oxalida appellant, sapore sativ*o* proximum, foliis acutis, colore betae candidae, radice minima, nostri vero rumicem, alii lapathum canterinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. est et alterum genus — fere oxylapathum vocant — sativo id similius et acutiore folio ac rubriore, non nisi in palustribus nascens. sunt qui et hydrolapathum tradant in aqua natum et aliud hippolapathum maius sativo candidius-
232 que ac spissius. Silvestria scorpionum ictibus medentur et feriri prohibent habentes. radix aceto decocta, si coluatur sucus, dentibus auxiliatur, si vero bibatur, morbo regio. semen stomachi inextricabilia vitia sanat. hippolapathi radi*x* privatim
233 ungues scabros detrahit. dysintericos semen duabus drachmis in vino potum liberat. oxylapathi semen lotum in aqua caelesti

---

1. quaternis] *om. E.* 2. his, *E.* 3. 4. ambusta, *C.* 7. suaves, *E.* suvius, *F'.* suavius, *r.* 12. tussi citissime] tusa citissime, *d.* tutissime, *r.* medentur] dentur, *FV.* 16. bibendam] *Q.* bibendum, *C.* 17. glaciescere] *Q.* clactescere, *F.* lactescere, *r.* 20. oxallida, *Q.* osea alli id, *E.* CXVII. id, *r.* sativo] *Sillig coni.* sativū, *Q. om. C.* 23. *dist. Ianus.* 24. sativum, *Q.* id] *ego. om. Q.* idem, *E.* item, *r.* acutiore] *Q.* acutiora, *C.* folio] *Sillig coni.* folia, *C.* rubriora, *E.* rudiore, *Q.* 25. sunt qui] *d.* qui sunt, *r.* et] *Q. om. C.* 26. alium, *FV.* 27. 28. feriri] *Q.* ferire, *C.* 28. coluatur] *d.* coletur, *V.* colatur, *r.* 30. radix] *ego.* radices, *C.* 31. scabrose, *FV.* 32. potum] *QE.* optimum, *r.*

sanguinem reicientibus adiecta acacia lentis magnitudine prodest. praestantissimos pastillos faciunt ex foliis et radice addito nitro et *t*ure exiguo. in usu aceto diluunt.

(86.) Sed sativom in epiphoris oculorum inlinunt fron- 234
5 tibus. radice lichenas et lepras curant, in vino vero decocta strumas et parotidas et calculos, poto vino et lienes inlita, coeliacos aeque et dysintericos et tenesmos. *ad* eademque omnia efficacius ius lapathi, et ructus facit et urinam ciet et caliginem oculorum discutit, item pruritum corporis in solia balinea-
10 rum additum aut prius ipsum inlitum sine oleo. firmat et com- 235
manducata radix dentes. eadem decocta cum vino sistit alvum, folia solvunt. Adiecit Solo, ne quid omittamus, bulapathum, radicis tantum altitudine differens et erga dysintericos effectu potae ex vino.

15 22. (87.) Sinapi, cuius in sativis tria genera diximus, Py- 236
thagoras principatum habere ex his quorum sublime vis feratur 19 171
iudicavit, quoniam non aliud magis in nares et cerebrum penetret. ad serpentium ictus et scorpionum tritum cum aceto inlinitur. fungorum venena discutit. contra pituitam tenetur in
20 ore, donec liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. ad 237
dentium dolores manditur, ad uvam gargarizatur cum aceto et melle, stomacho utilissimum contra omnia vitia, pulmonibus excreationes faciles facit in cibo sumptum, et suspiriosis datur, item comitialibus *t*aedis cum suco cucumerum. sensus atque
25 sternutamentis caput purgat, alvum mollit, menstrua et urinam ciet. et hydropicis inponitur cum fico et cumino tusum ternis partibus. comitiali morbo aut vulvarum conversione suffocatas 238
excitat odore aceto mixto, item lethargicos, adicitur tordylon — est autem hoc semen ex seseli — et si vehementior lethar-
30 gus premat, cruribus aut etiam capiti inlinitur cum fico ex aceto. veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicum, umerorum et in quacumque parte ex alto corporis vitia extrahenda sunt inlitum caustica vi emendat pusulas faciendo, at in magna duritia

---

1. adiecta acacia] *d.* iecta acacia, *E.* aiecta acia, *r.* prodest] *om. FV.* 3. ture exiguo] *Cornarius.* iure exiguo, *d.* iure (iure, *F.* iur, *V*) enguo, *r.* 5. radici, *FV.* radice eius, *Q.* 6. pota, *E.* *dist. Ianus.* 7. ad] et, *F.* ex, *r.* 8. ciet et] *E.* ciet, *r.* 12. ne quid] *codd. det.* neque ut, *C.* 14. potae] *Gronov.* pota, *C.* 24. taediis, *Gron.* tedis, *C.* 26. ytropicis, *Q.* hydropici, *C.* 27. suffocatas] *codd. Gel.* suffocatos, *C.* exanimes, *Q.* 28. odore] *codd. Gel.* o dolore, *Q.* odoris, F^{n}. odores, *r.* tordilon, *F.* topaion, *Q.* 29. ex seseli] esseli, *Q.* exesse, F^{1}. ex sese, *r.* et si] *E.* si, *Q.* et sive, *r.* 29. 30. lethargus] *Sillig.* i et largus, *Q.* lethargicos, *C.* 33. at in] *E.* ad in, *Q.* ad, *r.*

sine fico inpositum aut, si vehementior ustio timeatur, per du-
239 plices pannos. utuntur eo ad alopecias cum rubrica, psoras,
lepras, phthiriasis, *te*tanicos, opisthotonicos. inungunt quoque
scabras genas aut caliga*n*tes oculos cum melle, sucusque tribus
modis exprimitur in fictili, calescitque in eo sole modice. exit
et e cauliculo sucus lacteus, qui ita, cum induruit, dentium do-
240 lori medetur. semen ac radix, cum inmaduere musto, conte-
runtur manusque plenae mensura sorbentur ad confirmandas
fauces, stomachum, oculos, caput sensusque omnes, mulierum
etiam lassitudines, saluberrimae genere medicinae. calculos quo-
que discutit potum in aceto. inlinitu*r* et livoribus suggillatis-
que cum melle et adipe anserino aut cera Cypria. fit et oleum
ex eo semine madefacto in oleo expressoque, quo utuntur ad
nervorum rigores lumborumque et coxendicum et perfrictiones.
241 (88.) Sinapis natura*m* effectusque eosdem habere traditur
16, 167 adarca inter silvestria dicta, in cortice calamorum sub ipsa
coma nascens.

(89.) Marrubium plerique inter primas herbas commenda-
vere, quod Graeci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli
philopaeda aut philochares, notius quam ut indicandum sit. huius
folia semenque contrita prosunt contra serpentis, pectorum et
lateris dolores, tussim veterem, et iis qui sanguinem reiecerint
eximie utile, scopis eius cum panico aqua decoctis ut asperitas
242 suci mitigetur. inponitur strumis cum adipe. sunt qui viride
semen, quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo de-
coctum addito exiguo olei et salis sorberi ieiunis ad tussim iu-
beant. alii nihil conparant in eadem causa marrubi et feniculi
sucis ad sextarios ternos expressis decoctisque ad sextarios duos,
tum addito mellis sextario, rursus decocto ad sextarios duos, si
243 cocleari mensura in die sorbeatur in aquae cyatho. virilium
vitiis tusum cum melle mire prodest. lichenas purgat ex aceto,
ruptis, convolsis, spasticis, nervis salutare. potum alvum solvit
cum sale et aceto, item menstrua et secundas mulierum. arida
farina cum melle ad tussim siccam efficacissima est, item ad

---

1. aut] *Q.* vel, *E.* ut, *r.* 2. eo] *Q. om. C.* 3. tetanicos] *Cornarius.* latinioos, *F.* litanicos, *r.* 4. caligantes] cum gallica inter, *E.* cum gallicam ter, *r.* sucoque, *FV.* 6. e] *E. om. r.* lactens, *FV.* qui] *E*(?). eiuce vi, *r.* duruit, *F.* 7. inmadueri, *F.* immaduerit, *V.* 11. inlinitum, *C.* 13 oleo] ulco, *FV.* 15. nature, *F.* naturae, *r.* habere auditur, *EFV.* traditur habere, *d.* 16. atarca, *Q.* adarcam, *C.* silvestria dicta] *Q.* silvas tacta, *C.* 19. parsion, *EF.* pa//sion, *V.* iippacconium, *Q.* 20. philopheda, *FV.* .... padam, *Q.* 24. viride] *Urlichs vind. 445.* viridem, *Q.* viridis, *C.* 25. capiat, *FV.*

gangraenas et pterygia. sucus vero auriculis et naribus et morbo regio minuendaeque bili cum melle prodest, item contra venena inter pauca potens. ipsa herba stomachum et excreationis pe- 244
ctoris purgat cum iride et melle, urinam ciet, cavenda tamen exulceratae vesicae et renium vitis. dicitur sucus et claritatem oculorum adiuvare. Castor marrubi duo genera tradit, nigrum et quod magis probat candidum. in ovum inane sucum addit is ipsumque ovum infundit, mel aequis portionibus, tepefactum vomicas rumpere, purgare, persanare promittens, inlitis etiam vulneribus a cane factis tuso cum axungia vetere.

(90.) Serpyllum a serpendo putant dictum, quod in silve 245
stri evenit, in petris maxime; nam sativom non serpit, sed ad palmum altitudine increscit. pinguius voluntarium et candidioribus foliis ramisque, adversus serpentes efficax, maxime cenchrim et scolopendras terrestres ac marinas et scorpiones, decoctis ex vino ramis foliisque. fugat et odore omnis, si uratur, et contra marinorum venena praecipue valet. capitis do- 246
loribus decoctum in aceto inlinitur temporibus ac fronti cum rosaceo, item phreneticis, lethargicis, contra tormina et urinae difficultates, anginas, vomitiones. drachmis quattuor ex aqua bibitur ad iocinerum desiderium. folia obolis quattuor dantur ad lienem ex aceto. ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti et mellis.

(91.) Sisymbrium silvestre quibusdam thymbraeum appella- 247
tum, pedali non amplius altitudine. quod in riguis nascitur simile nasturtio est, utrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones et similia, quod in sicco odoratum est et inseritur coronis, angustiore folio. sedant utraque capitis dolorem, item epiphoras, ut Philinus tradit. alii panem addunt, alii per se decocunt in vino. sanat et epinyctidas cutisque 248
vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus inpositum diebusque detractum. vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet, sive in cibo sumptum sive suco potum. non edendum gravidis nisi mortuo conceptu, quippe etiam inpositum eicit. movet urinam cum vino potum, silvestre vero et calculos. quos vigilare opus sit excitat infusum capiti cum aceto.

(92.) Lini semen cum aliis quidem in usu est, sed et per 249

---

1. camcrianas, *F.* cancrianas, *r.* 4. cavendo, *FV.* 7. inanem, *FV.* 8. mell, *F.* melle, *E.* 10. tusam, *FV.* 12. nam] *Q. om. C.* 15. cencharim, *C.* 16. odorem, *QFV.* 16. 17. uratur] *Q.* uretur, *C.* 20. *dist. ego.* 25. plus, *FV.* 29. plinius, *C.* 32. dractum, *FV.* 35. vero] *Q. om. C.* 36. calculos] *Q.* calchos, *C.* 37. sed] *Q. om. C.*

se mulierum cutis vitia emendat in facie, oculorum aciem suco adiuvat. epiphoras cum ture et aqua aut cum murra ac vino sedat, parotidas cum melle aut adipe aut cera, stomachi solutiones inspersum polentae modo, anginas in aqua et oleo de-
250 coctum et cum aneso inlitum. torretur, ut alvum sistat. coe- 5
liacis et dysintericis inponitur ex aceto. ad iocineris dolores estur cum uva passa, ad phthisim utilissime e semine fiunt ecligmata. musculorum, nervorum, articulorum, cervicium duritias, cerebri membranas mitigat farina seminis nitro aut sale aut cinere additis. eadem cum fico *paro*tidem concoquit ac matu- 10
rat, cum radice vero cucumeris silvestris extrahit quaecumque
251 corpori inhaereant, sic et fracta ossa. serpere ulcus in vino decocta prohibet, eruptiones pituitae cum melle. emendat ungues scabros cum pari modo nasturti, testium vitia et ramices cum resina et murra et gangraenas ex aqua, stomachi dolores 15
cum feno Graeco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa, intestinorum, thoracis perniciosa vitia clystere in oleo aut melle.
252 (93.) Blitum iners videtur ac sine sapore aut acrimonia ulla, unde convicium feminis apud Menandrum faciunt mariti. stomacho inutile *est*. ventrem adeo turbat ut choleram faciat 20
aliquis. dicitur tamen adversus scorpiones potum e vino prodesse, clavis pedum inlini, item lienibus et temporum dolori ex oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.
253 23. (94.) Meum in Italia non nisi a medicis seritur et his admodum paucis. duo genera eius: nobilius A*th*amanticum vel 25
Athamanicum vocant, illi tamquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athaman*i*a reperiatur, foliis aneso simile et caule aliquando bipedali, radicibus multis obliquis nigris, quibusdam et altis, minus rufum quam illud alterum. urinam *ci*et in aqua potum radice trita vel decocta. inflationes 30
stomachi mire discutit, item tormina et vesicae vitia, vulvarum-

---

2. myrrha, *V*(?). myrta, *F*. mu . . ta, *Q*. misto, *E*. 3. parotidas] *d*. paroidas, *r*. 4. polenta, *FV*. anguinae, *C*. 5. torreretur. aut cum murt . . . ulbum sistat, *Q*. 7. utilissime e] *codd. Gel*. utilissimae, *V*. utilissime, *r*. 10. parotidem] *Ianus*. et idem, *C*. 12. et fracta] effracta, *FV*. 13. eruptiones] *d*. veruitiones, *F*. eruitiones, *r*. emendant, *FV*. 18. ac] *V*. hac, *Q*. aut, *r*. 20. inutile est] inutilem, *C*. cholera, *FV*. ulcera, *Q*. 21. dicetur, *FV*. 24. meum] *C*. Milium, *Q*. 25. adamanticum, *C*. adamant. hic cum, *Q*. 25. 26. vel Athamanicum] *Urlichs vind*. 444. velata manichum, *Q*. *om*. *C*. 27. Athamania] *Urlichs l. l*. athamanta, *QF*. athamante, *r*. 28. obliquis] *V*. olivis, *Q*. obolis, *E*. oblis, *F*. 29. et] *Q*. *om*. *C*. albis, *Q*. illud] *Q*. illum, *C*. 29. 30. murinam, *C*. 30. ciet] *Ianus*. et, *C*. qua, *FV*. pota, F^2V. *om*. F^1.

que articulis cum melle, infantibus cum apio inlitum imo ventri urinas movet.

(95.) Feniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus, 254
senectam exuendo oculorumque aciem suco eius reficiendo, unde 8,98
5 intellectum hominum quoque caliginem praecipue eo levari. colligitur hic caule turgescente et in sole siccatur inunguiturque ex melle [ubique hoc est], laudatissimus in Hiberiae lacrimis; fit et e semine recenti et e radicibus prima germinatione incisis.

(96.) Est in hoc genere et silvestre quod hippomarathum, 255
10 alii myrsineum vocant, foliis maioribus, gustu acriore, procerius, baculi crassitudine, radice candida. nascitur in calidis et saxosis. Diocles et aliud hippomarathi genus tradidit, longo
et angusto folio, semine coriandri. Medicinae in sativo ad scor- 256
pionum ictus et serpentium semine in vino poto. sucus et
15 auribus instillatur vermiculosque in his necat. ipsum condimentis prope omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissime. quin et panis crustis subditur. semen stomachum dissolutum adstringit, vel in febribus sumptum, nausiam ex aqua tritum sedat, pulmonibus et iocineribus laudatissimum. ventrem sistit, cum
20 modice sumitur, urinam ciet ad tormina potum decoctum, et in
lactis defectu potum mammas replet. radix cum tisana sumpta 257
renes purgat. sive decocti suco sive semine sumpto prodest et hydropicis radix ex vino pota, item convulsis. inlinuntur folia tumoribus ardente ex aceto, calculos vesicae pellunt. geniturae
25 abundantiam quoquo modo haustum facit, verendis amicissumum, sive ad fovendum radice cum vino decocta sive contritum in oleo inlitum. multi et suggillatis cum cera inlinunt, et radice in suco vel cum melle contra canis morsum utuntur et contra
multipedam ex vino. Hippomarathum ad omnia vehementius 258
30 calculos praecipue pellit, prodest vesicae cum vino leni et fe-

---

4. exuendum, *Q.* execuendam, *F.* exuendam, *r.* oculorumque] *Q.* colonorumque, *E.* colonumque, *F.* colo . umque, V^2. c. lo . umque, V^1.
5. levare, *EF.* 7. [ubique hoc est]] *uncis inclusit Urlichs vind.* 445. 7. 8. *dist. Urlichs l. l.* 8. e] *om. FV.* recenti] *Q.* receuti fit, *C.* 9. ippomarathum, *Q.* hippomatum, *E.* ipphomatum, *r.* 10. myrsineum] *Qd.* myrseneum, *r.* 11. vacculi, *Q.* bracchioli, *E.* brachioli, V^2. bracili, F^1. bracioli, *r.* 12. et] *V.* set, *F.* sed, *E.* 13. sativi, *Q.* sitivo, *FV.* 15. necat] *Q.* necatis, *C.* 18. febris, *FV.* ex] *E.* in ea, F^1. ea, *r.* 20. ciet] *d.* et ciet, *r.* potum] *Sillig.* totum, *C.* totu, *Q.* et in] *Q. om. C.* 21 sq. *dist. Ianus.* 22. decocto, *E.*
23. pota] *ego.* sumpto pota, *Q.* cocta, *C.* 24. ardente] *Ianus.* ardentes, *C.* 25. quo, *QE.* 26. radicem, *C.* cum] cum in, F^2V. decocta] *Sillig.* decoctam, *V.* decoctum, *r.* 27. radicem, *FV.* 28. vel] *E.* vel radicem, *r.* 29. multipedem, *FV.* hippomarathum] V^2. ippomaratum, *Q.* hippomaratum, *r.*

minarum menstruis haerentibus. efficacius in eo semen quam radix. modus in utroque quod duobus digitis tritum additur in potionem. Petrichus qui ophiaca scripsit et Miccion qui rhizotomumena adversus serpentes nihil efficacius hippomaratho putavere. sane et Nicander non in novissimis posuit.

259 (97.) Cannabis in silvis primum nata est, nigrior foliis et asperior. semen eius extinguere genituram virorum dicitur. sucus ex eo vermiculos aurium et quodcumque animal intraverit eicit, sed cum dolore capitis, tantaque vis ei est ut aquae infusus coagulare eam dicatur. et ideo iumentorum alvo succurrit potus in aqua. radix articulos contractos emollit in aqua cocta, item podagras et similis impetus. ambustis cruda inlinitur, sed saepius mutatur priusquam arescat.

260 (98.) Ferula semen aneto simile habet. quae ab uno caule dividitur in cacumine femina putatur. caules eduntur decocti, commendanturque muria ac melle, stomacho utilis. sin plures sumpti, capitis dolorem faciunt. radix denari pondere in vini cyathis duobus bibitur adversus serpentes, et ipsa radix inponitur. sic et torminibus medetur, ex oleo autem et aceto contra sudo-
261 res inmodicos vel in febribus proficit. sucus ferulae alvom solvit fabae magnitudine devoratus. e viridi medulla vulvis utilis est ad omnia ea vitia. ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur in vino trita vel cum medulla. sunt qui comitialibus morbis dandum putent luna IIII usque VII lingulae mensura. natura ferularum murenis infestissuma est, tactae siquidem ea moriuntur. Castor radicis sucum et oculorum claritati conferre multum putavit.

262 (99.) Et de carduorum satu inter hortensia diximus, qua-
19, 152 propter et medicinam ex his non differamus. silvestrium genera sunt duo, unum fruticosius a terra statim, alterum unicaule crassius. utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus, sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescentem et abeuntem cum aura, σκόλυμον Graeci
263 vocant. hic antequam floreat contusus atque expressus inlito suco alopecias replet. radix cuiuscumque ex aqua decocta potoribus sitim facere narratur. stomachum corroborat et vulvis, si credimus, etiam conferre aliquid traditur ut mares gignan-

1. herentibus, *Q.* haerentes, *V.* herentes, *F.* 2. modus] *Q.* modis, *C.* trito, *C. om. Q.* addatur, *Q.* 3. Miccion] *Salm.* miccon, *C.* 4. yppomaradrum, *Q.* hippomaraton, *V.* hippomarathon, *r.* 6. nigriore, *FV.* 9. 10. infusus] *Q.* infusa, *V.* infusum, *r.* 12. sed] et, *FV.* 16. muria] *Sillig.* murta, F^1. amurca, *E.* musta, *r.* sin] *E.* in, *r.* 21. vulvis] *Gron.* vultui, *E.* vultuis, *r.* utile, *EF.* 23. cum] V^2. *om. r.* 24. morbis] *E.* bis, *r.* IIII usque VII] F^2V. IIII us VII, F^1. quarta sexta septima, *E*(?).

tur. ita certe Glaucias scripsit qui circa carduos diligentissimus videtur. mastiche e carduis odorem commendat oris.

24. (100.) Et discessuri ab hortensis unam conpositionem 264
ex his clarissimam subteximus adversus venenata animalia incisam in lapide versibus Coi in aede Aesculapi: serpylli duum denariorum pondus, opopanacis et mei tantundem singulorum, trifoli seminis pondus denari, anesi et feniculi seminis et ami et api denarium senum e singulis generibus, ervi farinae denarium XII. haec tusa cribrataque vino quam possit excellenti digeruntur in pastillos victoriati ponderum. ex his singuli dantur ex vini mixti cyathis ternis. hac theriace Magnus Antiochus rex adversus omnia venenata usus traditur aspide excepta.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XXI.

Cap. 1. (Sect. 1.) In hortis seri et coronamenta iussit 1
Cato, inenarrabili florum maxume subtilitate, quando nulli potest facilius esse loqui quam rerum naturae pingere, lascivienti praesertim et in magno gaudio fertilitatis tam variae ludenti. quippe 2
reliqua usus alimentique gratia genuit, ideoque saecula annosque tribuit his, flores vero odoresque in diem gignit, magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreant celerrime marcescere, sed ne pictura quidem sufficiente imagini colorum reddendae mixturarumque varietati, sive alterni atque multiplices inter se nectuntur, sive privatis generum funiculis in orbem, in oblicum, in ambitum quaedam coronae per coronas currunt.

---

1. ita certe] *Urlichs vind. 446.* ita et (enim, *V*?) cereae (cerea, *E*)*C.* scripsit] *Sillig.* adscripsit, *C.* qui] *d.* quid, *r.* 2. mastiche e] *Sillig.* mastice, *Q.* masteche, *V.* mastethe, *r.* 3. discessuri] *codd. Gel.* discessum, *C.* 4. 5. incisa, *Q.* 5. in] *Qd. om. r.* coi in aede] *Q.* etlinede, *C.* 6. mei] *Cagnatus.* mii, *Q.* mili, *C.* 7. pondus — seminis] *om. FV.* anesi] *E.* a. si, *Q.* 8. e] *Q.* et, *C.* 8. 9. denarium] *Q. om. C.* 9. possunt, *Q.* 10. singuli] *Q.* singulis, *C.* 12. aspide excepta] *Q. om. C.* 19. ludentis, *d.* iubenti, *V.* inventi, *E.* viventi, *R.* 21. 22. magnam ut, *V.* magna aut, *r.* 23. sufficienti, *GV.* 25. nectuntur] *Ianus in praef.* nectatur, *G.* nectantur, *r.* privati, *GV.* generis, *G.* 26. *interpunctionem sustulit* Ianus.

3 2. (2.) Tenuioribus utebantur antiqui stroppos appellantes, unde nata strophiola. quin et vocabulum ipsum tarde communicatum est inter sacra tantum et bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. cum vero e floribus fierent, serta a serendo serieve appellabantur, quod apud Graecos quoque non 5 adeo antiquitus placuit.

4 (3.) Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus mos erat primum. postea variare coeptum mixtura versicolori florum, quae invicem odores coloresque accenderet, Sicyone ingenio Pausiae pictoris atque Glycerae coronariae dilectae ad- 10 modum illi, cum opera eius pictura imitaretur, illa provocans variaret, essetque certamen artis ac naturae, quales etiam nunc extant artificis illius tabellae atque in primis appellata stephaneplocos qua pinxit ipsam. idque factum est post Olympiada 5 C. sic coronis e floribus receptis paulo mox subiere quae vo- 15 cantur Aegyptiae ac deinde hibernae, cum terra flores negat, ramento e cornibus tincto. paulatimque et Romae subrepsit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox et corollariis, postquam e lamina tenui aerea inaurata aut inargentata dabantur. 20

6 3. (4.) Crassus Dives primus argento auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit, accesseruntque et lemnisci, quos adici ipsarum coronarum honor erat, propter Etruscas quibus iungi nisi aurei non debebant. puri diu fuere hi. caelare eos primus instituit P. Claudius Pulcher brattiasque etiam philyrae dedit. 25

7 (5.) Semper tamen auctoritas vel ludicro quaesitarum fuit. namque ad certamina in circum per ludos et ipsi descendebant et servos suos equosque mittebant. inde illa XII tabularum lex: qui coronam parit ipse pecuniave eius, virrutis suae ergo duitor ei. quam servi equive meruissent 30 pecunia partam lege dici nemo dubitavit. quis ergo honos? ut ipsi mortuo parentibusque eius, dum intus positus esset forisve ferretur, sine fraude esset inposita. alias in usu promiscuo ne

---

2. tarde de, *E.* tande de, *R.* tandem, *r.* 4. vero e] *d.* vero se, E^1. vero, E^2R. vere, *R.* 5. serieve] *Salm.* serive, *ER.* seriva, *G.* serviae, *V.* 7. enim] *om. GV.* 8. postea] *R. om. r.* versicoloris, *V.* versicolores, *ER.* 10. Pausiae] pausiae in, *ER.* paste, *G.* parte, *V.* licerae, *GV.* 11. picturae, *ER.* 15. subire, *GV.* 16. 17. negat ramento e] nec atramento, *GV.* 17. cincto, *ER.* 23. etruscos, *GV.* 28. equosque] *Salm.* quosque, *C.* 29. 30. virtutis suae] *Pint.* virtutisve, *C.* 30. ergo duitor] *Gron.* ergo duitur, GV^1. arguitur, *E.* ergo arguitur, *r*(?). 31. pecuniam, *ER.* partem, *G.* legem, *C.* 32. intus] in, *GV.* 33. inpositus, *G.* impositas, *V.* alia, *GV.*

ludicrae quidem erant. (6.) ingensque et hinc severitas. L. 8
Fulvius argentarius bello Punico secundo cum corona rosacea
interdiu *e* pergula sua in forum prospexisse dictus ex auctori-
tate senatus in carcerem abductus non ante finem belli emissus
5 est. P. Munatius cum demptam Marsuae coronam e floribus
capiti suo inposuisset atque ob id duci eum in vincula trium-
viri iussissent, appellavit tr. pl. nec intercessere illi, aliter 9
quam Athenis, ubi commissabundi iuvenes ante meridiem con-
ventus sapientium quoque doctrinae frequentabant. apud nos
10 exemplum licentiae huius non est aliud quam filia divi Au-
gusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsuam litterae illius
degemunt.

(7.) Florum quidem populus Romanus honorem Scipioni 10
tantum habuit. Serapio cognominabatur propter similitudinem
15 suari cuiusdam negotiatoris. obierat in *consul*atu plebei ad-
modum gratus dignusque Africanorum familia, nec erat in bonis
funeris inpensa. asses ergo contulit populus ac funus elocavit,
quaque praeferebatur flores e prospectu omni sparsit.

(8.) Et iam tunc coronae deorum honos erant et larum 11
20 publicorum privatorumque ac sepulchrorum et manium, summa-
que auctoritas pactili coronae, uti Saliorum sacris invenimus
sollemnes cenas. transiere deinde ad rosa*ria*, eoque luxuria
processit ut non esset grata nisi mero folio sutilis, mox petitis
ab India aut ultra Indos. lautissimum quippe habetur e nardi
25 folio eas dari aut veste Serica versicolori, unguentis madida.
hunc habet novissime exitum luxuria feminarum.

(9.) Et apud Graecos quidem de coronis privatim scripsere 12
et Mnesitheus atque Callimachus medici quae nocerent capiti,
quoniam et in hoc est aliqua valitudinis portio, in potu atque
30 hilaritate praecipue odorum vi subrepente fallaciter, scelerata
Cleopatrae sollertia. namque in apparatu belli Actiaci grati-
ficationem ipsius reginae Antonio timente nec nisi praegustatos
cibos sumente fertur pavore*m* eius lusisse extremis coronae

---

1. errant, *ER*. 3. e] *om. C.* 6. eum in] cum, *GV*. 12. degemunt] *ego*. dei gemunt, *C*. 15. obierat] *Freinshemius*. ob id erat (irat, G^2)*C*. consulatu] *Urlichs chrest. p. 212*. tribunatu, *Cv*. 17. inpensas, *V*. inmensas, *G*. 21. factili, *GV*. uti] GV^1. ut hi, V^2. utili, *r*. 22. rosaria] *Barb*. nos alia, *R*. rosalia, *r*. eoque] *R*. eo, *r*. 23. grata] *Urlichs l. l.* gratia, *C*. folii, *V*. filiu, *G*. peritis, *GV*. 24. indio, *GV*. 25. versicoloris, *ER*. unguenti, *GV*. 26. luxuriaque, *ER*. 29. et] *R. om. r.* 30. sceleratae, *V*. scelerate, *G*. 31. cleopathra, *E*. cleosathra, *R*. sollertiae, *R*. solertiae, *E*. 33. pavorem] *Sillig*. pavore, *GV*. ab ore, *r*. corona et, *G*. coronis, *E*. coronis et, *V*.

floribus veneno inlitis ipsaque capiti inposita, mox procedente hilaritate invitavit Antonium ut coronas biberent. quis ita timeret insidias? ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu: en ego sum, inquit illa, Marce Antoni, quam tu nova praegustantium diligentia caves, adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest! *inde* inductam custo-
13 diam bibere iussit ilico expirantem. De floribus supra dictos scripsit Theophrastus apud Graecos, ex nostris autem inscripsere aliqui libros anthologicon, flores vero persecutus est nemo, quod equidem inveniam. nec nos nunc scilicet coronas nectemus — id enim frivolum est — sed de floribus quae videbuntur digna memorabimus.

14 4. (10.) Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia novere, ac paene violas rosasque tantum. Rosa nascitur spina verius quam frutice, in rubo quoque proveniens, illic etiam iucundi odoris, quamvis angusti. germinat omnis primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescente et in virides alabastros fastigato paulatim rubescens dehiscit ac sese pandit in calice*m* medio sui stantis conplex*um* luteos apices.
15 usus eius in coronis prope minimus est. oleo macer*a*tur, idque iam a Troianis temporibus Homero teste. praeterea in unguenta
13,9 transit, ut diximus. medicas per se artes praebet. emplastris atque collyriis inseritur mordaci subtilitate, mensarum etiam
16 deliciis perunguendis minime noxia. Genera eius nostri fecere celeberrima Praenestinam et Campanam. addidere alii Milesiam, cui sit ardentissumus colos non excedenti duodena folia, proxumam ei Trachiniam minus rubentem, mox Al*a*bandicam viliorem, albicantibus foliis, vilissimam vero plurimis, sed minutissimis, spiniolam. differunt enim multitudine foliorum, asperitate, le-
17 vore, colore, odore. paucissima quina folia, ac deinde numerosiora, cum sit genus eius quam centifoliam vocant, quae est in Campania Italiae, Graeciae vero circa Philippos, sed ibi non suae terrae proventu. Pangaeus mons in vicino fert numerosis foliis ac parvis, accolae transferentes conserunt, ipsaque plantatione proficiunt. non autem talis odoratissima est, nec cui

---

2. quis] *om. GV.* 6. inde] *Lipsius om. C.* 7. expirante, *ER.* dictos] *d.* dictis, *r.* 19. calicem] *ego.* calices, *C.* stanti, *C.* conplexum] *ego.* conplexa, *Cv.* 20. macetur, *G.* maceretur, *r.* 21. tam, *C.* 23. insertitur, *G.* inpellitur, *ER.* 24. genera] *G.* contra genera, *r.* 25. celeberrimam, *GV.* 26. excedenti] *codd. Hard.* excedentis, *C.* 26. 27. folia proximam] *V.* folia proxima, *G.* proxima folia, *r.* 27. albandicam, *C.* 28. sed] *GV.* vel, *r.* 29. spiniolam] *Sillig.* spinis iam, *V.* spinioiam, *r.* 29. 30. levore] *R.* leviore, *r.* 33. fert] *d.* fere, *r.* 35 est] *R. om. r.*

latissumum maxumumve folium, breviterque indicium est odoris scabritia corticis. Caepio Tiberi Caesaris principatu negavit 18
centifoliam in coronas addi, praeterquam extremas velut ad cardines, nec odore nec specie probabilem. est et quae Graeca
5 appellatur a nostris, a Graecis lychnis, non nisi in umidis locis proveniens, nec umquam excedens quinque folia, violaeque magnitudine, odore nullo. est et alia Graecula appellata, convolutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta semperque nascenti similis, latissumis foliis. alia funditur e 19
10 caule malvacio folia oleae habente — mucetum vocant —, atque inter has media magnitudine autumnalis quam coroniolam appellant, omnes sine odore praeter coroniolam et in rubo natam. tot modis adulteratur. et alias vera quoque plurimum solo praevalet. Cyrenis odoratissima est, ideoque ibi unguen-
15 tum pulcherrimum, Carthagine Hispaniae hieme tota praecox. refert et caeli temperies, quibusdam enim annis minus odorata provenit, praeterea omnis siccis quam umidis odoratior. seri 20
neque pinguibus volt neque argillosis locis nec riguis, contenta ru*de*ribus, proprieque ruderatum agrum amat. praecox Campana
20 est, sera Milesia, novissime tamen desinit Praenestina. fodiuntur altius quam fruges, levius quam vites. tardissime proveniunt semine, quod in ipso cortice est, sub ipso flore, opertum lanugine. ob id potius caule conciso inseruntur. et ocellis radicis, ut harundo, unum genus inseritur pallidae, spinosae, longissi-
25 mis virgis, quinquefoliae, quae Graecis altera est. omnis autem 21
recisione atque ustione proficit, tralatione quoque, ut vites, optume ocissimeque provenit surculis quaternum digitorum longitudine aut ampliore post vergiliarum occasum sata, dein per favonium translata, pedalibus intervallis crebro circ*um*fossa. qui
30 praecocem faciunt pedali circa radicem scrobe aquam calidam infundunt germinare incipiente calice.

5. (11.) Lilium rosae nobilitate proximum est et quadam 22
cognatione unguenti oleique quod lili*n*um appellatur. et inpositum etiam maxime rosas decet medio proventu earum inci-
35 piens. nec ulli florum excelsitas maior, interdum cubitorum 23

---

2. scabritiae, *ER.* 5. lycinis, *GV.* 9. alii, *ER.* e] *om. GV.* 10. malvacio] *Sillig.* malvatio, *GV.* malvaceo, *ER.* oleae] *V.* oleo, *G.* olea, *r.* mucetum] *G. cf. Theophr. h. pl. 4, 14, 3.* macetum, *r.* 19. ruderibus] *Pint.* ruribus, *V.* locis ruribus, *G.* raribus, *r.* ruderaceum, *GV.* 20. novissima, *GV.* tamen] *om. GV.* 22. cortice — ipso] *om. GV.* 23. inseruntur] *d.* ut feruntur (ferunt, *R*)*r.* radicis] *om. ER.* 26. 27. optime, *d.* optuma, *E.* optima, *r.* 29. crebroque, *V.* circafossa, *d.* circa fossam. *r.* 33. lilinum] Ianus. lilium, C.

trium, languido semper collo et non sufficiente capitis oneri. candor eius eximius foris striati et ab angustis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris tenuique pilo et *sta*mine, stantibus in medio crocis. ita odor colorque duplex, et alius calicis alius staminis, differentia *etiam* gust*u*. in unguenti vero oleique usu et folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba quam convolvolum vocant, nascens per frutecta, nullo odore nec crocis intus, candorem tantum referens ac veluti naturae rudimentum lilia fa-
24 cere condiscentis. Alba lilia isdem omnibus modis seruntur quibus rosa, et hoc amplius lacrima sua ut hipposelinum, nihilque est fecundius una radice quinquagenos saepe emittente bulbos. Est et rubens lilium quod Graeci crinon vocant, alii florem eius cynorrhodon. laudatissimum in Antiochia ac Laudicea Syriae, mox in Phaselide. quartum locum optinet in Italia nascens.

25 (12.) Sunt et purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice maiorisque bulbi, sed unius, narcissum vocant. huius alterum genus flore candido, calice purpureo. differentia a lilis est et haec, quod narcissis in radice folia sunt, probatissumis in Lyciae montibus. tertio generi cetera eadem, calix herbaceus. omnes serotini, post arcturum enim florent ac per aequinoctium autumnum.

26 (13.) Inventa est et in his ratio inserendi monstrificis hominum ingeniis. colliguntur namque mense Iulio scapi arescentes lili *at*que suspenduntur in fumo. dein nudantibus se nodulis in faece nigri vini vel Graeci mense Martio macerantur ut colorem percipiant atque ita in scrobiculis seruntur heminis faecis circumfusis. sic fiunt purpurea lilia, mirumque tingui aliquid ut nascatur infectum.

27 6. (14.) Violis honos proximus, earumque plura genera, purpureae, luteae, albae, plantis omnes ut olus satae. ex his vero quae sponte apricis et macris locis proveniunt purpureae latiore folio statim ab radice carnoso exeunt, solaeque Graeco nomine a ceteris discernuntur, appellatae ia et ab his ianthina

---

2. striatis, *ERV*². 3. effigie] *d.* efficiae *GV.* efficaciae, *r.* 4. stamine] *Pint.* semine, *C.* 5. et] ut, *GV.* calicis alius] *om. ER.* stamines, *ER.* differentias, *E.* 6. etiam gustu] *ego.* angusta, *Cv.* 7. convolvulum, *d.* convolvorum, *r.* 13. crimon, *E.* crim, *R.* 17. quando, *GV.* gemine, *G.* gemne, *V.* 20. a] *om. ER.* est] *om. GV.* 26. lili atque] *ego.* lilia quae, *V.* liliaque, *r.* 33. macris] marinis, *G.* 34. carnosa, *EG.* carnora, *R.* exeunti, *ER.* graeco] *E. om. r.* 35. ia] *Barb.* ita, *C.* ianthina] *d.* iantina, *ER.* iacinthina, *r.*

vestis. E sativis maxima auctoritas luteis. genera is Tusculana et quae marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. in totum vero sine odore minutoque folio Calatiana, munus autumni, ceterae veris.

(15.) Proxima ei caltha est colore et amplitudine, vincit 28
numero foliorum marinam quinque non excedentem. eadem odore superatur, est enim gravis calthae. non levior ei quam scopam regiam appellant, quamquam folia eius olent, non flores.

(16.) Baccar quoque radicis tantum odoratae est, a qui- 29
busdam nardum rusticum appellatum. unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos Aristophanes priscae comoediae poeta testis est. unde quidam errore falso baccarida eam appellabant. odor est cinnamomo proximus. gracili solo nec umido provenit. simillimum ei combretum appellatur, foliorum exilitate 30
usque in fila adtenuata, et procerius quam baccar. haec sunt *unguenta* tantum. sed eorum quoque error corrigendus est qui baccar rusticum nardum appellavere. est enim alia herba sic cognominata quam Graeci asaron vocant, cuius speciem figuramque diximus in nardi generibus. quin immo asaron invenio 12, 47
vocitari, quoniam in coronas non addatur.

(17.) Crocum silvestre optimum. serere in Italia minime 31
expedit, ad scripula usque singula areis decoquentibus. seritur radicis bulbo. sativum latius maiusque et nitidius, sed multo lenius, degenerans ubique, nec fecundum etiam Cyrenis, ubi
semper flores laudatissimi. prima nobilitas Cilicio et ibi in Coryco monte, dein Lyciae monte Olympo, mox Centuripino Siciliae. aliqui Theraeo secundum locum dedere. Adulteratur 32
nihil aeque. probatio sinceri, si inposita manu crepitet veluti fragile; umidum enim quod evenit adulteratione. cedit altera
probatio, si manu relata ad ora leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus sativi blandissimum volgo, cum sit 33
mediocre, dialeucon vocant. contra Cyrenaico vitium, quod

---

1. e] se, *ER.* is] *E. om. G.* autem, *r*(?). 3. calatina, *GV.* 4. minus, *E.* mus, *r.* 5. caltha] *d.* calta, *E.* calta calta, *R.* calth, *V.* cultha, *G.* colore et] *ego.* colore, *Urlichs vind. 448.* et concolori, *E.* concolori, *R.* et conculcari, *r.* amplitudini, *ER.* 7. culta, *G.* calta, *r.* ei] e, *GV.* 8. quamque, *GV.* 12. quidem, *EGV.* baccarida] *ego.* baccharicam, *Urlichs vind. 449.* barbaricam, *C.* 14. ei] et, *C.* 15. baccara, *E.* bacchar, *GV.* 16. unguenta] *Urlichs vind. 451. om. C.* sed] *om. GV.* regendus, *GV.* 21. crocum — 22. ad] *om. ER.* 24. ubique] sed ubique, *ER.* 26. lyciae monte] lyciae, *V.* liciae, *G.* 27. dhereo, *ER.* hereo, *r.* 28. sinceri si] *d.* sinceris, *r.* crepitet] *Salm.* crepiti, *GV.* crepit, *r.* 29. *dist. ego.* sedit, *C.* 30. manu] *om. GV.* praelata, *ER.* 32. dileacon, E^2R. dilea, E^1.

omni croco nigrius est et celerrime marcescit. optimum ubicumque quod pinguissimum et brevis capilli, pessimum vero quod situm redolet. Mucianus auctor est in Lycia anno septimo aut octavo transferri in locum subactum atque ita degenerans renovari. usus eius in coronis nusquam, herba enim est folio 5 angusto paene in capillamenti modum. sed vino mire congruit,
34 praecipue dulci, tritum ad theatra replenda. Floret vergiliarum occasu paucis diebus, folioque florem expellit. viret bruma et colligitur. siccatur umbra, melius etiam hiberna. carnosa et illi radix vivaciorque quam ceteris. gaudet calcari et adteri, 10 pereundoque melius provenit. ideo iuxta semitas ac fontes laetissimum. 7. Troianis temporibus iam erat honos ei. hos certe flores Homerus tris laudat, loton, crocum, hyacinthum.
35 (18.) Omnium autem odoramentorum atque adeo herbarum differentia est in colore et odore et suco. Odorato sa- 15 por raro ulli non amarus, e contrario dulcia raro odorata. itaque et vina mustis odoratiora et silvestria magis omnia sativis. quorundam odor suavior e longinquo, propius admotus
36 hebetatur, ut violae. rosa recens a longinquo olet, sicca propius. omnis autem verno tempore acrior et matutinis. quid- 20 quid ad meridianas horas dies vergit, hebetatur. novella quoque vetustis minus odorata. acerrimus tamen odor omnium aetate media. rosa et crocum odoratiora, cum serenis diebus leguntur, et omnia in calidis quam in frigidis. in Aegypto tamen minime odorati flores, quia nebulosus et roscidus aer 25
37 est a multo flumine. quorundam suavitati gravitas inest. quaedam, dum virent, non olent propter umorem nimium, ut buceras, quod est fenum Graecum. aquatis odor non omnium sine suco est, ut violae, rosae, croco. quae vero ex aquatis carent suco, eorum omnium odor gravis, ut in lilio utriusque 30 generis. habrotonum et amaracum acres habent odores. quorundam flos tantum iucundus, reliquae partes ignavae, ut vio-
38 lae ac rosae. hortensium odoratissima quae sicca, ut ruta, menta, apium et quae in siccis nascantur. quaedam vetustate

---

6. capillamentis, *ER.* 7. dulce, *R.* dulcae, *E.* 9. et] *R. om. r.* 10. atteri, *V.* alterri, *ER.* 11. paedoque, *E*[1]. paeudoque, *E*[2]. 12. troiani, *GV.* ei] *codd. Gel.* et, *C.* 13. laudatur, *GV.* crocon, *ER.* 15. odoratus, *GV.* 16. ulli — raro] *om. GV.* 17. itaque — odoratiora] *om. GV.* 18. proprius, *GV.* 19. 20. proprius, *GV.* 21. hebebatur, *GV.* 22. minus] *d.* nimis, *r.* 23. aetate] *Urlichs vind. 452.* aestate, *dv.* aete, *GV.* ete, *r.* 26. flamine, *ERV*[2]. 27. cum venirent, *ER.* 27. 28. buceras] *Urlichs vind. 453.* buceros, *Cv.* 28. aquatis] *Urlichs l. l.* aquatus, *Cv.* 29. ut] *om. ER.*

odoratiora, ut cotonea, eademque decerpta quam in suis radicibus. quaedam non nisi defracta aut ex adtritu olent, alia non nisi detracto cortice, quaedam vero non nisi usta, sicut tura murraeque. flores triti omnes amariores quam intacti. 39
5 aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos. quaedam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris, quin et arborem totam, cuiuscumque radices adtinget. hesperis noctu magis olet, inde nomine invento. animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris quod dictum est credimus. 8, 62

10 (19.) Illa quoque non omittenda differentia est, et odo- 40
ratorum multa nihil adtinere ad coronamenta, ut irim atque saliuncam, quamquam nobilissimi odoris utramque. sed iris radice tantum commendatur, unguentis nascens et medicinae. laudatissima in Illyrico, et ibi quoque non in maritimis, sed in
15 silvestribus Drinonis et Naronae, proxima in Macedonia, longissima haec et candicans et exilis. tertium locum habet Africana, 41
amplissima inter omnes gustuque amarissima, Illyrica quoque duorum generum est: raphanitis a similitudine, quae et melior rhizotomo, subrufa. optuma, quae sternumenta tractatu movet,
20 caulem habet cubitalem, erectum. floret versicolori specie, sicut arcus caelestis, unde et nomen. non inprobatur et Pisidica. effossuri tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa hoc veluti 42
placamento terrae blandiuntur, circumscriptam mucrone gladi orbe triplici cum legerunt, protinus in caelum adtollunt. na-
25 tura est fervens, tractataque pusulas ambusti modo facit. praecipitur ante omnia ut casti legant. teredines non sicca modo verum et in terra celerrime sentit. optimum antea irinum Leucade et Elide ferebatur, — iampridem enim et seritur —, nunc e Pamphylia, sed Cilicium maxume laudatur atque e sep-
30 tentrionalibus.

(20.) Saliunca folio quidem subbrevi et quod necti non 43
possit radici numerosae cohaeret, herba verius quam flos, densa

---

4. intacti] *EV*². intanti, *r*. 9. quod] *codd. Gel.* quam quod, *C*. 10. est] *d*. est sic, *E*. est si, *r*. 10. 11. odoramentorum, *E*¹*R*. 11. nihil] *E*²*R*. nihi, *E*¹. in his, *r*. 13. et] ut, *ER*. 14. sed] et, *ER*. 16. exilis] *d*. ex illis, *r*. 18. mollior, *GV*. 19. rhyzothomos, *E*. rhizotomos, *R*. tractatu] *d*. tractatum, *GV*. tractu, *r*. 20. erectum] *cod. Tol.* erectis, *C*. versicolori] *Gron.* versicoloris, *V*. versiculoris, *G*. diversi coloris, *r*. 22. effossuri] *G*. et fossuri (fosuri, *E*)*r*. hac velut in, *ER*. 23. 24. gladi orbe] *G*. gladio orbe, *V*. gladiorve, *R*. gladiove, *E*. 24. cum] *ego*. et cum, *C*. legerunt] legerint cum, *EV*(?). 24. 25. natura est] *E*. naturae, *r*. 25. tractaquae, *GV*. modi, *GV*. 27. sensit, *ER*. rinum, *GV*. 29. e] et, *GV*. silicum, G. cilicum, *r*. e] *cod. Tol. om. C*. 31. folio] *cod.* Tol. folia, C. sed brevi, ER.

veluti manu pressa breviterque caespes sui generis. Pannonia hanc gignit et Norici Alpiumque aprica, urbium Eporedia, tantae
44 suavitatis ut metallum esse coeperit. vestibus interponi eam gratissimum, (21.) sicut apud Graecos polium herbam, inclutam Musaei et Hesiodi laudibus ad omnia utilem praedicantium superque cetera ad famam etiam ac dignitates, prorsusque miram, si modo, ut tradunt, folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente caerulea aspiciuntur. duo genera eius: campestre maius, silvestre quod minus est. quidam teutrion vocant. folia canis hominis similia, a radice protinus, numquam palmoaltiora.

45 8. (22.) Et de odoratis floribus satis dictum, in quibus unguento vicisse naturam gaudens luxuria vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. hos animadverto tris esse principales, rubentem ut in cocco, qui a rosis migrante gratia *non*nihil trahitur suspectu et in purpuras Tyrias dibaphasque ac Laconicas, amethyst*in*um qui a viola et ipse in purpu-
27 reum quemque ianthinum appellavimus. genera enim tracta-
46 mus in species multas sese spargentia. tertius est qui proprie conchyli intellegitur, multis modis: unus in heliotropi*o* et in aliquo ex his plerumque saturatior, alius in malva ad purpuram inclinans, alius in viola serotina conchyliorum vegetissim*us*. paria nunc conponuntur et natura atque luxuria depugnant. lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum, et fortassis ideo non numerari inter principales, hoc est communes maribus ac feminis, quoniam societas principatum dedit.

47 (23.) Amaranto non dubie vincimur. est autem spica purpurea verius quam flos aliquis, et ipse sine odore. mirum in eo gaudere decerpi et laetius renasci. provenit Augusto mense, durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus adservatur, mireque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua revivescit et hibernas coronas facit. summa naturae eius in nomine est, appellato, quoniam non marcescat.

---

2. eporidia, *C.* 8. aspicitur, *EG.* adspicitur, *R.* 8. campestre maius] *om. GV.* 9. silvestri, *C.* 14. rubentem ut] *Sillig.* ut rubentem, *GV. om. r.* 15. nonnihil] *Ianus.* nihil, *C.* 16. ac] ad, *ER.* amethystinum] *Sillig.* amethystum, *RV.* amethistum, *r.* qui a] *R.* que, *E.* quae, *r.* 17. ianthinum] *d.* iantinum, *E.* lantinum, *R.* yacinthinum, *r.* 19. intellegitis, *E.* intellegis, *R.* heliotropo, *C.* 21. vegetissima, *C.* 27. amaranthon, *GV.* 28. flos] plus, *ER.* odore. mirum] mirum odorem, *ER.* 29. decerpti, *GV.* 30. palma] *E.* palmam, *r.* 30. 31. adsignatur, *E.* assignatur, *R.* 32. et] *om. GV.* naturae] *ego.* natura, *C.* 33. nomine] *E.* nomina, *r.* appellato] *Grasberger de usu Plin. 98.* appellatio, *C.*

(24.) In nomine et cyani colos, item holochrysi. omnes 48
autem hi flores non fuere in usu Alexandri Magni aetate, quoniam proximi a morte eius auctores siluere de illis, quo manifestum est postea placuisse. a Graecis tamen repertos quis
5 dubitet non aliter Italia usurpante nomina illorum?

(25.) At, Hercules, petellio ipsa nomen inposuit, autum- 49
nali circaque vepres nascenti et tantum colore commendato, qui est rosae silvestris. folia parva, quina, mirumque in eo flore inflecti cacumen et nodis intorto folia nasci parvolo calice
10 ac versicolori luteum semen includentia. luteo et bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. pratensis hic flos ac sine usu. plerique et ideo sine nominibus. quin et his ipsis alia alii vocabula inponunt.

(26.) Chrysocome sive chrysitis non habet Latinam ap- 50
15 pellationem. palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

9. (27.) Et fere peractis colorum quoque celeberrimis, 51
transit oratio ad eas coronas quae varietate sola placent. duo
20 earum genera, quando aliae flore constant, aliae folio. florem esse dixerim genistas — namque et his decerpitur luteus — item rhododendron, item zizipha quae Cappadocia vocantur. his odoratus similis qui olearum floribus. in vepribus nascitur cyclaminum, de quo plura alias. flos eius colossinus in coro- 25, 114 sqq.
25 nas admittitur.

(28.) Folio coronantium milacis et hederae, corymbique 52
earum optinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sunt et alia genera nominibus Graecis indicanda, 16, 144 sqq.
quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturae defuit cura.
30 et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen consectanda, quoniam de natura sermo, non de Italia est.

(29.) Ergo in coronamenta folio venere melotrum, spiraea, 53

---

1. holochrysi] *d.* holocrisi, *GV.* olochrosi, *r.* 2. fluere, *ER.* ficere, *G.* 6. posuit, *GV.* 7. et] ei, *GV.* colore] *d.* colorem, *ER.* colores, *r.* commendat, *ER.* commendatus, *r.* 8. est] et, *ER.* 9. cacumine, *ER.* modis intorto, *G*[1]. nonnisi retorto, *ER.* 11. coronantur, *GRV.* 12. flos ac] flore et, *V.* flore, *G.* *dist. ego.* 13. et his] et in et his, *GV.* 14. chrysocone sive chrystus, *GV.* 15. altitudine est] *V.* altitudinem, *r.* 19. rasit, *ER.* oratio] *Urlichs vind. 455.* ratio, *C.* 20. flores constante alio, *GV.* 22. rhododendron item] *om.* *ER.* quia, *C.* vocatur, *ER.* 23. similis qui] *V.* similisque, *r.* 24. alias] *d.* alia, *r.* 26. folia, *ER.* coronamentium, *C.* malacis, *E*[1]. miliacis, *G.* ///iliacis, *V.* 29. qui, *R.* que, *G.* quae, *V.*

origanum, cneorum, quod casiam Hyginus vocat et quod cunilaginem, conyza, melissophyllum quod apiastrum, melilotum quod sertulam Campanam vocamus. est enim in Italiae Campania laudatissima, Graecis in Sunio, mox Chalcidica et Cretica, ubicumque vero asperis et silvestribus nata. Coronas ex ea 5 antiquitus factitatas indicio est nomen sertulae quod occupavit. odor est croco vicinus et flos ipse. Campana placet maxime, foliis brevissimis atque pinguissimis.

54 (30.) Folio coronat et trifolium. tria eius genera: minyanthes vocant Graeci, alii asphaltion, maiore folio, quo utuntur 10 coronari, alterum acuto oxytriphyllon. tertium ex omnibus minutissimum. inter haec nervosi cauliculi quibusdam ut ma-
55 ratho, hippomaratho, myophono utuntur, et ferulis et corymbis hederae, flore purpureo et in alio genere earum silvestribus rosis simili. sed in is quoque colos tantum delectat, odor au- 15 tem abest. Et cneori duo genera, nigri atque candidi. hoc et odoratum, ramosa ambo. florent post aequinoctium autumnum. 10. Totidem et origani in coronamentis species, alterius enim nullum semen, id cui odor est Creticum vocatur.

56 (31.) Totidem et thymi, candidum ac nigricans. floret 20 autem circa solstitia, cum et apes decerpunt, et augurium mellis est. proventum enim sperant apiari large florescente eo. laeditur imbribus amittitque florem. Semen thymi non potest deprehendi, cum origani perquam minutum non tamen fallat. sed quid interest occultasse id naturam? in flore ipso intellegi- 25
57 tur satoque eo nascitur. quid non temptavere homines? Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. ergo translatum est ex Attica thymum et vix flore, uti docemur, satum. sed alia ratio naturae obstitit non durante Attico thymo nisi in adflatu maris. erat quidem haec opinio antiqua in omni thymo, 30 ideoque non nasci in Arcadia, cum oleam non putarent gigni nisi intra CCC stadia a mari. thymo quidem nunc etiam lapi-

---

1. origanon, *Dal.* thriganum, *E.* thrigranum, *R.* thryganum, *r.* 3. 4. campania italiae, *VR.* 4. laudatissimum, *GV.* graecis] *R.* a graecis, *r.* 5. ea] *R. om. r.* 7. odor est] odores, *GV.* ipse] *ego.* ipsa, *C.* *dist. ego.* Campana] *ego.* cana, *C.* 9. folia, *ER.* coronat et] *d.* corona et, *ER.* corone et, *G.* corona te, *V.* 9. 10. minyanthes] *Barb.* miniantes, *GV.* insantes, *r.* 10. sphaltion, *C.* 13. *dist. ego.* miophono, *E.* myphio, *GV.* et] ei, *GV.* et corymbis] corymbis et, *C.* 14. in] *om. ER.* 16. incori, *GV.* 19. ereticum, *GV.* 21. et] ut, *C.* 23. amittique, *GRV.* thymi] tivi, *V.* tui, *G.* 24. minuam, *GV.* 25. id] in, *ER.* 26. quid] sed quid, *GV.* 28. docemus, *ERV.* 29. obsistit, *GV.* 31. cum] tunc, cum, *Sillig.* tunc, *C.* 32. thymos, *ER.* thimos, *G.*

deos campos in provincia Narbonensi refertos scimus, hoc paene solo reditu, e longinquis regionibus pecudum milibus convenientibus ut thymo vescantur.

(32.) Et conyzae duo genera in coronamentis, mas ac 58
5 femina. differentia in folio: tenuius feminae et constrictius angustiusque, imbricatum maris. mas et ramosior. flos quoque magis splendet eius, serotinus utrique post arcturum. mas odore gravior, femina acutior, et ideo contra bestiarum morsus aptior. folia feminae mellis odorem habent, masculae radix
10 a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus. 20, 172

(33.) Et tantum folio coronant Iovis flos, amaracum, he- 59
merocalles, habrotonum, Helenium, sisymbrium, serpullum, omnia surculosa rosae modo. Colore tantum placet Iovis flos, odor abest, sicut et illi qui Graece phlox vocatur. et ramis
15 autem et folio odorata sunt excepto serpullo. Helenium e lacrimis Helenae dicitur natum, et ideo in Helene insula laudatissimum. est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, serpullo simili folio.

(34.) Habrotonum odore iucunde gravi floret aestate, aurei 60
20 coloris. vacuum sponte provenit, cacumine suo se propagat. seritur autem semine melius quam radice aut surculo, semine quoque non sine negotio; plantaria transferuntur. sic et Adonium, utrumque aestate. alsiosa enim admodum sunt *ut* sole tamen nimio laedantur. sed ubi convaluere, rutae vice fruti-
25 cant. Habrotono simile odore leucanthemum est, flore albo, foliosum.

11. (35.) Amaracum Diocles medicus et Sicula gens ap- 61
pellavere quod Aegyptus et Syria sampsucum. seritur utroque genere, et semine et ramo, vivacius supra dictis et odore mol-
30 lius. copiosum amaraco aeque quam habrotono semen, sed habrotono radix una est alte descendens, ceteris in summa terra leviter haeren*tibus*. reliquorum satio autumno fere incipiente nec non et vere quibusdam, locis quae umbra gaudent et aqua ac fimo.

---

1. repertos, *ER*. 2. reditu e] reditque, *C*. 5. feminas, *ER*. 6. maris] *om. ER*. mas] mes, *G. om. V*. 8. acucior, *G*. auctor, *ER*. 11. 12. omerocalles, *E*. homerocalles, *r*. 14. flox, *E*. flos, *GV*. 16. helenae, *EGV*. insulae, *ER*. 19. aestate] *om. GV*. 20. se] *om. GV*. 22. plantari, *GV*. 23. ut] *ego*. et, *C*. 24. vice] vitae, *ER*. 28. samsucum, *E*. samsucum dici, *R*. 29. 30. mellius, *E*. melius, *R*. 30. amaraco aeque] amaro choeaequae (choeae, *G*)*GV*. 31. est] *ego*. et, *C*. 32. haerentibus] *ego coll. Theophr. h. pl. 6, 7, 4*. haerens, *RV*. herens, *r*. 33. *dist. ego*. locis] in locis, *GV*.

62 (36.) Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus, coloris hysgini, folio spinae, nec a terra se adtollentem. praecipuam in Gedrosia narrat erui post aequinoctium vernum radicitus siccarique ad lunam XXX diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges hac herba uti ad vota suscipienda. 5 eandem vocari chenamychen, quoniam anseres a primo conspectu eius expavescant, ab aliis nyctalopa, quoniam e longinquo noctibus fulgeat.

63 (37.) Melilotos ubique nascitur, laudatissima tamen in Attica, ubicumque vero recens nec candicans et croco quam simillima, 10 quamquam in Italia odoratior candida.

64 (38.) Florum prima ver nuntianti*um* viola alba — tepidioribus vero locis etiam hieme emicat — post ea quae ion appellatur et purpurea, proxime flamme*um*, quod phlox vocatur, silvestre dumtaxat. cyclaminum bis anno, vere et autumno. 15 aestates hiemesque fugit. Seriores supra dictis aliquanto nar-
22 cissus et lilium trans maria, in Italia quidem, ut diximus, post rosam. ver*um* in Graecia tardius etiamnum anemone. est autem
164 haec silvestrium bulborum flos, alia quam quae dicetur in me-
65 dicis. Sequitur oenanthe ac melanium et ex silvestribus he- 20 li*o*chrysos, deinde alterum genus anemones quae *l*imonia vocatur, post hanc gladiolus comitatus hyacintho. novissima rosa, eademque prima deficit excepta sativa, e ceteris hyacinthus maxime durat et viola alba et oenanthe, sed haec ita, si devolsa crebro prohibeatur in semine renasci, *in* locis tepidis. odor 25
66 idem ei qui germinantibus uvis, atque inde nomen. Hyacinthum comitatur fabula duplex luctum praeferens, eius quem Apollo dilexerat aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis ut Graecarum litterarum figura A*I* legatur inscriptum. Helioc*h*rysus florem habet auro similem, folium tenue, caulicu- 30 lum quoque gracilem sed durum. hoc coronari se Magi, si

---

2. hisgini, *V.* hygini, *ER.* spinae] hispinae, *V.* his spinae, *G.* a] ad, *GV.* *dist. Urlichs vind. 456.* 3. erui] herbi, *GV.* 5. uti] *om. ER.* 6. eadem, *GV.* chenamichen, *ER.* cheramhycen, *G.* cherambycen, *V.* 10. simillimam, *ER.* 11. quamquam] *d.* quam, *r.* 12. nuncianti, *G.* nuntianti, *r.* 12. 13. *dist. ego.* 13. ion] *R*(?) *Salm. om. E.* lilia, *r.* 14. flammeum] *Salm.* flammeam, *C.* phlox] phloxsos, *R.* floxos, *E. om. r.* 17. post] *V.* per, *r.* 18. verum] *ego.* vero, *C.* 20. melianthum, *GV.* melianeum, *r.* et] *om. ER.* 20. 21. helychrisos, *GV.* helychrissos, *r.* 21. timonia, *C.* 22. hyacinthi, *ER.* novissime, *GV.* 25. seminibus, *ER.* renasci in] *Urlichs vind. 458.* renascitur, *C.* 27. quam, *EGR.* 29. AI] ae, *GR.* ea. *E.* e///, *V.* „*ut videtur*". 30. heliocrisus, *E.* helyocrysus, *R.* helyocrisus, *G.* heliocrysus, *V.* 31. coronare, *EGV.*

et unguenta sumantur ex auro quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt.

(39.) Succedunt illis aestivi, lychnis et Iovis flos et alte- 67
5 rum genus lili, item iphyon et amaracus quem Phrygium cognominant. sed maxime spectabilis pothos. duo genera huius: unum cui flos hyacinthi est, alter candidus qui fere nascitur tumulis, quoniam fortius durat. et iris aestate floret. Abeunt et hi marcescuntque. alii rursus subeunt autumno: tertium
10 genus lili, et crocum et orsini utraque genera, unum hebes, alterum odoratum, primis omnia imbribus emicantia. Coronari 68 quidem et spinae flore utuntur, quippe cum spinae albae cauliculi inter oblectamenta quoque gulae condiantur. Hic est trans maria ordo florum. in Italia violis succedit rosa, huic
15 intervenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. nam vicapervica semper viret in modum liniae, foliis geniculatim circumdata, topiaria herba, inopiam tamen florum aliquando supplet. haec a Graecis chamaedaphne vocatur.

(40.) Vita longissima violae albae trimatu. ab eo tempore 69
20 degenerat. rosa et quinquennium perfert non recisa nec adusta. illo enim modo iuvenescit. Diximus et terram referre pluri- 19 mum. nam in Aegypto sine odore haec omnia, tantumque myrtis odor praecipuus; atqui etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria a favonio fossa oportet esse ite-
25 rumque solstitio, et id agendum ut intra id tempus purgata ac pura sint.

12. (41.) Verum hortis coronamentisque maxime alvaria 70 et apes conveniunt, res praecipui quaestus conpendiique cum favit. harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum,
30 rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthen. ea est autem folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo mellis sucum habente. Horum floris avidissimae sunt, atque etiam 71 sinapis, quod miremur, cum olivae florem ab his non attingi

---

3. flores] et flores, *ER.* 5. iphyon] *Sillig.* ipson, *G.* tiphyon, *V.* thiphon, *r.* 6. sed] semel, *ER.* 8. tumulis] *Ianus.* in tumulis, *C.* 10. orsini] *Sillig.* orsim, *R.* orsin in, *r.* habes, *GVR.* 15. rosam] *V.* rosa, *r* 16. viret] et, *ER.* liliae, *GVR.* 19. vita] *d.* ita, *r.* alba et, *ER.* 20. rosam, *ER.* adusta] *Cf. Theophr. h. pl. 6, 8, 5.* adulta, *C.* 23. atqui] *ego.* aliqui, *ER.* aliquis, *V.* 24. opoeriet, *R.* opponi et, *E.* 28. compendio, *V.* 29. favet, *V.* 30 erviliam] *d.* ervillam, *V.* ervillium, *E.* ervilium, *R.* 31. cerinthea ea] *Sillig.* cyrintha, *V.* cerinthea, *r.* 33. habentem, C.

constet; ideo hanc arborem procul esse melius sit, cum aliquas quam proxime seri conveniat quae et evolantium examina invitent nec longius abire patiantur.

72 (42.) Cornum quoque arborem caveri oportet. flore eius degustato alvo cita moriuntur. remedium sorba contusa e melle praebere his vel urinam hominis vel boum aut grana punici mali Amineo vino conspersa. at genistas circumseri alvariis gratissimum.

73 (43.) Mirum est dignumque memoratu de alimentis quod conperi. Hostilia vicus adluitur Pado. huius inquilini pabulo circa deficiente inponunt navibus alvos noctibusque quina milia passuum contrario amne subvehunt. egressae luce apes pastaeque ad naves cotidie remeant mutantes locum, donec pondere ipso pressis navibus plenae alvi intellegantur revectisque
74 eximantur mella. 13. Et in Hispania mulis provehunt simili de causa, (44.) tantumque pabulum refert ut mella quoque venenata fiant. Heracliae in Ponto quibusdam annis perniciosissima existunt ab iisdem apibus facta. nec dixere auctores e quibus floribus ea fierent, nos trademus quae conperimus. Herba est ab exitio et iumentorum quidem, sed praecipue caprarum, appellata aegolethron. huius flore concipiunt noxium virus aquoso vere marcescentis. ita fit ut non omnibus annis
75 sentiatur malum. Venenati signa sunt quod omnino non densatur, quod color magis rutilus est, odor alienus sternumenta protinus movens, quod ponderosius innoxio. qui edere abiciunt se humi refrigerationen quaerentes, nam et sudore diffluunt.
76 Remedia sunt multa, quae suis locis dicemus. sed quoniam
29, 97 32, 43 statim repraesentari aliqua in tantis insidiis oportet, mulsum vetus e melle optumo et ruta, salsamenta etiam, si reiciantur sumpta crebro. certumque est id malum per excrementa ad canes etiam pervenire similiterque torqueri eos. mulsum tamen ex eo inveteratum innocuum esse constat, et feminarum cutem nullo melius emendari cum costo, suggillata cum aloe.

77 (45.) Aliud genus in eodem Ponti situ, gente Sannorum, mellis quod ab insania quam gignit maenomenon vocant. id existimatur contrahi flore rhododendri quo scatent silvae. gens-

---

1. constat, *ER.* 4. oporteat, *C.* 11. noctibusque] *V.* noctibus quia, *r.* 12. amne] *cod. del.* mane, *C.* 15. existimantur, *ER.* 16. cantumque, *R.* canumque, *E.* 21. aegolethron] *d.* egolaethron, *V.* egolephron, *r.* 23. sentiantur, *C.* densantur, *ER.* 25. abiciunt] *d.* abiciuntque, *E.* abiciunt quae, *r.* 32. veteratum, *ER.* 33. ullo, *ER.* 34. ponti] *V.* potu, *r.* sannonum, *ER.* 35. quam] *V.* que, *E.* quod, *R.* 36. quo] *V.* qua, *r.*

que ea, cum cera*m* in tributa Romanis praestet, mel, quoniam exitiale est, non vendit. Et in Perside et in Mauretaniae Caesariensis Gaetulia contermina Massaesylis venenati favi gignuntur, quidamque a parte, quo nihil esse fallacius potest, nisi
5 quod livore deprehenduntur. Quid sibi voluisse naturam his ar- 78
bitremur insidiis, ut ab iisdem apibus nec omnibus annis fierent aut non totis favis? parum enim erat genuisse rem in qua venenum facillime daretur? etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? quid sibi voluit nisi ut cautiorem minusque
10 avidum faceret hominem? non enim et ipsis apibus iam cuspides dederat et quidem venenatas, remedio adversus has utique non differendo? ergo malvae suco aut foliorum hederae perungui salutare est vel percussos ea bibere. mirum tamen est venena portantis ore fingentisque ipsas non mori, nisi quod
15 illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus sicut contra serpentes Psyllis Marsisque inter homines.

14. (46.) Aliud in Creta miraculum mellis: mons est Ca- 79
rina VIIII passuum ambitu, intra quod spatium muscae non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. hoc experi-
20 mento singulare medicamentis eligitur.

(47.) Alvaria orientem aequinoctialem spectare convenit. 80
aquilonem evitent, nec favonium minus. alvos optum*a* e cortice, secunda ferula, tertia vimine; multi et e speculari lapide fecere, ut operantis intus spectarent. circumlini alvos fimo
25 bubulo utilissimum, operculum a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus; si magna sit alvos aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiciant, id paulatim reduci fallente operis incremento. alvos hieme stramento operiri, crebro suffiri, maxime fimo bubulo. cognatum hoc iis innascentes bestiolas ne- 81
30 cat, araneos, papiliones, teredines, apesque ipsas excitat. et araneorum quidem exitium facilius est. papilio, pestis maior, lucernis tollitur vere, cum maturescat malva, noctu interlunio caelo sereno accensis ante alvos. in eam flammam sese ingerunt.

35 (48.) Si cibus sentiatur deesse apibus, uvas passas siccasve 82
ficos tusas ad fores earum posuisse conveniat, item laneas tra-

---

1. cera, *C.* praestent, *C.* 3. massaesulis, *codd. Gel.* masyllis, *V.* massasyllis, *r.* 5. leviore, *V.* 13. ea] *E.* eas, *r.* 16. psyllis] *d.* phyllis, *V.* hypsillis, *r.* 17. 18. carma, *ER.* 20. exigitur, *V.* 22. optuma e] optume, *ER.* optime, *V.* 23. et e] *V.* estis et e, *R.* estis et, *E.* 24. facere, *ER.* sperantis, *C.* 26. proferatur] *codd. Gel.* properatur, *C.* 29. 30. necant, *V.* 32. vero, *EGV.* 36. laneas] *ego.* lanas, *C.*

ctas madentes passo aut defruto aut aqua mulsa, gallinarum etiam nudas carnes. quibusdam et aestatibus idem cibi praestandi, cum siccitas continua florum alimentum abstulit. Alvorum, cum mel eximatur, inlini oportet exituus melissophyllo aut genista tritis, aut medias alba vite praecingi, ne apes diffugiant. vasa mellaria aut favos lavari aqua praecipiunt, hac decocta fieri saluberrimum acetum.

83 (49.) Cera fit expressis favis, sed ante purificatis aqua ac triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili, aqua favos tegente, tunc sporta colatis. rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. optima quae Punica vocatur, proxuma quam maxime fulva odorisque mellei, pura, natione autem Pontica, quod constare equidem miror, inter venenata mella,
11, 16 dein Cretica, plurumum enim ex propoli habet, de qua diximus in natura apium. post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo:
84 ventilatur sub diu saepius cera fulva, dein fervet in aqua marina ex alto petita addito nitro. inde lingulis hauriunt florem, id est candidissima quaeque, transfunduntque in vas quod exiguum frigidae habeat, et rursus marina decocunt separatim, dein vas ipsum aqua refrigerant. et cum hoc ter fecere, iuncea crate sub diu siccant sole lunaque. haec enim candorem facit, sol siccat, et ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. candidissima vero fit post insolationem etiamnum recocta. Punica
85 medicinis utilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet, variosque in colores pigmentis trahitur ad reddendas similitudines et innumeros mortalium usus parietumque etiam et armorum tutelam. Cetera de melle api-
11, 11 sqq. busque in natura earum dicta sunt. et hortorum quidem omnis fere peracta ratio est.

86 15. (50.) Secuntur herbae sponte nascentes quibus pleraeque gentium utuntur in cibis maximeque Aegyptus, frugum quidem fertilissima, sed ut prope sola iis carere possit. tanta est ciborum ex herbis abundantia. in Italia paucissimas novi-

---

1. defruto] V^2. defrito, *r*. 3. 4. arborum, *GV*. 6. haec, *GV*. 8. ac — 9. terebris — quarto, *GV*. rto, *r*. 14. constaret, *ER*. et quidem, *GV*. venena mel, *G*. 16. corsicam, *GV*. 17. quandam] *codd. Gel.* quantam, *C*. 18. fervent, *GV*. fruet, *R*. 22. ipsu, V^2. ipso, GV^1. aqua] *Ianus*. antequam, *C*. 23. grate, *G*. gratae, *E*. gnatae, *R*. 24. sol] sic, *ER*. liquefaciat] *cod. Tol.* liquefaciant, *C*. 26. genere, *R*. geinere, *E*. 27. rubet] rumba et, *ER*. 28. reddendas] V^2. reddenda, *ER*. edendas, *r*. 32. 33. pleraque, *C*.

mus, fraga, tamnum, ruscum, batim marinam, batim hortensiam, quam aliqui asparagum Gallicum vocant, praeter has pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque verius oblectamenta quam cibos.

(51.) In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon 87
aliqui vocant. hanc e Nilo metunt, caule, cum coctus est, araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spectabili, foliis latissimis, etiam si arboreis conparentur, ad similitudinem eorum quae personata in nostris amnibus vocamus, adeoque Nili sui dotibus gaudent ut inplexis colocasiae foliis in variam speciem vasorum potare gratissimum habeant. seritur iam haec in Italia.

(52.) In Aegypto proxima auctoritas cichorio est, quod 88
diximus intubum erraticum. nascitur post vergilias, floret par- 19, 129
ticulatim. radix ei lenta, quare etiam ad vincula utuntur illa. Anthalium longius a flumine nascitur mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. mandunt igni paratum. mandunt et oetum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna. Arachidne quidem et aracos, cum ha- 89
beant radices ramosas ac multiplices, nec folium nec herbam ullam aut quicquam aliud supra terram habent. Reliqua volgarium in cibis apud eos herbarum nomina: chondrylla, hypochoeris, caucalis, enthryscum, scandix, quae ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis, parthenium, trychnum, corchorus et ab aequinoctio nascentes aphace achynops. epipetron vocant quae numquam floret. at e contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium tota hieme totoque vere usque in aestatem.

(53.) Multas praeterea ignobilis habent, sed maxime cele- 90
brant cnecon Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam.

---

1. fragant, *E*[1]*R*. flagant, *E*[2]. hortensianam, *ER*. 2. quam] *V*. quas, *r*. has] *om*. *GV*. 3. eamque, *ER*. obiectamenta, *C*. 7. madendo, *GV*. 7. 8. spectabilis, *ER*. 9. amnibus] *Barb*. manibus, *C*. 10. adeque, *GV*. adaeque, *r*. 14. 15. particula eius, *ER*. 15. quare] *V*. quar, *G*. qua, *r*. 16. a flumine] *d*. et flumine, *GV*. et lumine, *r*. 18. paratum] conparatum, *V*. comparatum, *r*. cetum, *GR*. 19. arachidna, *Dal*. arachncde, *E*[1]. anachnide, *G*. arachnide, *r*. arachos, *C*. 22. chondrylla] *Gesnerus*. candriala, *E*. candryala, *r*. 22. 23. hypochoeris, caucalis] *Barb*. hypocaris caucaris, *C*. 23. enthryscum] *ego coll. l. 22, 81 et Theophr. h. pl. 7, 7, 1*. entriscum, *G*. antriscum, *V*. anthriscum, *r*. scandix] *d*. scandrix, *V*. sandrix, *G*. scandryx, *R*. scamdryx, *E*. tragopagon, *C*. 25. ab] *om*. *ER*. aphace achynops] *Salm*. apache (apace, *GV*) achynopos (acynopos, *G*. acyno, *ER*)*C*. 26. at e] adeo, *GV*. apace, *C*. 29. multa, *ER*. 30. necun, *GV*. gratum, *GV*.

hoc faciunt e semine eius. Differentia prima silvestris et mitior. silvestrium duae species. una mitiori similis, caule tamen rigido; itaque et colu antiquae utebantur ex illis, quare quidam atractylida vocant. semen eius candidum et grande, amarum. altera hirsutior, torosiore caule et qui paene humi serpat, minuto semine. aculeatarum generis haec est, quoniam distinguenda sunt et genera.

91 (54.) Ergo quaedam herbarum spinosae sunt, quaedam sine spinis. spinosarum multae species. in totum spina est asparagus, scorpio, nullum enim folium habent. quaedam spinosa foliata sunt, ut carduus, erunge, glycyr*rh*iza, urtica. his enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. aliqua et secundum spinam habent folium, ut tribulus et anonis. quaedam in folio non habent et in caule habent, ut pheos quod aliqui stoeben appellavere. hippophaes spinis geniculatum. tribu*l*o proprietas quod et fructum spinosum habet.

92 (55.) Ex omnibus his generibus urtica maxime noscitur acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, saepe altior binis cubitis. plures eius differentiae: silvestris quam et feminam vocant, mitiorque. et in silvestri quae dicitur canina acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. quae vero etiam odorem fundit Herculanea vocatur. semen omnibus copiosum,
93 nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam et tactu tantum leni pruritum pusulasque confestim adusto similes existere. notum est ei remedium olei. sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. incipiens quidem ipsa nasci vere non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos. silvestrium quoque radix omnem carnem teneriorem facit simul cocta. quae innoxia est, morsu carens, lamium vo-
22, 39 catur. De scorpione dicemus inter medicas.

94 16. (56.) Carduus et folia et caules spinosae lanuginis habet,

---

2. *sq. dist. Urlichs vind. 463.* 2. mitiori] *codd. Salm.* mitiore, *C.* similis] *Urlichs l. l.* simili, *C.* 4. quidem, *ER.* atractylida] *codd. Barb.* atraylide, *GV.* atrailide, *r.* 7. et] *om. GV.* 10. folium] florum, *GV.* habet, *ER.* 11. glyciriza, *R.* gliciriza, *E.* gelyzicyrici, *G*[1]. gelycyrizi, *G*[2]. lycyricia, *V.* 12. inest] id est, *GV.* 13. spina, *ER.* hispaniam, *G.* hispania, *V.* 14. non] *om. ER.* 15. sthoen *GV.* tribulo] *Cagnatius.* tributo, *ER.* tributu, *V.* tribu, *G.* 18. purpureum, *GV.* lanugine, *ER.* 19. plures] *d.* flores, *V.* eius flores, *G. om. r.* 19. et] *om. ER.* 20. et in] et, *ER.* cania, *ER.* 22. funditur, *GV.* 24. levi, *EGV.* 25. ei] *d.* et, *r.* oleo, *GV.* 27. grato, *E.* ignato, *G.* 30. noxia, *GV.* lamium] aonymium, *ER.* 32. caules] *R.* caulae, *E.* cautelae, *V.* cauteile, *G.*

item acorna, leucacanthos, chalceos, cnecos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos. chamaeleon in foliis non habet aculeos. Est et illa differentia quod quaedam in his multicaulia ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule nec ramosum
5 cnecos. quaedam cacumine tantum spinosa sunt, ut erynge. quaedam aestate florent, ut tetralix et helxine. scolymos quo- 95
que sero floret et diu. acorna colore tantum rufo distinguitur et pinguiore suco. idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset et nisi sanguineum sucum funderet, qua de causa phonos
10 vocatur a quibusdam, odore etiam gravis, sero maturescente semine nec ante autumnum, quamquam id de omnibus spinosis dici potest. verum omnia haec et semine et radice nasci possunt. Scolymus carduorum generis ab his distat quod radix 96
eius vescendo est decocta. Mirum quod sine intervallo tota ae-
15 state aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. aculei arescente folio desinunt pungere. Helxine rara visu est neque in omnibus terris, a radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat contectum sua fronde. huius vertex summus lacrimam continet iucundi saporis acanthicen masticen
20 appellatam.

(57.) Et cactos quoque in Sicilia tantum nascitur, suae 97
proprietatis et ipse. in terra serpunt caules a radice emissi, lato folio et spinoso. caules vocant cactos, nec fastidiunt in cibis inveteratos quoque. unum autem caulem rectum habet
25 quem vocant pternica, eiusdem suavitatis, sed vetustatis inpatientem. semen ei lanuginis quam pappum vocant, quo detracto et cortice teneritas similis cerebro palmae est. vocant ascalian.

(58.) Tribulus non nisi in palustribus nascitur. dira res 98

---

1. acorna] *codd. Barb.* acora, *V.* macora, *G.* machyora, *E*[1]. machora, *r.* chalceos, cnecos] *Pint.* chaldenecos, *GV. om. r.* polyacanthos] *om. ER.* 1. 2. onopyxos] *codd. Barb.* onopygos, *ER.* conopygos, *r.* 2. helsine, *GV.* elsine, *r.* haberet, *GV.* 3. multiscaulia, *GV.* 4. ne, *C.* 5. erynge] *codd. Barb.* eryncae, *ER.* eryngeli, *V.* cyyngeli, *G.* 6. ut] *om. ER.* tetralix] *R.* tetralem, *E.* tetralism, *G.* tetralismi, *V.* helxine] *codd. Barb.* elixine, *ER.* helsine, *G.* helsyne, *V.* 7. acorna] *d.* crona, *V.* acrona, *r.* 8. atractillis, *G.* atractyllis, *r.* nisi] *om. ER.* 9. esse, *ER.* 11. nec — 12. semine] *om. GV.* 11. quamquam] *d.* quam, *ER.* 12. radici, *GV.* 15. aliud parturit] *om. ER.* 16. helisine, *E.* helsine, *r.* 17. a] e, *E.* est e, *R.* qua] *E.* aqua, *R.* sativa, *r.* 18. contactum, *ER.* fronde] floret, *ER.* 21. Et cactos] *Barb.* ectatos, *C.* 22. missi, *GV.* 23. cactus, *ER.* cattus, *r.* 24. quoque] que, *C.* autem] cautem, *ER.* habet] *Schneider.* habent, *C.* 25. pternica] *Barb.* tunica, *ER.* tinica, *r.* 28. ascaliari, *C.*

alibi iuxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibos, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo. at in reliquo orbe genera *duo*. uni cicerculae folia, alteri aculeata. hic et serius floret magisque saepta obsidet villarum. semen ei rotundius, nigrum, in siliqua, alteri harenacium. Spinosorum etiamnum aliud genus anonis. in ramis enim spinas habet, adposito folio rutae simili, toto caule foliato in modum coronae. sequitur arata frugibus inimica vivaxque praecipue.

99 (59.) Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut eius quam coronopum vocant. e diverso stat anchusa inficiendo ligno cerisque radicis aptae, stant e mitioribus anthemis et phyllanthos et anemone et aphace. caule foliato est crepis et lotos.

100 (60.) Differentia foliorum et hic quae in arboribus brevitate pediculi ac longitudine, angustis ipsius foli, amplitudine, iam vero angulis, incisuris, odore, flore. diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacae, onochili. 17. Multis inter haec aeterna folia sicut quibusdam arborum, in primisque heliotropio, adianto, polio.

101 (61.) Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est achynops, alopecuros, stelephuros, — quam quidam ortygem vocant, alii
25, 80 plantaginem, de qua plura dicemus inter medicas —, thryallis. ex his alopecuros spicam habet mollem et lanuginem densam non dissimilem vulpium caudis, unde et nomen. proxuma ei est et stelephuros, nisi quod illa particulatim floret. Cichorion et similia circa terram folia habent germinantia ab radice post vergilias.

102 (62.) Perdicium et aliae gentes quam Aegypti edunt. nomen dedit avis id maxime eruens. crassas plurimasque habet

---

1. cibus, *GV*. cibis, *r*. 1. 2. inclinatos, *GV*. 2. ad] atque, *GV*. 3. duo] *Barb. om. C.* folio, *C*. 5. harenaculum, *R*. heraenaculum, *E*. harenatulum, *r*. 6. rariis, *E*. rarinis, *r*. spinis, *ER*. 8. arata frugibus] *V*[1]. rarata (arra, *V*[2]) frugibus, *GV*[2]. a frugibus aratro, *r*. vix quae, *GV*. 10. e] *codd. Gron.* et, *C*. stat] *Gron.* stant, *C*. 12. aphace] *codd. Gel.* apacae, *E*. apace, *r*. foliatae, *ER*. est] *om. R*. 14. in] et in, *ER*. 15. foliis, *C*. 16. iam vero] *om. ER*. 17. aphacae] *d.* apache, *ER*. apace, *G*. apacae, *V*. 17. 18. onochili] *Hard.* onochitae, *G*. onochite, *r*. 19. polio] *Gron.* pholia, *RV*. folia, *r*. 20. achynops] *Vid. Theophr. h. pl. 7, 11, 2.* stanipsa, *GV*. stanypi, *r*. 21. stelephuros] *codd. Barb.* stelephyros, *GV*. stelepyros, *r*. 22. 23. thryallis] *Barb.* phryallis, *GV*. priallis, *r*. 24. et] ei et, *R*. 25. ei est et] *Sillig.* et est et, *ER*. est et, *r*. stelephyrus, *V*. stellephyrus, *G*. stelepyrus, *r*. 26. germinantia] *Ianus.* germinantibus, *C*. 28. aeliae, *EGV*. genes, *GV*.

radices. item ornithogala caule tenero, candido, semipeda*li*, radice bulbosa, molli, tribus aut quattuor agnatis. coquitur in pulte.

(63.) Mirum loton herbam et aegilopa non nisi post an- 103
5 num e semine suo nasci. mira et anthemidis natura, quod a summo florere incipit, cum ceterae omnes, quae particulatim florent, ab ima sui parte incipiant.

(64.) Notabile et in lappa quae adhaerescit, quod in ipsa 104
flos nascitur non evidens sed intus occultus, et intra seminat
10 velut animalia quae in se pariunt. Circa Opuntem *est* herba etiam homini dulcis, mirumque e folio eius radicem fieri ac sic eam nasci.

(65.) *I*asine unum folium habet, sed ita implicatum ut 105
plura videantur. Chondrylla amara est et acris in radice suci.
15 amara et aphace et quae picris nominatur, et ipsa toto anno florens. nomen ei amaritudo inposuit.

(66.) Notabilis et scillae crocique natura, quod, cum om- 106
nes herbae folium primum emittant, mox in caulem rotundentur, in his caulis prior intellegitur quam folium. et in croco
20 quidem flos inpellitur caule, in scilla vero caulis exit, deinde ex eo flos emergit. eademque ter floret, ut diximus, tria tem- 18, 24
pora arationum ostendens.

(67.) Bulborum generi quidam adnumerant et cypiri, hoc 107
est gladioli, radicem. dulcis ea est et quae decocta panem
25 etiam gratiorem faciat ponderosioremque simul subacta. Non dissimilis *ei* est quae thesium vocatur, gustu aspera.

(68.) Ceterae eiusdem generis folio differunt: asphodelus 108
oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus manditur et semine tosto et
30 bulbo, set hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito, praeterea tuso cum ficis, praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo. tradunt et ante portas villarum satum remedio esse contra veneficiorum noxiam. asphodeli mentionem et Homerus fecit. 109
radix eius napis modicis similis est, neque alia numerosior
35 LXXX simul acervatis saepe bulbis. Theophrastus et fere Graeci

---

1. ornithogala] *Ianus in praef.* ornithogalae, *E.* ornithogale, *r.* tenero] *d.* temero, *GV.* tenedo, *r.* semipedatu, *EV.* semipedata, *R.* sempadatu, *G.* 2. *dist. Ianus.* 4. mirum — 5. nasci] *om. G.* 4. aegilonpan, *RV.* aegylonpan, *E.* 6. florere] *R.* flore, *r.* 10. est] si, *C.* 11. mirum, *EGV.* 12. sic] sim, *ER.* 13. Lasine, *GV.* L. asine, *r.* 14. chondrylla] *Barb.* achendrylla, *ER.* achendylla, *V.* achemdylla, *G.* 15. apace, *EGR.* 19. proprior, *C.* 23. cyperi, *V.* cypri, *ER.* 26. ei] *ego.* et, *C.* 29. nomine, *EGV.* 32. et] ut et, *ER.* 34. natis, *ER.*

princepsque Pythagoras caulem eius cubitalem et saepe duum cubitorum, foliis porri silvestris, anthericum vocavere, radicem vero, id est bulbos, asphodelum. nostri illud albucum vocant et asphodelum assulam regiam, caulis acinosi, ac duo genera
110 faciunt. Albuco scapus cubitalis, amplus, purus, levis, de quo Mago praecipit exitu mensis Marti et initio Aprilis, cum floruerit, nondum semine eius intumescente, demetendum findendosque scapos et quarto die in solem proferendos, ita siccati ma-
111 nipulos faciendos. Idem pistana dicit a Graecis vocari quam inter ulvas sagittam appellamus. hanc ab idibus Maiis usque in finem Octobris mensis decorticari atque leni sole siccari iubet, idem et gladiolum alterum quem cypiron vocant et ipsum palustrem, Iulio mense toto secari iubet ad radicem tertioque die in sole siccari, donec candidus fiat, cotidie autem ante solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus desectis nocturni rores noceant.

112 18. (69.) Similia praecipit et de iunco quem mariscum appellant, ad texendas tegetes et ipsum Iunio mense eximi ad Iulium medium praecipiens, cetera de siccando eadem quae de
111 ulva suo loco diximus. Alterum genus iuncorum facit quod marinum et a Graecis oxyschoenon vocari invenio. tria genera eius: acuti, sterilis, quem marem et oxyn Graeci vocant, reliqua feminini ferentis semen nigrum quem mela*n*cran*i*m appel-
113 lant. crassior hic et fruticosior, magisque etiamnum tertius qui vocatur holoschoenus. ex his melancranis sine aliis generibus nascitur, oxys autem et holoschoenus eodem caespite. utilissimus ad vitilia holoschoenus, quia mollis et carnosus est. fert fructum ovorum cohaerentium modo. nascitur autem et is quem marem appellavimus ex semetipso cacumine in terram
114 defixo, melancranis autem suo semine. alioqui omnium radices omnibus annis intermoriuntur. usus ad nassas marinas, vitilium elegantiam, lucernarum lumina, praecipua medulla, amplitudine iuxta maritimas Alpes tanta ut inciso ventre inpleant paene unciarum latitudinem, in Aegypto vero cribrorum, longi-

---

4. assulam] *V.* assulum, *G.* asylam, *E*[1]. assylam, *r.* 5. cubitalis] *cod. Tol.* cubitali, *C.* levisque, *GV.* 6. cum] *om. EGR.* 8. et] *om. GV.* 9. tustana, *GV*[1]. 10. maiis usque] *d.* maii usque, *V.* maius usque, *G.* magisque, *R.* magis quae, *E.* 14. die] de, *GV.* 22. acuti] *d.* acutae, *G.* acute, *r.* oxim, *V.* oxī, *G.* onxym, *E*[1]. onxyn, *r.* 23. melacrantam, *GV.* melacrantan, *E.* melacranran, *R.* 23. 24. appellant] vocant, *RV*(?) 25. melanchranis, *G.* melacranis, *ER.* sive, *EGV.* 28. autem] et autem, *GV.* 32. elegantiam] *d.* elegantium, *r.* 34. cimbrorum, *V.* umbrorum, *G.* longitudine] *Ianus.* longitudinem, *C.*

tudine non aliis utiliore. Quidam etiamnum unum genus 115
faciunt iunci trianguli — cyperon vocant — multi vero non
discerunt a cypiro vicinitate nominis. nos distinguemus utrum-
que. cypirus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, lauda- 107
5 tissimus in insulis Creta, dein Naxo et postea in Phoenice.
Cretico candor odorque vicinus nardo, Naxio acrior, Phoenicio
exiguum spirans, nullus Aegyptio, nam et ibi nascitur. Discutit 116
duritias corporum. iam remedia enim dicemus, quoniam et
florum odorumque generi est magnus usus in medicina. quod
10 ad cypiron attinet, Apollodorum quidem sequar qui negabat
bibendum, quamquam professus efficacissimum esse adversus
calculos *h*os eo *m*ovet. feminis quidem abortuus facere non
dubitat, mirumque tradit barbaros suffitum huius herbae exci-
pientis ore lienes consumere et non egredi domibus nisi ab
15 hoc suffitu. vegetiores enim firmioresque sic etiam in dies fieri.
intertriginum et alarum vitiis perfrictionibusque cum oleo in-
litum non dubie mederi.

(70.) Cyperos iuncus est, qualiter diximus, angulosus, iuxta 117
terram candidus, cacumine niger pinguisque. folia ima porra- 115
20 ceis exiliora, in cacumine minuta, inter quae semen est. radix
olivae nigrae similis, quam, cum oblonga est, cyperida vocant,
magni in medicina usus. Laus cypero prima Hammoniaco,
secunda Rhodio, tertia Theraeo, novissima Aegyptio, quod et
confundit intellectum, quoniam et cypiros ibi nascitur. sed
25 cypiros durissima vixque spirans, ceteris odor et ipsis nardum
imitans. Est et per se Indica herba quae cypira vocatur, zin-
giberis effigie. commanducata croci vim reddit. Cypero vis 118
in medicina psilotri. inlinitur pterygis ulceribusque genitalium
et quae in umore sunt omnibus, sicut oris ulceribus. radix
30 adversus serpentium ictus et scorpionum praesentis remedi est.
vulvas aperit pota. largiori tanta vis ut expellat eas. urinam
ciet et calculos, ob id utilissima hydropicis. inlinitur et ulceri-
bus quae serpunt, sed his praecipue quae in stomacho sunt, e
vino vel aceto inlita.

35 (71.) Iunci radix in tribus heminis aquae decocta ad ter- 119

---

1. utiliore] *Ianus.* viliorem, *E.* utiliorem, *r.* 3. vicinitatem, *GRV.* 5. in] *om. EGV.* 8. dicimus, *GV.* quoniam] *V.* et quoniam, *r.* 12. hos eo movet] *ego.* os eo (eos, *ER*) fovet, *C.* 14. ab] *R.* ad, *r.* 15. suffito, *GV.* in dies] *d.* in die, *GV. om. r.* 20. inter] inter est, *ER.* 23. theraeo] *V* (?) *Salm.* thereon, *G.* thechreon, *E.* thaechreon, *R.* quod] *d.* que, *r.* 24. confudit, *GV.* 28. illinitur, *V.* invenitur, *ER.* 29. umore] numero, *GV.* 30. ictus] cuius, *ER.* praesenti, *ERV.* remedii, *E.* remedio, *V.* 31. ut] *om. ER.* 33. praecipua, *C.*

tias tussi medetur. semen tostum et in aqua potum sistit et alvum et feminarum menses, capitis dolores facit qui vocatur holoschoenus. quae proxima sunt radicis commanducantur adversus araneorum morsus. invenio etiamnum unum iunci genus quod *euripicen* vocant. huius semine somnum adlici, set mo- 5
dum servandum ne sopor fiat.

120 (72.) Obit*er* et odorati iunci medicinae dicentur, quoniam
12, 104 et in Syria Coele, ut suo loco rettulimus, nascitur. laudatissimus ex Nabataea cognomine teuchitis, proximus Babylonius, pessumus ex Africa ac sine odore, est autem rotundus, vi*r*osae 10
mordacitatis ad linguam. sincerus in confricando odorem rosae emittit rubentibus fragmentis. discutit inflationes, ob id stomacho utilis bilemque reicientibus. singultus sedat, ructus movet, urinam ciet, vesicae medetur. ad muliebres usus decoquitur. opisthotonicis cum resina arida inponitur excalfa- 15
ctoria v*i*.

121 (73.) Rosa adstringit, refrigerat. usus eius dividitur in folia et flores et capita. foliorum partes quae sunt candidae ungues vocantur. in flore aliud est semen, aliud capillus, in capite aliud cortex, aliud calix. folium siccatur aut tribus mo- 20
dis exprimitur: per se, cum ungues non detrahuntur — ibi enim umoris plurumum — aut cum detractis unguibus reliqua
122 pars aut oleo aut vino maceratur in sole vasis vitreis. quidam et salem admiscent, nonnulli et anchusam aut aspalathum aut iuncum odoratum, quia talis maxime prodest vulvae ac dysin- 25
tericis. exprimuntur eadem folia detractis unguibus trita per linteum spissum in aereum vas, lenique igni sucus coquitur, donec fiat crassitudo mellis. ad haec eligi oportet odoratissima
123 quaeque folia. 19. Vinum quomodo fieret e rosa diximus inter
14, 106 genera vini. usus suci ad aures, oris ulcera, gingivas, tonsil- 30
las gargarizati, stomachum, vulvas, sedis vitia, capitis dolores — in febri per se vel cum aceto — somnos, nausias. folia uruntur in calliblepharum, et siccis femina adsperguntur. epiphoras quoque arida leniunt. flos somnum facit, inhibet flu-

---

1. sistit et] sistit et in, *ER.* sistitit, *r.* 2. qui] *d. om. r.* 5. euripicen] *Dioscor. 4, 52.* trepicem, *R.* trepicen, *r.* allici, *GV.* alio, *R.* dlio, *E.* 6. serunt dum, *ER.* 7. obiter] *Pint.* obit, *G.* ob id, *r.* 9. teuchitis] *Dioscor. 1, 16.* theucitis, *GV.* teucitis, *E.* teuticis, *R.* 10. virosae] *Urlichs vind. 465.* vinosae, *C.* 13. ibidemque, *ER.* sedat] *d.* sedet, *r.* 14. mulieres, *EGV.* 16. vi] *Sillig.* ute, *E.* ut, *r.* 18. et capita] *codd. Hard.* capitata, *G.* capita, *r.* sunt] *om. ER.* 23. sale, *EGR.* 28, mullis, *ER.* 31. *dist. Ianus.* gargarizati] *Pint.* gargarizatis, *C.* 32. *dist. Ianus.* 33. utuntur, *ER.* feminae, *d.* phaemina, *R.* phemina, *r.* 34. liniunt, *G.* veniunt, *ER.*

ctiones mulierum, maxime albas, in posca potus et sanguinis excreationes, stomachi quoque dolores *cyathus* in vini cyathis tribus. Seminis optimum crocinum, nec anniculo vetustius, et 124
in umbra siccatum. nigrum inutile. dentium dolori inlinitur,
5 urinam ciet, stomacho inponitur, item igni sacro non veteri. naribus subductum caput purgat. capita pota ventrem et sanguinem sistunt. ungues rosae epiphoris salubres sunt. ulcera enim oculorum rosa sordescunt, praeterquam initiis epiphorae, ita ut arida cum pane inponatur. folia quidem intus stomachi 125
10 rosionibus et *vitiis* ventris aut intestinorum utilissima et praecordiis, vel inlita. cibo quoque lapathi modo condiuntur. cavendus in his situs celeriter insidens. et aridis aut expressis aliquis usus. diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. silve-
15 stris pilulae cum adipe ursino alopecias emendant.

(74.) Lilii radices multis modis florem suum nobilitant, 126
contra serpentium ictus ex vino potae et contra fungorum venena. propter clavos pedum in vino decocuntur triduoque non solvuntur. cum adipe aut oleo decoctae pilos quoque adustis
20 reddunt. e mulso potae inutilem sanguinem cum alvo trahunt, lienique et ruptis vulsis prosunt et mensibus feminarum, in vino vero decoctae inpositaeque cum melle nervis praecisis. meden- 127
tur contra lichenas et lepras, et furfures in facie emendant, erugant corpora. cum *polio* folia in aceto cocta vulneribus
25 inponuntur, si testium, melius cum hyoscyamo et farina tritici. semen inlinitur igni sacro, flos et folia ulcerum vetustati, sucus qui flore expressus est — ab aliis mel vocatur, ab aliis syrium — ad emolliendas vulvas sudoresque faciendos et suppurationes concoquendas.

30 (75.) Narcissi duo genera in usum medici recipiunt, pur- 128
pureo flore et alterum herbaceum, hunc stomacho inutilem et ideo vomitorium alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem et a narce narcissum dictum, non a fabuloso puero. utriusque radix mulsei saporis est. ambustis prodest exiguo e 129
35 melle, sic et vulneribus et luxatis, panis vero cum melle et avenae farina. sic et infixa corpori extrahit. in polenta tritus

---

2. cyathus] *.ego.* quantum, *ER.* tantum, *r.* 4. siccatur, *ER.* 5. ciunt, *GV*[1]. cient, *r.* 10. vitiis] intus, *C.* ventri, *GV.* 15. emendat, *EGR.* 21. rupsis vulsis, *E.* ulsis (vulvis, *V*[2]) ruptis, *GV.* 23. *dist. Ianus.* 24. polio folia] *Sillig.* polio, *Gron.* folio, *G.* folia, *r.* 25. mellis, *ER.* 27. qui] *d.* que, *r.* *dist. Ianus.* 29. coquendas, *ER.* 30. usu, *EV.* visu, *R.* 32. inamicum, *EGV.* 34. exiguo e] *Sillig.* exigue, *R.* exiguo, *r.*

oleoque contusis medetur et lapide percussis. purgat vulnera permixtus farinae, nigras vitiligines emaculat. ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias, calfacienda quae alserint, auribus utilissimum, sed et capitis dolores facit.

130 (76.) Violae silvestres et sativae. purpureae refrigerant. contra inflammationes inlinuntur stomacho ardenti. inponuntur et capiti in fronte, oculorum privatim epiphoris et sede procidente volvave et contra suppurationes. crapulam et gravedines capitis inpositis coronis olfactuque discutiunt, anginas ex aqua potae. id quod purpureum est ex his comitialibus medetur,
131 maxime pueris, in aqua potum. semen violae scorpionibus adversatur. contra flos albae suppurata aperit, ipsa discutit. et alba autem et lutea extenuat menses, urinam ciet. minor vis est recentibus, ideoque aridis post annum utendum. lutea dimidio cyatho in aquae tribus menses trahit. radices eius cum aceto inlitae sedant lienem, item podagram, oculorum autem inflammationes cum murra et croco. folia cum melle purgant capitis ulcera, cum cerato rimas sedis et quae in umidis sunt, ex aceto vero collectiones sanant.

132 (77.) Baccar in medicinae usu aliqui ex nostris perpressam vocant. auxiliatur contra serpentes, capitis dolores fervoresque, item epiphoras. inponitur in mammis tumentibus a partu et aegilopis incipientibus ignibusque sacris. odor somnum gignit. radicem decoctam bibere spasticis, eversis, con-
133 volsis, suspiriosis salutare est. in tussi vetere rami eius tres quattuorve decocuntur ad tertias partes. haec potio mulieres ex abortu purgat. laterum punctiones tollit et vesicae calculos. tunditur cum *lilio in* diapasmata. vestibus odoris gratia inse-
30 ritur. Combretum quod simile ei diximus tritum cum axungia vulnera mire sanat.

134 (78.) Asarum iocinerum vitiis salutare esse traditur uncia sumpta in hemina mulsi mixti. alvum purgat ellebori modo, hydropicis prodest et praecordiis vulvisque ac morbo regio. in mustum si addatur, facit vinum urinis ciendis. effoditur cum folia emittit, siccatur et conditur in umbra. situm celerrime sentit.

---

3. ad emolliendas] eadem molliendas, *G.* eadam emolliendas, *V.* 4. utilissima, *ER.* 13. extenuant, *ERV.* urinam] *om. ER.* ciet] et, *GV.* 14. visa, *ER.* 15. aqua, *C.* 19. mero, *GV.* 20. 21. perpensam, *ER.* 25. rami] radices, *E.* radicem, *R.* 27. et] *om. ER.* calculos] *d.* calculos tollit, *r.* 28. lilio in diapasmata] *lanus.* diligentia paemata *GV.* diaprasmata, *r.* 31. anserum, *GV.* 31. 32. uncia] *d.* ungia, V^1. ungias, *G.* axungia, *r.* 35. mittit, *EGV.* et conditur] *E.* et foditur, RV^2. effoditur, *r.*

20. (79.) Et quoniam quidam, ut diximus, nardum rusticum nominavere radicem baccaris, contexemus et Gallici nardi 135 29
remedia in hunc locum dilata in peregrinis arboribus. ergo 12, 45
adversus serpentes duabus drachmis in vino succurrit, inflatio-
5 nibus coli vel ex aqua vel ex vino, item iocineris et renium
suffusisque felle, et hydropicis per se vel cum absinthio. sistit purgationum mulierum impetus.

(80.) Eius vero quod phun eodem loco appellavimus radix 136
datur potui trita vel decocta ad strangulatus vel pectoris do-
10 lores vel laterum quoque. menses ciet. bibitur cum vino.

(81.) Crocum melle non solvitur nulloque dulci, facillime 137
autem vino aut aqua. utilissimum in medicina. adservatur cornea pyxide. discutit inflammationes omnes quidem, sed oculorum maxime, ex ovo in*tus*, volvarum quoque strangulatus,
15 stomachi exulcerationes, pectoris et renium, iocinerum, pulmonum vesicarumque, peculiariter inflammationi earum vehementer utile, item tussi et pleuriticis. tollit et pruritus, urinas ciet. 138
qui crocum prius biberint crapulam non sentient, ebrietati resistent. coronae quoque ex eo mulcent ebrietatem. somnum
20 facit, caput leniter movet, venerem stimulat. flos eius igni sacro inlinitur cum creta Cimolia. ipsum plurumis medicaminibus miscetur.

(82.) Collyrio uni etiam nomen dedit. faex quoque ex- 139
pressi unguento crocino quod crocomagma appellant habet
25 suas utilitates contra suffusiones oculorum, urinas. magis excalfacit quam crocum ipsum. optimum quod gustatu salivam dentesque maxime inficit.

(83.) Iris rufa melior quam candida. infantibus eam cir- 140
cumligari salutare est, dentientibus praecipue et tussientibus
30 taeniarumve vitio laborantibus instillari. ceteri effectus eius non multum a melle differunt. ulcera purgat capitis, praecipue suppurationes veteres. alvum olvit duabus drachmis cnm melle,
tussim, tormina, inflationes pota, lienes ex aceto. contra ser- 141
pentium et araneorum morsus ex posca valet, contra scorpio-
35 nes duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur, contra canum morsus ex oleo inponitur et contra perfrictiones. sic et nervorum doloribus, lumbis vero et coxendicibus cum

---

3. dilata] *d.* delata, *ER.* deluta, *r.* 6. felle] *om. ER.* 9. strangulatus] *d.* stragularis, *E.* stringularis, *G.* strangularis, *r.* 14. intus] *Ianus.* in, *C.* 23. uni] vini, *ER.* faex] *V.* fex, *G.* ex, *r.* 24. crocomagna, V^1. crocomagno, *EGR.* 25. magis] *GV.* 29. praecipua, *ER.*

resina inlinitur. vis ei concalfactoria. naribus subducta ster-
142 numenta movet caputque purgat. dolori capitis cum cotoneis
malis aut strutheis inlinitur. crapulas quoque et orthopnoeas
discutit. vomitiones ciet duobus obolis sumpta. ossa fracta
extrahit, inposita cum melle. ad paronychia farina eius utuntur, 5
in vino ad clavos et verrucas, triduoque non solvit*ur*. halitus
oris commanducata abolet alarumque vitia. suco duritias om-
nes emollit. somnum conciliat, sed genituram consumit. se-
dis rimas et condylomata omniaque in corpore excrescentia sanat.
143 Sunt qui silvestrem xyrim vocent. strumas haec vel panos vel 10
inguina discutit. praecipitur ut sinistra manu ad hos usus eruatur
144 colligentesque dicant cuius hominis utique causa eximant. scelus
herbariorum aperietur et in hac mentione. partem eius servant
et quarundam aliarum herbarum, sicuti plantaginis, et si parum
mercedis tulisse se arbitrantur rursusque opus quaerunt, partem 15
eam quam servavere eodem loco infodiunt, credo, ut vitia quae
sanaverint faciant rebellare. Saliuncae radix in vino decocta
sistit vomitiones, conroborat stomachum.

145 (84.) Polio Musaeus et Hesiodus perungui iubent digna-
tionis gloriaeque avidos, polium tractari, coli, polium contra 20
venena haberi, contra serpentes substerni, uri, portari, medici
in vino decoqui recens vel aridum, inlinique. splenicis pro-
pinant ex aceto, morbo regio in vino, et hydropicis incipienti-
146 bus in vino decoctum, vulneribus quoque sic inlinunt. secundas
mulierum partusque emortuos pellit, item dolores corporis. 25
vesicas inanit, epiphoris inlinitur. nec magis alia herba con-
venit medicamento quod alexipharmacon vocant. stomacho
tamen inutile esse caputque eo inpleri et abortum fieri puto.
147 aliqui negant et religionem addunt, ubi inventum sit, protinus
adalligandum contra oculorum suffusiones, cavendumque ne 30
terram attingant. hi et folia eius thymo similia tradunt, nisi
quod molliora sunt et lanatiore canitie. cum ruta silvestri et
si teratur ex aqua caelesti, aspidas mitigare dicitur, *et* non se-
cus atque cyanus adstringit et cohibet vulnera prohibetque serpere.

---

4. facta, *GV*. 5. utuntur] utuntur teruntur, *GV*. 6. solvit, *C*. 10. syrin, *ER*. haec vel] haec, *GV*. 11. eruatur] *cod. Tol.* servatur, *ERV*[1]. servetur, *V*[2]. ut servatur, *G*. 13. aperitur, *ERV*. et] *om. ER*. partes, *GV*. 16. eidem, *GV*. 19. pollio, *C*. 20. polium] *d.* pollum, *r*. 21. substerni, uri] *d.* substernit (substerni et, *V*) uri (turi, *G*)*r*. medici] *om. GV*. 22. inlinique] inlinique vel, *C*. 25. mortuos, *GV*. et mortuos, *r*. repellit, *E*. sepellit, *R*. 26. inanit] *d.* inaniet, *ER*. inant, *G*. aniant et, *V*[1]. anet, *V*[2]. 28. poto, *ER*. *dist. ego*. 29. et] ad, *ER*. 31. simili, *ER*. 33. et] ut, *C*. 34. atque] *d.* aque, *R*. aqua, *V*. aquae, *r*.

(85.) Holochrysos medetur stranguriae in vino, et ocu- 148
lorum epiphoris inlitus, cum faece vero vini cremata et polenta
lichenas emendat. Chrysocomes radix calfacit et adstringit.
datur potui ad iocinerum vitia, item pulmonum, vulvae dolores
5 in aqua mulsa decocta. ciet menstrua, et si cruda detur,
hydropicorum aquam.

(86.) Melissophyllo sive melittaena si perunguantur alvi, 149
non fugient apes, nullo enim magis flore gaudent. scopis eius
examina facillime continentur. idem praesentissimum est contra
10 ictus earum vesparumque et similium, sicut araneorum, item
scorpionum, item contra volvarum strangulationes addito nitro,
contra tormina e vino. folia eius strumis inlinuntur et sedis 150
vitiis cum sale. decoctae sucus feminas purgat et inflamma-
tiones discutit et ulcera sanat. articularios morbos sedat canis-
15 que morsus. prodest dysintericis veteribus et coeliacis, ortho-
pnoicis, lienibus, ulceribus thoracis. caligines oculorum suco
cum melle inungui eximium habetur.

(87.) Melilotos quoque oculis medetur cum luteo ovi aut 151
lini semine. maxillarum quoque dolores lenit et capitis cum
20 rosaceo, item aurium e passo quaeque in manibus intumescant
vel erumpant, stomachi dolores in vino decocta vel cruda tri-
taque. idem effectus et ad vulvas, ad testes vero et sedem
prociduam quaeque et alia ibi sint vitia recente ex aqua decocta
vel ex passo. adiecto rosaceo inlinitur ad carcinomata. de-
25 fervescit in vino dulci. peculiariter et contra meliceridas efficax.

21. (88.) Trifolium scio credi praevalere contra serpentium 152
et scorpionum ictus ex vino aut posca, seminis granis XX potis
vel foliis et tota herba decocta, serpentesque numquam in
trifolio aspici, praeterea a celebratis auctoribus contra omnia
30 venena pro antidoto sufficere XXV grana eius quod minyanthes
ex eo appellavimus tradi, multa alia praeterea in remediis eius 54
adscribi. sed me contra sententias eorum gravissimi viri au- 153
ctoritas movet, Sophocles enim poeta venenatum id dicit, Simos

---

2. inlitum, *GV*. 3. emendant, *GV*. 5. ciet] e, *ER*. 7. melittaena] *d*. melitena, *GV*. malitiaena, *E*. melitiae, *R*. 8. fugiunt, *E*[1]. fugiant, *R*. vagis, *ER*. *om*. *V*. copis, *E*. topi, *R*. eius] tius, *E*. istius, *RV*. 12. tormina e] tormina, *V*[2]. tormine, *r*. 18. Melilotos] Contra melilotos, *C*. ovi] *codd. det.* cui, *G*. cum, *r*. aut] *cod. Tol.* autem, *C*. 22. eidem, *GV*. ad testes] *G*. testes, *r*. 23. et alia] *om*. *ER*. recente] *Ianus*. recentem, *C*. aquam, *G*. decoctam, *GV*. 25. dulci] *om*. *GV*. 28. tota herba decocta] *d*. totam herbam decoctam, *r*. 29. a] *om*. *ER*. 30. quod] *om*. *ER*. 31. tradi] *Barb*. tradidi, *ER*. tradidit, *r*. eius] et his, *GV*. 32. 33. auctoritates, *E*. auctoritate, *R*. 33. issimos, *GV*.

quoque ex medicis, decocti aut contriti sucum infusum corpori easdem uredines facere quas si percussis a serpente inponatur. ergo non aliter utendum eo quam contra venena censuerim. fortassis enim et his venenis inter se contraria sit natura sicut multis aliis. item animadverto semen eius cuius minima sint folia utile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam in facie inlitum.

154 (89.) Thymum colligi oportet in flore, et in umbra siccari. duo autem sunt genera eius: candidum radice lignosa, in collibus nascens, quod et praefertur, alterum nigrius florisque nigri. utraque oculorum claritati multum conferre existimantur et in cibo et in medicamentis, item diutinae tussi, 155 eclígmate faciles excreationes facere cum aceto et sale, sanguinem concrescere non pati e melle, longas faucium destillationes extra inlita cum sinapi extenuare, item stomachi et ventris vitia. modicis tamen utendum est, quoniam excalfaciunt, qua vi sistunt alvum, quae si exulcerata sit, denari pondus in sextarium aceti et mellis addi oportet, item si lateris dolor sit, aut inter scapulas aut in thorace. praecordiis medentur ex aceto cum melle, quae potio datur et in alienatione mentis ac 156 melancholicis. datur et comitialibus quos correptos olfactu excitat thymum. aiunt et dormire eos oportere in molli thymo. prodest et orthopnoicis et anhelatori*bus* mulierumque mensibus retardatis, vel si emortui sint in utero partus, decoctum in aqua ad tertias, et viris vero contra inflationes cum melle et aceto, et si venter turgueat testesve, aut si vesicae dolor exigat. 157 e vino tumores et impetus inpositum tollit, item cum aceto callum et verrucas. coxendicibus inponitur cum vino, articularis morbis et luxatis tritum ac lanae inspersum ex oleo, ambustis cum adipe suillo. dant et potionem articularis *no*vis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti et mellis, et in fastidio tritum cum sale.

158 (90.) Hemerocalles pallidum e viridi et molle folium habet,

---

1. decocti aut] *E.* decocta (decocū, *R*) aut (ut, *V*)*r.* corporis, *ER.* 2. qua, *C.* 6. utilem, *C.* mulierem, *GV.* gratiam in] gratia in, *ER.* gratiam, *r.* 10. 11. floresque, *GV.* 13. eligmate, *C.* 15. extenuari, *GV.* 16. quoniam] condilonam, *R.* condylonam, *E.* 17. sit] sunt. *E*[1]. sint, *r.* 18. oporteat, *C.* 20. alienatione] elationem, *GV.* 21. olfactu] *V*[2]. olfacto, *V*[1]. alfacto, *G.* olfactus, *r.* 22. thymo, *V.* 23. anhelatoribus] *Pint.* anhelationis, *ER.* anhelatoriis, *V.* alenatoris, *G.* 25. viri, *ER.* 26. testesque, *RV*(?) 27. vino] *om. ER.* 29. ambustis — 30. suillo] *om. ER.* 30. novis] *Gron.* bonis, *C.* 31. et in] in, *GV.* 33. Phemero calles, *C.*

radice odorata, quae bulbosa cum melle inposita ventri aquas pellit et sanguinem etiam inutilem. folia epiphoris oculorum mammarumque post partum doloribus inlinuntur.

(91.) Helenium ab Helena, ut diximus, natum favere cre- 159
5 ditur formae, cutem mulierum in facie reliquoque corpore nu- 59
trire incorruptam. praeterea putant usu eius quandam ita gratiam his veneremque conciliari. adtribuunt et hilaritatis effectum eidem potae in vino eumque quem habuerit nepenthes illud praedicatum ab Homero, quo tristitia omnis aboleretur.
10 est autem suci praedulcis. prodest et orthopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota. est autem candida intus et dulcis. bibitur et contra serpentium ictus ex vino. mures quoque contrita dicitur necare.

(92.) Habrotonum duorum traditur generum, campestre 160
15 ac montanum. hoc feminam, illud marem intellegi volunt. amaritudo absinthi in utroque. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. usus et foliis, sed maior semini ad excalfaciendum, ideo nervis utile, tussi, orthopnoeae, convulsis, ruptis, lumbis, urinae angustiis. datur bibendum manualibus fasciculis deco-
20 ctis ad tertias partes. es his quaternis cyathis bibitur. datur 161
et semen tusum in aqua drachmae pondere. prodest et vulvae. concoquit panos cum farina hordeacia et oculorum inflammationi inlinitur cotoneo malo cocto. serpentes fugat. contra 162
ictus earum bibitur cum vino inliniturque, efficacissimum contra
25 ea quorum veneno tremores et frigus accidunt, ut scorpionum et phalangiorum, et contra venena alia pota prodest et quoquo modo algentibus et ad extrahenda ea quae inhaereant corporibus. pellit et interaneorum mala. ramo eius, si subiciatur pulvino, venerem stimulari aiunt, efficacissimamque esse herbam
30 contra omnia veneficia quibus coitus inhibeatur.

22. (93.) Leucanthemum suspiriosis medetur duabus par- 163
tibus aceti permixtum. Sampsuchum sive amaracum in Cypro laudatissimum et odoratissimum scorpionibus adversatur ex aceto ac sale inlitum. menstruis quoque multum confert inpositum.

---

1. radice] *R.* nec (ne, *E*) radice, *r.* 2. inugilem, *ER.* 3. doloribus] *om. EGR.* 6. ita] tam, *ER.* 8. nephentes, *C.* 9. illum praecidatum, *GV.* quod, *GV.* aboleretur] *d.* aboletur, *GV.* abolet us, *r.* 10. radix] tradicio, *E.* traditio, *R.* 11. pota. est] potest, *ER.* candida] *d.* candidus, *r.* 15. intellegentibus, *G.* volumus, *E.* nolumus, *R.* 18. convulsis, ruptis] vulsis (vulfis, *R.* vulvis, V^2) corruptis, *C.* 20. bibuntur, *EGV.* 21. vulsae, *ER.* 22. pani, *ER.* 25. ut] *R.* et, *GV.* 27. et ad] *d.* et, *R.* est, *G.* est et, *V.* extrahendi, *C.* 28. inter araneorum, *GV.*

minor eidem poto vis. cohibet et oculorum epiphoras cum polenta. sucus decocti tormina discutit. et urinis et hydropicis utile. movet et aridum sternumenta. fit ex eo et oleum quod sam*p*suc*h*inum vocatur aut amaracinum ad excalfaciendos molliendosque nervos, et vulvas calfacit. et folia suggillatis 5 cum melle et luxatis cum cera prosunt.

164 23. (94.) Anemonas coronarias tantum diximus, nunc red-
64 sq. demus et medicas. Sunt qui *phren*ion vocent. duo eius genera: prima silvestris, altera cultis nascens, utraque sabulosis. huius plures species, aut enim phoenicium florem habet, quae et co- 10 piosissima est, aut purpureum aut lacteum. harum trium folia apio similia sunt, nec temere semipedem altitudine excedunt,
165 cacumine asparagi. flos numquam se aperit nisi vento spirante, unde et nomen accepere. silvestri amplitudo maior latioribusque foliis, flore phoenicio. hanc errore ducti argemonen putant 15
19, 168 multi, alii rursus papaver quod rh*oea*n vocavimus. sed distinctio magna, quod utraque haec postea florent, nec aut sucum illarum anemonae reddunt aut calyces habent nec nisi asparagi cacumen. prosunt anemonae capitis doloribus et inflammationibus, vulvis mulierum, lacti quoque. et menstrua cient cum 20
166 tisana sumptae aut vellere adpositae. radix commanducata pituitam trahit, dentes sanat, decocta oculorum epiphoras et cicatrices. Magi multum quidem iis tribuere, quamprimum aspiciatur *in* anno tolli iubentes dicique colligi eam tertianis et quartanis remedio, postea adligari florem panno russeo et 25 in umbra adservari, ita, cum opus sit, adalligari. quae ex his phoenicium florem habet radice contrita cuicumque animalium inposita ulcus facit styptica vi. et ideo expurgandis ulceribus adhibetur.

167 24. (95.) Oenanthe herba nascitur in petris, folio pasti- 30 nacae, radice magna, numerosa. caulis eius et folia cum melle ac vino nigro pota facilitatem pariendi praestant secundasque purgant, tussim e melle tollunt, urinam cient. radix et vesicae vitiis medetur.

168 25. (96.) Heliochrysum alii chrysanth*em*on vocant, ramulos 35

---

3. movet e, *R.* movet, *r.* 4. samsusinum, *V.* samsucinum, *r.* 5. et folia] *R.* folia, *r.* 8. fremion, *RV.* fremeon, *G.* 11. tria, *GV.* 12. semipedem] *d.* semipede, *R.* semipide, *r.* 16. alia, *GV.* rhyan, *GV.* rhyn, *R.* 23. magi] magni, *GV.* magnum, *R.* quiddam, *C.* 24. in] *Urlichs vind. 469.* eo, *C.* 28. ulcus] *V.* ulcerum, *r.* 33. e] *om. R.* 35. helycrisum, *G.* elychryssum, *R.* helychryssum, *V.* chrysanthemon] *Dioscor. 4, 57.* chrysanthon, *V.* crysanton, *G.* chryssaton, *R.*

habet candidos, folia subalbida, habrotono similia, ad solis repercussum aureae lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui numquam marcescunt, qua de causa deos coronant illo, quod diligentissime servavit Ptolomaeus Aegypti rex. nascitur
5 in frutectis. ciet urinas e vino pota et menses. duritias et 169
inflammationes discutit, ambustis cum melle inponitur. contra serpentium ictus et lumborum vitia bibitur. sanguinem concretum ventris aut vesicae absumit cum mulso. folia eius trium obolorum pondere sistunt profluvia mulierum in vino
10 albo. vestes tuetur odore non ineleganti.

26. (97.) Hyacinthus in Gallia maxime provenit. hoc ibi 170
fuco hysginum tingunt. radix est bulbacea, mangonicis venalicis pulchre nota, quae e vino dulci inlita pubertatem coercet et non patitur erumpere. torminibus et araneorum morsibus
15 resistit. urinam impellit. contra serpentes et scorpiones morbumque regium semen eius cum habrotono datur.

(98.) Lychnis quoque flammea illa adversus serpentes et 171
scorpiones et crabrones similiaque bibitur *e* vino semine trito. silvestris eadem stomacho inutilis. alvum solvit, ad detrahen-
20 dam bilem efficacissima duabus drachmis, scorpionibus tam contraria ut omnino visa ea torpescant. radicem eius Asiani boliten vocant, qua adalligata oculo albugines tolli dicuntur.

27. (99.) Et vicapervica sive chamaedaphne arida tusa 172
hydropicis datur in aqua cocleari mensura, celerrimeque red-
25 dunt aquam. eadem decocta in cinere sparsa vino tumores siccat. auribus suco medetur. alvinis inposita plurimum prodesse dicitur.

(100.) Rusci radix decocta bibitur alternis diebus in cal- 173
culorum valitudine et tortuosiore urina vel cruenta. radicem
30 pridie erui oportet, postero mane decoqui, ex eo sextari*um* vini cyathis duobus misceri. sunt qui et crudam radicem tritam ex aqua bibant, et in totum ad virilia cauliculis eius ex aceto tritis nihil utilius putant.

(101.) Batis quoque alvom mollit. inlinitur podagricis 174
35 cruda et contunsa. Acinon et coronarum causa et ciborum Aegyptii serunt, eademque erat quae ocimum, nisi hirsutior ra-

---

8. folio, *G.* 12. fuco] *Gron.* loco, *C.* tinguit, *R.* est] eius, *G.* mangonisuis, *G.* 15. 16. morborumque, *GR.* 17. Lychnis] contra lychnis (lychinis, *G*)*C.* 18. scabrones, *R.* e vino] *Dioscor. 3, 104.* vini, *R.* lini, *r.,* 21. visi, *R*[1]. viso, *G.* ea] *om. R.* radicem — 22. vocant] *om. G.* 22. boliten] *d.* boliter, *R.* voliten, *V.* 28. rusci] *V.* rusticis, *R.* 30. posterior, *R.* sextario, *C.* 32. eius] *V.* vino, *R.* 34. beatis, *R.* 35. cruda] tura, *R.*

mis ac foliis esset et admodum odorata. ciet et menses et urinas.

28. (102.) Colocasia Glaucias acria corporis leniri putavit et stomachum iuvari.

175 29. (103.) Anthali quod Aegyptii edunt nullum alium reperi usum. sed est herba anthyllium quam alii anthyllum vocant, duorum generum: foliis et ramis lenticulae similis, palmi altitudine, sabulosis apricis nascens, subsalsa gustanti. altera chamaepityi similis, brevior et hirsutior, purpurei floris, odore gravis, in saxosis nascens. prior volvis aptissima, ex rosaceo ac lacte inposita, et volneribus. bibitur in stranguria reniumque *harenis* tribus drachmis. altera bibitur in duritia volvarum et in torminibus et in comitiali morbo cum melle et aceto quattuor drachmis.

176 30. (104.) Parthenium alii leucanthes, alii am*ar*acum vocant, Celsus apud nos perdicium et muralem. nascitur in hortorum saepibus, flore albo, odore mali, sapore amaro. ad insidendum decocta in duritia volvarum et inflammationibus, sicca cum melle et aceto inposita bilem detrahit atram. ob hoc contra vertigines utilis et calculosis. inlinitur et sacro igni, item strumis cum axungia inveterata. Magi contra tertianas sinistra manu evelli eam iubent dicique cuius causa vellatur nec respicere, dein eius folium aegri linguae subicere ut mox in cyatho aquae devoretur.

177 31. (105.) Trychno, quam quidam strychnon scripsere, utinam ne coronarii in Aegypto uterentur, quos invitat hederae foliorum similitudo in duobus eius generibus, quorum alterum cui acini coccini granosi in folliculis, halicacabon vocant, alii callion, nostri autem vesicariam, quoniam vesicae et calculis prosit. frutex est surculosus verius quam herba, folliculis magnis latisque et turbinatis grandi intus acino, qui maturescit
178 Novembri mense. tertio folia sunt ocimi, minime diligenter demonstrando remedia, non venena, tractantibus, quippe in-

---

6. sed] et, *R.* quam] *d.* quem, *r.* 7. palme, *R.* 10. ex] et ex, *R.* 12. arenis] *Gron.* anseris, *C.* 15. parthenium] contra parthenium, *Vd.* amaracum] *Salm.* amnacum, *C.* 16. pellecium, *R.* muralem] *cod. Chiff.* muraleum, *C.* 18. insidendum] *d.* insedendum, *r.* decoctae, *C.* 21. magi] agi, *V.* 23. dein eius] *d.* cuius, *R.* dein, *V.* lingua, *Rd.* 25. trychno] *cod. Chiff.* trychne, *RV.* tricnum, *d.* strychnon] *cod. Chiff.* sthrynum, *V.* strhyinum, *R.* strycnum, *d.* 26. ne] *Sillig coni.* nec, *C.* 28. coccinei, *V.* granos, *R.* in] *d. om. r.* folliculi, *R.* halicacabon] *d.* alii caccabon (caccabum, *R*)*r.* 31. lacisque, *R.* laxisque, *Vd.* grandis, *R.* drachmis, *Vd.*

saniam facit parvo quoque suco. quamquam et Graeci auctores
in iocum vertere. drachmae enim pondere lusum pudoris
gigni dixerunt species vanas imaginesque conspicuas obversari
demonstrantes, duplicatum hunc modum legitimam insaniam
5 facere, quidquid vero adiciatur ponderi repraesentari mortem.
hoc est venenum quod innocentissimi auctores simpliciter dory- 179
cnion appellavere ab eo quod cuspides in proeliis tinguerentur
illo passim nascente. qui parcius insectabantur manicon no-
minavere, qui nequiter occultabant erythron aut neurada *aut*,
10 ut nonnulli, perisson, *ne* cavendi quidem causa curiosius di-
cendum. quin et alterum genus quod *h*alicacabon vocant so- 180
poriferum est atque etiam opio velocius ad mortem, ab aliis
morion, ab aliis mo*ly* appellatum, laudatum vero a Diocle et
Evenore, Timaristo quidem etiam carmine, mira oblivione in-
15 nocentiae, quippe praesentaneum remedium ad dentium mobilis
firmandos, si colluerentur halicacabo *in* vino. exceptionem
addidere, ne diutius id fieret, delirationem enim gigni eo, de-
monstrando remedia quorum medicina maioris mali periculum
adferat. commendetur ergo in cibis tertium genus licet ac 181
20 praeferatur hortensis saporibus et nil sit corporis malorum cui
non salutares trychnos Xenocrates praedicet, non tamen auxilia
eorum tanti sunt ut id*eo* plura nos de iis commemorare fas
putem, praesertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Hali- 182
cacabi radicem bibunt qui vaticinari gallantesque vere ad con-
25 firmandas superstitiones aspici se volunt. remedio est — id
enim libentius rettulerim — aqua copiosa mulsa calida potu.
nec illud praeteribo, aspidum naturae halicacabum in tantum
adversam ut radice eius propius admota soporetur illa sopore
enecans vis earum. ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.
30 32. (106.) Corchorum Alexandrini cibi herba est convolutis 183

---

2. pudoris] *om. V.* 3. observari, *V.* 4. duplicari, *R.* 8. qui] *Barb.* quq, *C.* insectabantur] *Gron.* inspectabantur, *Vd.* spectabantur, *R.* 8. 9. magnico gnominavere, *R.* 9. neurata, *R.* nervada, *d.* aut] *Sillig coni. om. C.* 10. perisson, ne] *Barb.* perissone, *RV.* perisson, *d.* 11. alii cacabon (caccabon, *Vd*)*C.* 13. moti, *RV.* mothi, *d.* a diocle] *d.* ad locre, *R.* ad loclem, *V.* 14. evenorea, *d.* frenda, *R.* minora oblivionem, *R.* 14. 15. innocentiae] innocentia, *Rd.* minus nocentia, *V.* 16. sic coluerunt, *R.* halicacabo in] *Pint.* alii cacabon, *Rd.* haveccabon, *V.* 17. id] sit, *R.* 17. 18. eo demonstrando] *Urlichs vind. 471.* eode (eodem, *d*) monstranda, *C.* 19. commendetur] *d.* commendatur, *r.* *dist. Urlichs vind. 472.* ac] *Urlichs ibid.* a, *R. om. Vd.* 22. ideo plura] *Dal.* id pitura, *R.* id pletura, *Vd.* nos] non, *R.* 24. vaticinandi, *R.* vaticinare, *d.* gallantesque] *Urlichs vind. 473.* gallantes quo, *C.* 25. aspici se] aspicere, *R.* 26. potui, *R.* 28. adversa, *RV.*

foliis ad similitudinem mori, praecordiis, ut ferunt, utilis alopecisque et lentigini. boum quoque scabiem celerrime sanari ea invenio, apud Nicandrum quidem et serpentium morsus, antequam floret.

184 (107.) Nec de cneco sive atractylide verbosius dici par esset, Aegyptia herba, ni magnum contra venenata animalia praeberet auxilium, item adversus fungos. constat a scorpione percussos, quamdiu teneant eam herbam, non sentire cruciatum.

33. (108.) Et pesolutam Aegyptus in hortis serit, coronarum gratia. duo genera eius: femina ac mas, utraque subdita venerem inbiberi, virorum maxime, tradunt.

185 34. (109.) Et quoniam in mensuris quoque ac ponderibus crebro Graecis nominibus utendum est, interpretationem eorum semel hoc in loco ponemus: Drachma Attica — fere enim Attica observatione medici utuntur — denari argentei habet pondus, eademque VI obolos pondere efficit, obolus X chalcos. cyathus pendet per se drachmas X, cum acetabuli mensura dicitur, significat heminae quartam, id est drachmas XV. mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas C.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXII.

1 (Sect. 1.) Implesse poterant miraculum sui natura atque tellus reputanti vel prioris tantum voluminis dotes totque genera herbarum utilitatibus hominum aut voluptatibus genita. sed quanto plura restant quantoque mirabiliora inventu? illarum enim maiore in parte cibi aut odoris decorisve commendatio ad numerosa experimenta duxit, reliquarum potentia adprobat nihil ab rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.

2 Cap. 1. (2.) Equidem et formae gratia ritusque perpetui

1. muri, *d.* muris, *r.* ut] *om.* *Vd.* 1. 2. alopacisque, *R.* alopiciis, *Vd.* 3. invento, *C.* 10. pesoluta, *Vd.* persoluta, *R.* 18. per se] *om.* *Vd.* 20. mna] omnia, *R.* vocant, pendet] *d.* vocant pendent, *V.* pendent vocant, *R.* 25. reputanti] *Sillig coni.* reputantium, *C.* vel prioris tantum] *om.* *V.* 27. illarum] *Strack.* illa, *C.*

in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam adverto animo. inlinunt certe aliis aliae faciem in populis barbarorum feminae, maresque etiam apud Dacos et Sarmatas corpora sua inscribunt. similis plantagini glastum in
5 Gallia vocatur, Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae quibusdam in sacris nudae incedunt Aethiopum colorem imitantes.

2. (3.) Iam vero infici vestes scimus admirabili fuco, 3
atque ut sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae e granis coccum
10 imperatoriis dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis Tyria atque conchylia tinguit et omnis alios colores. nec quaerit in profundis murices seque obiciendo escam, dum praeripit, beluis marinis intacta etiam ancoris scrutatur vada, ut inveniat per quod facilius matrona adultero placeat, cor-
15 ruptor insidietur nuptae. stans et in sicco carpit quo frugem 4
modo, sed culpant ablui usu, alioqui fulgentius instrui poterat luxuria, certe innocentius. Non est nunc propositum ista consectari, nec omittemus ut subiciendo utiliora luxuriam vilitate circumscribamus dicturi et alias herbis tingui lapides, parietes
20 pingi. nec tinguendi tamen rationem omisissemus, si umquam ea liberalium artium fuisset. interim fortius agetur, auctoritas- 5
que quanta debet etiam surdis hoc est ignobilibus herbis perhibebitur, siquidem auctores imperi Romani conditoresque immensum quiddam et hinc sumpsere, quoniam non aliunde
25 sagmina in remediis publicis fuere et in sacris legationibusque verbenae. certe utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum sua terra evolsum, ac semper e legatis, cum ad hostis clarigatumque mitterentur, id est res raptas clarè repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.

30 3. (4.) Corona quidem nulla fuit graminea nobilior, in 6
maiestate populi terrarum principis praemiisque gloriae. gemmatae et aureae, vallares, murales, rostratae, civicae, triumphales post hanc fuere suntque cunctae magno intervallo magnaque differentia. ceteras omnes singuli, et duces ipsi imperatores- 7
35 que militibus aut aliquando collegis dedere, decrevit in triumphis

1. uti] ut in, *R.* 2. animum, *R.* certe] se///tae, *R.* aliis] *d.* alias, *r.* 9. e] *Sillig coni. om. C.* 11. tyria] *d.* tyrio, *r.* et] *om. R.* 13. maris, *Vd.* 15. capit, *R.* frugem] *Sillig.* fruge, *C.* 16. culpant] culpa non, *Vd.* 17. non est] *om. R.* 18. utilioria, *V.* 19. parietes] parietes nec, *V.* pariete nec, *R.* 20. omisimus, *R.* 22. etiam] nam, *Vd.* 24. hic, *C.* 26. verbenae] *d.* verbere, *R.* herbene, *V.* 27. e legatis] et legati, *R.* 28. est res] res, *R.* ei fores, *r.* 31. terrarum principis] *d.* terrarumque principiis, *r.* praemiisque] *R.* praemissa ut, *r.* 35. collegiis, *Rd.*

senatus cura belli solutus et populus otiosus, 4. graminea numquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. ceteras imperatores dedere, hanc solam miles imperatori. eadem vocatur obsidionalis libe-
8 ratis obsidione abominandoque exitu totis castris. quod si civicae honos uno aliquo ac vel humillimo cive servato praeclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet unius virtute servatus universus exercitus? Dabatur haec viridi e gramine decerpto inde ubi obsessos servasset aliquis. namque summum apud antiquos signum victoriae erat herbam porrigere victos, hoc est terra et altrice ipsa humo et humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.
9 5. (5.) Donatus est ea L. Siccius Dentatus semel, cum civicas quattuordecim meruisset depugnassetque CXX proeliis semper victor. tanto rarius est servatorem unum a servatis donari. quidam imperatores et saepius donati sunt, veluti P. Decius Mus tribunus militum ab exercitu, altera ab his qui in praesidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris auctoritas confessus religione, siquidem donatus bovem album Marti inmolavit et centum fulvos qui ei virtutis causa dati fuérant simul ab obsessis. hic Decius postea se consul Imperioso conlega
10 pro victoria devovit. Data est et a senatu populoque Romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco, Fabio illi qui rem omnem Romanam restituit non pugnando, nec data, cum magistrum equitum et exercitum eius servasset. tunc satius fuit nomine novo coronari appellatum patrem ab his quos servaverat. sed quo dictum est consensu honoratus est Hannibale Italia pulso, quae corona adhuc sola ipsius imperi manibus inposita est et, quod peculiare ei est, sola a tota Italia data.
11 6. (6.) Praeter hos contigit eius coronae honos M. Calpurnio Flammae tribuno militum in Sicilia, centurioni vero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Atinati Cimbrico bello. primum pilum is capessens sub Catulo exclusam ab hoste legionem suam hortatus tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit legionemque eduxit. invenio apud auctores eundem praeter hunc honorem adstantibus Mario et Catulo

---

1. gramineam, *C.* 8. virtute] sunt ute, *R.* viridis, *Rd.* e] *d. om. r.* 9. gramina, *R.* 14. proeliis] *d. om. r.* 20. ei] et, *R.* 21. ab] *om. R.* imperioso] *codd. Gel.* imperio, *C.* 29. manibus] *V.* manus, *R.* manu, *d.* et] *om. Vd.* 33. petreio] *cod. Chiff.* *treio, RV.* creio, *d.* 34. hoste] hoc, *R.*

cos. praetextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit et Sulla dictator ab exercitu se quoque donatum apud Nolam legatum bello Marsico, idque etiam in villa sua Tusculana, quae fuit postea Ciceronis, pinxit. quod si verum est, hoc exsecrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione sua ipse detraxit tanto paucioribus civium servatis quam postea occisis. addat etiamnum huic gloriae superbum cognomen Felicem, ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis hac corona Sertorio cessit. Aemilianum quoque Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in Africa Manilio consule III cohortibus servatis totidemque ad servandas eas eductis, quod et statuae eius in foro suo divos Augustus *sub*scripsit. ipsum Augustum M. Cicerone filio consule idibus Septembribus senatus obsidionali donavit, adeo civica non satis videbatur. nec praeterea quemquam hac invenimus donatum.

(7.) Nullae ergo herbae fuere certae in hoc honore, sed quaecumque fuerant in periculi sede quamvis ignobiles ignotaeque honorem nobilem faciebant, quod latere apud nos minus quidem miror cernens neglegi ea quoque quae ad valitudinem conservandam cruciatusque corporis propulsandos et mortem arcendam pertinent. sed quis non mores iure castiget? addidere vivendi pretia deliciae luxusque. numquam fuit vitae cupido maior nec minor cura. aliorum hanc operae esse credimus ac de mandato quidem nostro alios id agere, medicisque provisum esse pro nobis. ipsi fruimur voluptatibus et, quo nihil equidem probrosius duco, vivimus aliena fiducia. immo vero plerisque ultro etiam inrisui *su*mus ista commentantis atque frivoli operis arguimur, magno quamquam inmensi laboris solatio sperni cum rerum natura, quam certe non defuisse nobis docebimus et invisis quoque herbis inseruisse remedia, quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. haec enim proxume restant ex iis quas priore libro nominavimus, in quibus ipsis providentiam naturae satis admirari amplectique non est. dederat quas diximus mollis cibisque gratas, pinxerat remedia in floribus visuque ipso animos invitaverat

---

7. gloria, *R.* 9. hac] *codd. Gel.* haec, *C.* 10. III] *R. om. r.* 12. subscripsit] *Gron.* scripsit, *Vd.* subscripsit — 13. Augustum *om. R.* 14. civitas, *Vd.* 15. hac] *d. om. r.* 22. pretio, *R.* 23. esse] *om. R.* 24. ac] *om. Vd.* de] ne, *R.* mandata, *V¹d.* manducata, *R.* 25. nobis] *Gron.* bonis, *C.* 27. plerique, *Vd.* plenique, *R.* irrisui sumus] in re suibus, *R.* in risum in usu *V.* in risum minus, *d.* 28. atque] *d.* quae, *r.* magna, *R.* 29. solatia, *V².* 30. invisi, *r.* 33. mirari, *Vd.* 34. dedere et, *R.* 35. et media, *V.*

17 etiam deliciis auxilia permiscens. excogitavit aliquas aspectu hispidas, tactu trucis, ut tantum non vocem ipsius fingentis illas rationemque reddentis exaudire videamur, ne se depascat avida quadripes, ne procaces manus rapiant, ne neglecta vestigia obterant, ne insidiens ales infringat, iis muniendo aculeis telisque armando, remediis ut tuta ac salva sint. ita hoc quoque quod in iis odimus hominum causa excogitatum est.

18 7. (8.) Clara in primis aculeatarum erynge est sive eryngion contra serpentis et venena omnia nascens. adversus ictus morsusque radix eius bibitur drachmae pondere in vino aut, si plerumque talis iniurias comitetur et febris, ex aqua. inlinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas. vero omnibus contra toxica et aconita efficaciorem Heraclides 19 medicus in iure anseris decoctam arbitratur. Apollodorus adversus toxica cum rana decoquit, ceteri in aqua. ipsa dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali et maiore aliquando, alia albicans, alia nigra, radice odorata, et sativa quidem est, sed sponte nascitur in asperis et saxosis et in litoribus maris durior nigriorque, folio api.

20 8. (9.) Ex his candidam nostri centum capita vocant. omnes eiusdem effectus, caule et radice in cibos Graecorum receptis utroque modo, sive coquere libeat sive cruda vesci. portentosum est quod de ea traditur, radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre, raro inventu, set si viris contigerit mas, amabilis fieri. ob hoc et Phaonem Lesbium dilectum a Sappho, multa circa hoc non Magorum solum vanitate sed 21 etiam Pythagoricorum. sed in medico usu praeter supra dicta auxiliatur inflationibus, torminibus, cordis vitiis, stomacho, iocineri, praecordiis in aqua mulsa, lieni in posca, item ex mulsa renibus, stranguriae, opisthotonis, spasmis, lumbis, hydropicis, comitialibus, mulierum mensibus, sive subsidant sive 22 abundent, volvarumque omnibus vitiis. extrahit infixa corpori cum melle. strumas, parotidas, panos, recedentis ab ossibus carnis sanat cum axungia salsa et cerato, item fracturas. crapulam praesumpta arcet, alvom sistit. aliqui e nostris sub

1. inexcogitavit, *R.* aspectus, *V.* 3. illam rationesque reddentes, *R.* audire, *Vd.* 5. obterant] *d.* obtenerant, *V.* obtegant, *R.* 7. excogitatum] excogitati unus, *R.* 8. eclara, *R.* 11. iniurias] miserias, *Vd.* comitatur, *R.* 12. chrysodos, *R.* chrysutidas, *V.* chrysupidas, *d.* 17. aliquanto, *Rd.* 18. sed] et, *Vd.* 22. modo] in otio, *Vd.* 23. de ea] *d.* dea, *V.* de, *R.* taradiutur, *R.* 25. Phaonem] phaeonem et, *R.* pheonem et, *r.* dilectos, *Rd.* 26. multae, *R.* vanitates, *R.* 30. opisthotonis] *cod. Chiff.* opisthotonos, *RV.* opisthotoniicis, *d.* 34. 35. crapulas, *R.* 35. praesumptam, *Vd.*

solstitio colligi eam iussere. ex aqua caelesti inponi omnibus cervicis vitiis, oculorum quoque albugines sanare adalligatam tradiderunt.

9. (10.) Sunt qui et acanum eryngio adscribant, spino- 23
5 sam brevemque et latam herbam spinisque latioribus. hanc inpositam sanguinem mire sistere.

(11.) Alii eryngen falso eandem putavere esse et glycyr- 24
rhizam, quare subiungi eam protinus refert. et ipsa sine dubio inter aculeatas est, foliis echinatis, pinguibus tactuque cum-
10 minosis, fruticosa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis. praestantissima in Cilicia, secunda Ponto, radice dulci et hac tantum in usu. capitur 25
ea vergiliarum occasu, longa ceu lycium, coloris buxei melior quam nigra, quaeque lenta quam quae fragilis. usus in sub-
15 ditis decoctae ad tertias, cetero ad mellis crassitudinem, aliquando et tusae, quo genere et volneribus inponitur et faucium vitiis omnibus, item voci utilissimo suco sic ut spissatus est linguae subdito, item thoraci, iocineri. hac diximus sitim famem- 11. 284
que sedari. ob id quidam adipson appellavere eam et hydro- 26
20 picis dedere, ne sitirent. ideo et conmanducata stomatice est et ulceribus oris inspersa saepe et pterygiis. sanat et vesicae scabiem, renium dolores, condylomata, ulcera genitalium. dedere eam quidam potui in quartanis drachmarum duarum pondere ex pipere, hemina aquae. conmanducata sanguinem ex
25 volnere sistit. sunt qui et calculos ea pelli tradiderunt.

10. (12.) Tribuli unum genus in hortis nascitur, alterum 27
in fluminibus tantum. sucus ex his colligitur ad oculorum medicinas, est enim refrigerantis naturae et ideo utilis contra inflammationes collectionesque. ulcera per se erumpentia et
30 praecipue in ore cum melle sanat, item tonsillas. potus calculos frangit. Thraces qui ad Strymona habitant foliis tribuli equos saginant, ipsi nucleo vivont panem facientes praedulcem et qui contrahat ventrem. radix caste pureque collecta discutit

---

2. adalligatam] *d.* adalligatamque, *r.* 4. acanum] *Sillig.* arcanum, *R.* canum, *r.* erygio, *Vd.* erygion, *R.* 7. eryngen] *d.* erygen, *r.* eandem] *d.* eadem, *r.* et] *om. Vd.* 7. 8. glyzyrrizam, *C.* 9. pinguibus] pinnatis, *R.* tactuque] *om. R.* 9. 10. cuminosis, *V.* gummosis, *d. om. R.* 11. plantani, *V.* plantaginis, *d.* 12. haec, *Vd.* 13. longe, *Vd.* lycium] *Urlichs vind.* 474. vitium, *RV.* vitui, *d.* 14. quam] *Gron.* que, *C.* nigri, *Vd.* leta, *V.* 15. decocta, *R.* 16. tusae] tusa et, *R.* tunsa ae, *V.* tunsae, *d.* 18. linguae] in linguae, *R.* in lingua, *r.* 19. quidam adipson] ipro, *R.* 20. sisterent, *Vd.* 25. qui et] et qui, *V.* qui, *d.* 30. in ore] odore, *R.* 31. foliis] e foliis, *Vd.*

strumas, semen adalligatum varicum dolores sedat, tritum vero in aquam sparsum pulices necat.

28 11. (13.) Stoebe quam aliqui pheon vocant, decocta in vino praecipue auribus purulentis medetur, item oculis ictu cruentatis, haemorrhagiae quoque et dysinteriae infusa. 5

29 12. (14.) Hippoph*a*es in sabulosis maritimis*que*, spinis albis, hederae modo racemosa est, candidis, ex parte rubentibus acinis. radix suco madet qui aut per se conditur aut pastillis farinae ervi. bilem detrahit obolo ponderis, saluberrime cum mulso. Est altera hippop*ha*es sine caule, sine flore, foliis tantum mi- 10
30 nutis. huius quoque sucus hydropicis mire prodest. Debent adcommodatae esse et equorum naturae, neque ex alia causa nomen accepisse. quippe quaedam animalium remediis nascuntur locupleti divinitate ad generanda praesidia, ut non sit mirari satis ingenium eius disponentis auxilia in genera, in causas, in 15 tempora. ut aliis prosit *aliud* horis diesque nullus prope sine praesidiis reperiatur.

31 13. (15.) Urtica quid esse invisius potest? at illa praeter
15, 30 oleum quod in Aegypto ex ea fieri diximus vel plurimis scatet remediis. semen eius cicutae contrarium esse Nicander adfir- 20 mat, item fungis *et* argento vivo, Apollodorus et salamandris cum iure coctae testudinis, item adversari hyoscyamo et serpenti*bus* et scorpionibus. quin ipsa illa amaritudo mordax uvas in ore procidentisque vulvas et infantium sedes tactu resilire cogit, lethargicos expergisci tactis cruribus magisque fronte. 25
32 eadem canis morsibus addito sale medetur, sanguinem trita naribus indita sistit et magis radice. carcinomata et sordida ulcera sale admixto, item luxata sanat et panos, parotidas carnisque ab ossibus recedentis. semen potum cum sapa vulvam strangulatis aperit, profluvia narium sistit inpositum. vomitiones in 30 aqua mulsa sumptum a cena facilis praestat duobus obolis, uno
33 autem in vino poto lassitudines recreat. vulvae vitiis tostum acetabuli mensura, potum in sapa resistit stomachi inflationibus. orthopnoicis prodest cum melle et thoracem purgat eodem ecligmate et lateri medetur cum semine lini. addunt hysopum 35

---

2. aqua, *Vd.* 3. pheon] *d.* phaeon, *V.* peon, *R.* 6. hippophaes] *Dal.* hippophes, *R.* hippopes, *r.* maritimis, *Vd.* simaritudinis, *R.* maritimisque nascitur, *v.* 9. ervi. bilem] *cod. Murbacensis.* ervilem, *R.* haec bilem, *r.* 10. altera] *om. R.* hippophaes] *Sillig.* hippopes, *d.* hippope, *V.* hae, *R.* 16. aliud] *Gron. om. R.* ab, *r.* 18. invisis, *Vd.* 20. cicutae] *d.* sicutae, *V.* sicut et, *R.* 21. et] in, *C.* 22. 23. serpentium, *C.* 23. et] *R. om. r.* quin] que in, *V.* 29. 30. strangulatis] *d.* strangulantis, *r.* 33. pota, *Rd.* 35. elegmate, *d.* elegmatae, *V.* et lecmate, *R.* alteri, *Vd.*

et piperis aliquid. inlinitur lieni, difficilem ventrem tostum
cibo emollit. Hippocrates vulvam purgari poto eo pronuntiat, 34
dolore levari tosto acetabuli mensura, dulci poto et inposito
cum suco malvae, intestinorum animalia pelli cum hydromelite
5 et sale, defluvia capitis semine inlito cohonestari. articularis
morbis et podagricis plurimi cum oleo vetere aut folia cum
ursino adipe trita inponunt. ad eadem radix tusa cum aceto
non minus utilis, item lieni, et cocta in vino discutit panos
cum axungia vetere salsa. eadem psilotrum est sicca. Condidit 35
10 laudes eius Phanias physicus, utilissimam cibis coctam condi-
tamve professus arteriae, tussi, ventris destillationi, stomacho,
panis, parotidibus, pernionibus, cum oleo sudorem, coctam cum
conchyliis ciere alvom, cum tisana pectus purgare mulierumque
menses, cum sale ulcera quae serpant cohibere. Suco quoque 36
15 in usu est. expressus inlitus fronti sanguinem narium sistit,
potus urinam ciet, calculos rumpit, uvam gargarizatus reprimit.
semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur.
Ad omnia haec et mitiores quidem teneraeque efficaces, sed
praecipue silvestris illa, et hoc amplius lepras e facie tollit in
20 vino pota. si quadripes fetum non admittat, urtica naturam
fricandam monstrant.

14. (16.) Ea quoque quam lamium inter genera earum 37
appellavimus, mitissima et foliis non mordentibus, medetur cum 21, 93
mica salis contusis incussisque, inustis et strumis, tumoribus,
25 podagris, volneribus. album habet in medio folio quod igni-
bus sacris medetur. quidam e nostris tempore discrevere genera, 38
et autumnalis urticae radicem adalligatam in tertianis ita ut
aegri nuncupentur, cum eruatur ea radix, dicaturque cui et
quorum filio eximatur, liberare morbo tradiderunt, hoc idem et
30 contra quartanas pollere. iidem urticae radice addito sale in-
fixa corpori extrahi, foliis cum axungia strumas discuti vel, si
suppuraverint, erodi, compleri.

15. (17.) Ex argumento nomen accepit scorpio herba. 39

---

4. pelli] repellit, *R.* hydropicae, *R.* 5. cohonestari] *d.* cohenestari, *R.* cohosiestari, *V.* 8. lini, *Vd.* 11. anariae, *R.* ventris] *d.* ventri, *V.* ventr, *R.* 12. sudore cocta, *Vd.* 14. succo, *Vd.* sucos, *R.* 16. gargarizatur, *d.* gargarissatur, *R.* gargarizatu, *V.* 22. quam] numquam, *R.* 23. imitissima, V^1. inmitissima, V^2. 24. inclusisque, *R.* inustis] iustis, RV^2. iuctis, V^1. iuxtis, *d.* 25. album] *d.* alvum, *r.* quo, *R.* 26. discribere, *R.* 27. adalligatam] *Gron.* adalligata, *Vd.* adalligatam — 30. radice, *om. R.* 28. dicaturque] *d.* dicatur quae, *V.* 29. filio] *d.* folio, *V.* 30. radicem, *Vd.* 31. discuti] *d.* discutit, *r.* 33. scorpios, R.

semen enim habet ad similitudinem caudae scorpionis, folia pauca. valet et adversus animal nominis sui. Est et alia eiusdem nominis effectusque sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens et inde nomen.

40 16. (18.) Leucacantham alii phyllon, alii ischada, alii polygonaton appellant, radice cypiri, quae commanduca dentium dolores sedat, item laterum et lumborum, ut Hicesius tradit, semine poto drachmis octo aut suco. eadem ruptis, convulsis medetur.

41 17. (19.) Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea praecipue vescantur, alii sideritem, nonnulli parthenium. folia habet mixtae similitudinis plantagini et marruvio, caulicolos densos, leviter rubentis, semina in capitibus lappaceis ad-
21, 96 haerescentia vestibus, unde et helxinen dictam volunt. sed nos
42 qualis vera esset helxine diximus priori libro. haec autem inficit lanas, sanat ignis sacros et tumores collectionesque omnis et adusta, panos sucus eius cum psimithio et guttura incipientia turgescere, item veterem tussim cyatho hausto et omnia in umido, sicut tonsillas et varices cum rosaceo. inponitur et podagris cum caprino sebo ceraque Cypria.

43 (20.) Perdicium sive parthenium — nam sideritis alia est — ab nostris herba urceolaris vocatur, ab aliis astercum, folio similis ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisque. medetur cum mica salis trita iisdem omnibus quibus lamium, et eodem modo, item vomicae calfacto suco pota, sed contra volsa, rupta lapsusque et praecipitia, ut vehiculorum eversiones,
44 singularis. Verna carus Pericli Atheniensium principi, cum is in arce templum aedificaret repsissetque super altitudinem fastigi et inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus monstrata Pericli somnio a Minerva, quare parthenium vocari coepta est adsignaturque ei deae. hic est vernula cuius effigies ex aere fusa est nobilis ille splanchnoptes.

45 18. (21.) Chamaeleonem aliqui ixian vocant. duo genera eius: candidior asperiora habet folia, serpit in terra echini modo

---

1. ad] et, *R.* et ad, *r.* 2. animal nominis] nomen animalis, *C.* 3. effectusque] effectus eius, *R.* 5. phyllon] *Hard.* pymon, *R.* phimum, *V.* phinion, *d.* iscada, *R.* schada, *r.* 16. omnis — 17. et] *om. R.* 17. psimithio] *Sillig.* psinithio, *V.* psinthio, *d.* 18. cyato, *R.* ciato, *V.* quiata, *d.* 18. 19. in humido, *R.* ut in umido, *r.* 19. varices] *R.* arietes, *r.* 21. nam] sive nam, *R.* 22. astercum] *cod. Tol.* astericum, *d.* altercum, *r.* 23. ocimis, *V.* ocimus, *d.* 24. mica] medica, *C.* salis, *R.* tritam, *V.* 28. repsitque, *V.* repsisque, *d.* reptisque, *R.* 31. fusa] *d.* effusa, *V.* fussas, *R.* 32. est] *Urlichs vind. 477.* est et, *C.* 33. ixion, *C.*

spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo. quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maxime circa canis ortum, quo modo tura nasci dicuntur, unde et ixia appellatur. hac mastiche utuntur mulieres. quare et chamaeleon vocetur, 5 varietate foliorum evenit. mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus atque aliis coloribus. Ex his candidus hydropicos sanat suco radicis decoctae. 46 bibitur drachma in passo. pellit et interaneorum animalia acetabuli mensura suci eiusdem in vino austero cum origani sco- 10 pis. facit *ad* difficultatem urinae. hic sucus occidit et canes suesque in polenta. addita aqua et oleo contrahit in se muris ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. radicem eius aliqui concisam servari iubent funiculis pendentem decoquique in cibo contra fluctiones quas Graeci rheumatismos vocant. ex nigris 47 15 aliqui marem dixere cui flos purpureus esset et feminam cui violaceus. una nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur cum sulpure et bitumine una coctis, conmanducatis vero dentes mobiles aut in aceto decoctis. suco scabiem et quadripedum sanant. et ricinos canum necat, 20 iuvencos quoque anginae modo, quare a quibusdam ulph*o*non vocatur et cynozolon propter gravitatem odoris. Ferunt et haec viscum ulceribus utilissimum. omnium autem generum eorum radices scorpionibus adversantur.

19. (22.) Coronopus oblonga herba est cum fissuris. se- 48 25 ritur interim, quoniam radix coeliacis praeclare facit in cinere tosta.

20. (23.) Et anchusae radix in usu est, digitali crassitudine. finditur papyri modo manusque inficit sanguineo colore, praeparat lanas pretiosis coloribus. sanat ulcera in cerato, prae- 30 cipue senum, item adusta. liquari non potest in aqua, oleo dissolvitur, idque sincerae experimentum est. datur et ad renium 49 dolores drachma eius potui in vino aut, si febris sit, in decocto balani, item iocinerum vitiis et lienis et bile subfusis. lepris et lentigini inlinitur ex aceto. folia trita cum melle et farina 35 luxatis inponuntur, et pota drachmis duabus in mulso alvom sistunt. pulices necare radix in aqua decocta traditur.

---

1. gravi, *Vd.* 3. exia, *C.* 4. hac] *cod. Chiff.* haec, *R.* has, *V.* has et, *d.* 6. aliubi croceus] *R. om. r.* 9. mensura] *d. om. r.* 10. facti, *R.* ad] *om. C.* 13. decoquique] *d.* decoquentque, *r.* 15. et] *d.* ef, *R. om. V.* cuinam, *R.* 16. una] et una, *Vd.* 19. negat, *R.* necant, *d.* 20. iuvencas, *R.* ulophiton, *V.* ulophilon, *d.* olopylon, *R.* 21. cynozialon, *d.* cynosialon, *V.* 32. potum, *R.* 33. item] item in, *R.* lieni, *Vd.* 34. lentiginis, R. lentigines, *r.* 35. potatur, *RV*². mulso] fulgo, R.

50 (24.) Est et alia similis pseudoanchusa ob id appellata, a quibusdam vero echis aut doris et multis aliis nominibus, lanuginosior et minus pinguis, tenuioribus foliis languidioribus. radix in oleo non fundit rubentem sucum, et hoc ab anchusa discernitur. contra serpentes efficacissima potu foliorum vel 5 seminis. folia ictibus inponuntur. virus serpentes fugat. bibitur et propter spinam. folium eius sinistra decerpi iubent Magi, et cuius causa sumatur dici tertianisque febribus adalligari.

51 21. (25.) Est et alia herba proprio nomine onochilon, quam aliqui anchusam vocant, alii archebion, alii onochelim, 10 aliqui rhexiam, multi enchrysam, parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice messibus sanguinea, cetero nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentes maximeque viperas, et radice et foliis, aeque cibo ac potu. vires habet messibus. folia trita odorem cucumeris reddunt. datur in cyathis 15 52 tribus volva procidente. pellit et taenias cum hysopo, et in dolore renium aut iocineris ex aqua mulsa, si febris sit, sin aliter, e vino bibitur. lentigini ac lepris radix inlinitur. habentes eam a serpentibus feriri negantur. Est et alia huic similis flore rubro, minor, et ipsa ad eosdem usus, traduntque, conmandu- 20 cata ea si inspuatur, mori serpentem.

53 (26.) Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemida, quoniam vere floreat, alii chamaemelon, quoniam odorem mali habeat. nonnulli melanthion vocant. Genera eius tria fronde 25 tantum distant, palmum non excedentia, parvis foliis rutae candidis aut malinis aut purpureis. In macro solo aut iuxta semitas colligitur vere et in coronamenta reponitur. eodem tempore et medici folia tusa in pastillos digerunt, item florem et 54 radicem. Dantur omnia mixta drachmae unius pondere contra 30 serpentium omnium ictus. – pellunt mortuos partus, item menstrua in potu et urinam calculosque, inflationes, iocinerum vitia, bilem subfusam, aegilopia, conmanducata ulcerum eruptiones manantis sanat. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacississima est quae florem purpureum habet, cuius et foliorum 35

---

1. a] et, *R.* 2. doris] *d.* odoris, *r.* 4. in oleo] *cod. Chiff.* in oleum, *Vd.* oleum, *R.* 5. potu] *d.* potum, *r.* 7. spinae, *C.* 9. onocholin, *V.* 11. rhexiam] *d.* rexiam, *V.* raxian, *R.* enichrysam, *V.* enecrisam, *d.* enchysam, *R.* 12. foliis] floris, *R.* 17. si] in, *V.* 21. inspuat, *Vd.* instra. at, *R.* 23. eranthemida] *Barb.* erathemida, *Rd.* arathemida, *V.* 24. chamaemelon] *d.* chememelon, *V.* cumemelon, *R.* 25. fronde] flore, *d.* 26. foliis] floribus ut, *d.* 31. omnium] *om. V.* 32 *sq. dist. Urlichs vind.* 479.

et fruticis amplitudo maiuscula est. hanc proprie quidam eranthemim vocant.

(27.) Loton qui arborem putant tantum esse vel Homero 55
auctore coargui possunt. is enim inter herbas subnascentis deo-
5 rum voluptati loton primam nominavit. folia eius cum melle
oculorum cicatrices, argema, nubeculas discutiunt.

(28.) Est et lotometra quae fit ex loto sata, ex cuius semine 56
simili mili putri fiunt panes in Aegypto a pastoribus, maxime
aqua vel lacte subacto. negatur quicquam illo pane salubrius
10 esse aut levius, dum caleat. refrigeratus difficilius concoquitur
fitque ponderosus. constat eos qui illo vivant nec dysinteria
nec tenesmo neque aliis morbis ventris infestari. itaque inter
remedia eorum habent.

(29.) Heliotropi miraculum saepius diximus cum sole se 57
15 circumagentis etiam nubilo die, tantus sideris amor est. noctu 2, 109 18, 252
velut desiderio contrahit caeruleum florem. Genera eius duo:
tricoccum et helioscopium. hoc altius, quamquam utrumque 58
semipedalem altitudinem non excedit, ab una radice ramosum.
semen in folliculo messibus colligitur. nascitur nonnisi in pingui
20 solo cultoque maxime, tricoccum ubique. si decoquatur, invenio
cibis placere et in lacte iucundius alvom molliri et, si decocti
sucus bibatur, efficacissime exinaniri. maioris sucus excipitur
aestate hora sexta, miscetur cum vino, sic firmior. capitis do- 59
lores sedat rosaceo admixto. verrucas cum sale tollit sucus e
25 folio, unde nostri verrucariam herbam appellavere aliis cogno-
minari effectibus digniorem. namque et serpentibus et scorpio-
nibus resistit ex vino aut aqua mulsa, ut Apollophanes et Apol-
lodorus tradunt. folia infantium destillationibus, quam siriasim
vocant, inlita medentur, item contractionibus, etiam si id comi-
30 tialiter accidat. decocto quoque foveri os saluberrimum est.
potum id pellit taenias et renium harenas. si cuminum adi-
ciatur, calculos frangit. decoqui cum radice oportet, quae cum
foliis et hircino sebo podagris inlinitur. Alterum genus quod 60
tricoccum appellavimus et alio nomine scorpiuron vocatur, foliis
35 non solum minoribus sed etiam in terram vergentibus. semen
ei est effigie scorpionis caudae, quare nomen. vis ad omnia

---

4. possint, *R.* 6 cicatrices] cicer, *R.* nubeculas] *d.* nu///cu-las, *V.* niculas, *R.* 8. simili mili] *Sillig.* simillimi//, *V.* simillime, *R.* simillimo, *d.* putri] *Ianus.* porri, *C.* 9. subactio, *RV.* quiquam, *RV.* 10. cum, *R.* 13. habentur, *R.* bŭtur, *d.* 14. se] saepe, *RV. om. d.* 15. tantum, *Rd.* 20. decoquantur, *RV.* 27. apollophanes et] *om. V.* 28. quam] *Urlichs vind. 479.* quod, *C.* 30. os] eos, *V.*

venenata et phalangia sed contra scorpiones praecipue inlita. non feriuntur habentes, et si terram surculo heliotropi circumscribat aliquis, negant scorpionem egredi, inposita vero herba aut uda omnino respersum protinus mori. seminis grana quattuor pota quartanis prodesse dicuntur, tria vero tertianis, vel si herba 5
61 ipsa ter circumlata subiciatur capiti. semen et venerem stimulat, cum melle panos discutit. verrucas hoc utique heliotropium radicitus extrahit et excrescentia in sedibus. spinae quoque ac lumborum sanguinem corruptum trahit inlitum semen et potum, in iure gallinacei decoctum aut cum beta et lente. cortex se- 10 minis liventibus colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter adligari iubent ab ipso aegro precarique eum solutum se nodos liberatum et facere non exempta herba.

62 (30.) Aliud adianto miraculum: aestate viret, bruma non marcescit, aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est 15 — tanta dissociatio deprehenditur — unde et nomen a Graecis alioqui frutici topiario. quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu. tinguit enim capillum et ad hoc decoquitur in vino cum semine api adiecto oleo copiose,
63 ut crispum densumque faciat, et defluere autem prohibet. Duo 20 eius genera: candidius et nigrum breviusque. id quod maius est, polytrichon, aliqui trichomanes vocant. utrique ramuli nigro colore nitent, foliis felicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt, omnia autem contrariis pediculis densa ex adverso inter se, radix nulla. umbrosas petras parietumque aspergines 25 ac fontium maxime specus sequitur et saxa manantia, quod
64 miremur, cum aquas non sentiat. Calculos e corpore mire pellit frangitque, utique nigrum, qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur a nostris saxifragum appellatum crediderim. bibitur e vino quantum terni decerpsere digiti. urinam 30 cient, serpentium et araneorum venenis resistunt, in vino decocti alvom sistunt. capitis dolores corona ex his sedat. contra scolopendrae morsus inlinuntur, crebro auferendi ne perurant, hoc et in alopeciis. strumas discutiunt furfuresque in facie et
65 capitis manantia ulcera. decoctum ex his prodest suspiriosis 35 et iocineri et lieni et felle subfusis et hydropicis. stranguriae

---

4. uda] *om. Vd.* grana — 5. tertianis] *om. Vd.* 6. ipsa] *om. Vd.* 13. eum] cum, *R.* se] secum, *V.* 17. 18. polytricum, *C.* 18. ab] est ab, *V.* 19. copiose] *d.* copiosum, *r.* 21. breviusque] veriusque, *R.* 22. polytrichon] polycyon, *R.* 23. nitent] item. *RV*². ac] *om. R.* 27. sentiant, *R.* 30. quantum] quam cum, *C.* 33. perurant] *Gron.* perunt, *RV.* pereant, *d.* 36. iocineri et lieni] *d. iocineri (iocineris, R)* lienis, *r.* et hydropicis] hydropicis, *V.*

inlinuntur et renibus cum absinthio. secundas cient et menstrua. sanguinem sistunt ex aceto aut rubi suco poti. infantes quoque exulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo et vino prius. folium in urina pueri inpubis, tritum quidem cum aphronitro et inlitum ventri mulierum ne rugosus fiat praestare dicitur. perdices et gallinaceos pugnaciores fieri putant in cibum eorum additis, pecorique esse utilissimos.

22. (31.) Picris ab insigni amaritudine cognominatur, ut 66
diximus, folio rotundo. tollit eximie verrucas. Thesium quoque 21, 105
non dissimili amaritudine est, sed purgat alvom, in quem usum teritur ex aqua.

(32.) Asphodelum de clarissimis herbarum, ut quod he- 67
roion aliqui appellaverint, Hesiodus et in silvis nasci dixit, Dionysius marem ac feminam esse. defectis corporibus et phthisicis constat bulbos eius cum tisana decoctos aptissime dari, panemque ex his cum farina subactis saluberrimum esse. Nicander et contra serpentes ac scorpiones vel caulem quem anthericum vocavimus vel semen vel bulbos dedit in vino tribus drachmis substravit- 21, 109
que somno contra hos metus. datur et contra venenata marina 68
et contra scolopendras terrestres. cocleae mire in Campania caulem eum persequuntur et sugendo arefaciunt. folia quoque inlinuntur venenatorum volneribus ex vino. bulbi nervis articulisque cum polenta tunsi inlinuntur. prodest et concisis ex aceto lichenas fricare, item ulceribus putrescentibus ex aqua inponere, mammarum quoque et testium inflammationibus. de- 69
cocti in faece vini oculorum epiphoris supposito linteolo medentur. fere in quocumque morbo magis decoctis utuntur, item ad tibiarum taetra ulcera rimasque corporum quacumque in parte farina arefactorum. autumno autem colliguntur, cum plurimum valent. sucus quoque ex tusis expressus aut decoctis utilis fit corporis dolori cum melle, idem odorem corporis iucundum affectantibus, cum iri arida et salis exiguo. folia et 70
supra dictis medentur et strumis, panis, ulceribus in facie decocta in vino. cinis e radice alopecias emendat et rimas pedum sedisque, decoctae radicis in oleo sucus perniones et ambusta. et gravitati aurium infunditur, a contraria aure in dolore den-

---

4. folium in] folii, *C.* 5. ne] e, *R.* 8. amaritudinis, *E.* 10. sed] *om. V.* 12. quam, E^2. 12. 13. heroion] *Hard.* hereneon, *V.* heroneon, *r.* 13. silvis] E^2V. fulvis, E^1. fluviis, *R.* 15. darij mederi, E^2. 21. caule, *V.* calem, *R.* 22. venenatarum, *RV.* 30. ex] et, *RV.* tusis] *d.* tirsis, E^2. tussis, *r.* decoctus, V^2. 31. odorem] *E.* dolorem, *r.* 34. 35. pedum sedisque] *Ianus.* pedisque, *C.* 35. decocta, *ER.* sucu, *E.* suco, *R.* 36. gravitatem, *V.* gravitate, *r.*

tium. prodest et urinae pota modice radix et menstruis et
lateris doloribus, item ruptis, convolsis, tussibus, drachmae pon-
dere in vino pota. eadem et vomitiones adiuvat commanducata.
71 semine sumpto turbatur venter. Chrysermus et parotidas in
vino decocta radice curavit, item strumas admixta cachry ex 5
vino. quidam aiunt, si inposita radice pars eius in fumo sus-
pendatur quartoque die solvatur, una cum radice arescere stru-
mam. Diocles ad podagras utroque modo, cocta crudaque usus
est. ad perniones decoctam ex oleo dedit et suffusis felle in
vino et hydropicis. venerem quoque concitari cum vino et melle 10
72 perunctis aut bibentibus tradidere. Xenocrates et lichenas, pso-
ras, lepras radice in aceto decocta tolli dicit, item sicca cum
hyoscyamo et pice liquida, alarum quoque et feminum vitia, et
capillum crispiorem fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur,
Simos lapides renium in vino decocta potaque eximi. Hippo- 15
crates semine ad impetus lienis dari censet. iumentorum quoque
ulcera ac scabiem radix inlita aut decoctae sucus ad pilum re-
ducit. mures eadem fugantur, caverna praeclusa moriuntur.
73 (33.) Asphodelum ab Hesiodo quidam halimon appellari
existimavere, quod falsum arbitror. est enim suo nomine hali- 20
mon, non parvi et ipsum erroris inter auctores. alii enim fru-
ticem esse dicunt densum, candidum, sine spina, foliis oleae,
sed mollioribus, coqui haec ciborum gratia, radice tormina dis-
cuti drachmae pondere in aqua mulsa pota, item rupta, con-
74 vulsa. alii olus maritimum esse dixere salsum et inde nomen, 25
foliis in rotunditatem longis, laudatum in cibis. duorum prae-
terea generum, silvestre et mitius, utrumque prodesse dysintericis
etiam exulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto. ulceribus
vetustis inlini crudum et volnerum recentium impetus lenire
et luxatorum pedum ac vesicae dolores. silvestri tenuiora folia, 30
sed in isdem remediis effectus maiores et in sananda hominum
75 ac pecorum scabie. praeterea nitorem corpori fieri dentibusque
candorem, si fricentur radice ea, semine linguae subdito sitim
non sentiri. hoc quoque mandi et utraque etiam condiri. Crate-
vas tertium quoque genus tradidit longioribus foliis et hirsutio- 35

---

4. chrysermus] *V*¹. chryserimus, *V*². chryserinus, *r*. 6. eius] *V*. eius si, *r*. 8. Diocles] *Gron*. socles, *V*. socres, *r*. 9. pernitiones decocta, *EGV*. 10. concitare, *ER*. 12. sicca cum] *ego*. si coccum, *C*. 15. Simos] timon, *C*. 19. halimum, *GV*. alimon, *r*. 21. alii enim] *R*. alii, *E*². alieni, *E*¹. elienem, *r*. 23. radix, *E*², 23. 24. discutit, *ERV*². 24. drachmae] *E*². drachmas, *r*. 29. crudum] *GV*¹. crurum, *r*. 31. maiores et] *ER*. maior sed, *r*. 32. corpore, *ER*. *35. genus] om. GV.* foliis et hirsutioribus] *om. ER.*

ribus, odore cupressi, nasci sub hedera maxime, prodesse opisthotonis, contractionibus nervorum tribus obolis in sextarium aquae.

(34.) Acanthi topiariae et urbanae herbae lato longoque 76
5 folio crepidines marginum adsurgentiumque pulvinorum toros vestientis duo genera sunt, aculeatum et crispum, quod brevius, alterum leve, quod aliqui paederota vocant, alii melamphyllum. Huius radices ustis luxatisque mire prosunt, item ruptis, convolsis, et phthisin metuentibus, ideo coctae cibo, maxume tisana.
10 podagris quoque inlinuntur tritae et calefactae.

(35.) Bupleuron in sponte nascentium olerum numero 77
Graeci habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite aneti, laudatum in cibis ab Hippocrate, in medicina *a* Glaucone et Nicandro. semen contra serpentes valet. folia ad secundas
15 feminarum vel sucum ex vino inlinunt, et strumis folia cum sale et vino. radix contra serpentes datur in vino et urinae ciendae.

(36.) Buprestim magna inconstantia Graeci in laudibus 78
ciborum etiam habuere, idemque remedia tamquam contra ve-
20 nenum prodiderunt. et ipsum nomen indicio est boum certe venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. quapropter nec de hac plura dicemus. est vero causa quare venena monstremus inter gramineas coronas, nisi libidinis causa expetenda alicui videtur, quam non aliter magis accendi putant quam
25 pota ea?

(37.) Elaphoboscon ferulaceum est, geniculatum digiti cras- 79
situdine, semine corymbis dependentibus silis effigie, set non amaris, foliis olusatri, et hoc laudatum in cibis. quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores sedan-
30 dos, rupta, convolsa sananda, inflationes discutiendas coliique tormenta, contra serpentium omniumque aculeatorum ictuus. quippe fama est hoc pabulo cervos resistere serpentibus. fistulas quoque radix nitro addito inlita sanat, siccanda autem in eo usu prius est, ne suco suo madeat, qui contra serpentium ictus
35 non facit deteriorem eam.

---

1. 2. opisthotonis] *cod. Chiff.* epistotonis, *C.* 6. vestientes, *ER.* 7. alioqui, *GV.* paederotae, *RV.* pederotae, *r.* 9. ideo cocte, *E.* id coctae (cocte, *G*)*r.* 10. calefactae] *Urlichs vind.* 482. calefactae (calefacte, *E.* calfactae, *V.* calfacte, *G*) calidis, *C.* 13. ab ipocrate, *V.* apocrate, *G.* xipocrate, *R.* xiphocrate, *E.* a] *om. C.* 18. magnam, *GV.* 21. quod, *G.* disseri, *ER.* gustata, *G.* 22. dicimus, *ER.* 23. ne si, E^2. 25. pota ea] *R.* potae, *E.* postea, *r.* 26. elaphoboscon, *E.* 33. eos, *ER.*

80 (38.) Scandix quoque in olere silvestri a Graecis ponitur, ut Ophion et Erasistratus tradunt. item decocta alvom sistit, semine singultus confestim ex aceto sedat. inlinitur ambustis, urinas ciet. decoctae sucus prodest stomacho, iocineri, renibus, vesicae. haec est quam Aristophanes Euripidi poetae obicit iocunlariter: matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, 81 sed scandicem. Eadem erat enthryscum, si teneriora folia et odoratiora haberet. peculiaris laus eius, quod fatigato venere corpori succurrit marcentesque iam senio coitus excitat. sistit profluvia alba feminarum.

82 (39.) Et iasine olus silvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo, florem fert candidum, conchylium vocant. et huius eadem commendatio ad stimulandos coitus. cruda ex aceto in cibis et mulieribus lactis ubertatem praestat. salutaris est phthisin sentientibus. infantium capiti inlita nutrit capillum tenaciorem que eius cutem efficit.

83 (40.) Estur et caucalis feniculo similis, brevi caule, flore candido, cordi utilis. sucus quoque eius bibitur, stomacho perquam commodatus et urinae calculisque et harenis pellendis et vesicae pruritibus. extenuat et lienis, iocineris reniumque pituitas. semen menses feminarum adiuvat bilemque a partu siccat. datur et contra profluvia genitorae viris. Chrysippus et conceptionibus eam putat conferre multum. bibitur in vino ieiunis. inlinitur et contra venena marinorum, sicut Petrichus in carmine suo significat.

84 (41.) His adnumerant et sium latius apio, in aqua nascens, pinguius nigriusque, copiosum semine, sapore nasturti. prodest urinis, renibus, lienibus mulierumque mensibus, sive ipsum in cibo sumptum sive ius decocti sive semine in vino drachmis duabus. calculos rumpit aquisque quae gignunt eos resistit. dysintericis prodest infusum, item inlitum lentigini et mulierum

---

2. opinion, *C.* 6. holus, *E.* bolus, *GV.* 7. enthryscum] *Iahnus in Iahns Jahrb. 1867, 858.* enthriscum, *GV.* heutris ne eum (eu, *R*)*r.* teniora, *E*, tenuiora, *R.* 8. ei, *GV.* 10. alvi, *E.* 11. iasine] *Salm.* lasinae, *G.* lasine, *r.* 12. multa, *GV.* conchylium] *Urlichs vind.* 484. concilium, *E.* concylium, *r.* 13. crude, *E.* crudae, *r.* acto, *GV.* 14. salutaris est] salutare, *C.* 17. eostur, *GV.* eosture, *r.* caucalidis, *ER.* brevi] *d.* breve, *r.* 20. reniumque] *Brot.* lieniumque, *GV.* lienumque, *r.* 21. bilemque] bilem (vilem, *ER*) adiuvatque, *C.* 24. sicut] nisi, *ER.* petrichus] *d.* petricus, *r.* 26. et sium] *codd. Brot.* esium, *C.* 28. ipso, *GV.* 29. ius] eius, *ER.* 30. aquisque quae] *d.* aquis quaeque, *GV.* aliquis quaeque (quae, *R*)*r.*

vitiis in facie noctu inlitum, lomentoque cutem emendat et ra-
mices lenit, equorum etiam scabiem.

(42.) Syllibum chamaeleonti albo similem, aeque spinosum, 85
ne in Cilicia quidem aut Syria aut Phoenice, ubi nascitur, co-
5 cere tanti est. ita operosa eius culina traditur. in medicina
nullum usum habet.

(43.) Scolymum quoque in cibos recepit oriens et alio 86
nomine limoniam appellavit. frutex est numquam cubitali al-
tior cristis foliorum ac radice nigra, sed dulci, Eratostheni quo-
10 que laudata in pauperi cena. urinam ciere praecipue traditur,
sanare lichenas et lepras ex aceto, venerem stimulare in vino
Hesiodo et Alcaeo testibus, qui florente ea cicadas acerrumi 87
cantus esse et mulieres libidinis avidissimas virosque in coitum
pigerrumos scripsere, velut providentia naturae hoc adiumento
15 tunc valentissimo. item graveolentiam alarum emendat radicis
emedullatae uncia, in vini Falerni heminis tribus decocta ad
tertias et a balineo ieiuno itemque post cibum cyathis singulis
pota. mirum est quod Xenocrates promittit experimento, vitium
id ex alis per urinam effluere.

20 (44.) Estur et soncos — ut quem Theseo apud Callima- 88
chum adponat Hecale — uterque, albus et niger. lactucae simi-
les ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, anguloso, intus cavo,
sed qui fractus copioso lacte manet, albus, cui e lacte nitor,
utilis orthopnoicis lactucarum modo ex embammate. Erasistra-
25 tus calculos per urinam pelli eo monstrat et oris graveolen-
tiam commanducato corrigi. sucus trium cyathorum mensura 89
in vino albo et oleo calefactus adiuvat partus ita ut a potu ambu-
lent gravidae. datur et in sorbitione. ipse caulis decoctus facit
lactis abundantiam nutricibus coloremque meliorem infantium,
30 utilissimus his quae lac sibi coire sentiant. instillatur auribus
sucus, calidusque in stranguria bibitur cyathi mensura et in
stomachi rosionibus cum semine cucumeris nucleisque pineis.

---

1. inlitum lomentoque] *Urlichs vind. 485.* inlitum (illitum, *R*) momentoque, *ER.* que, *r.* 3. sillybum, *R.* chamaeleoni, *R.* 7. recepit] *Sillig coni.* recipit, *C.* 8. appellant, *GV.* 9. cristis] *ego.* tristis, *G.* tristisque, *V.* cristis quam, *R.* tristis quam, *E.* 12. ea] *V.* ex ea, *r.* 15. item] *R.* idem, *E.* id est, *r.* graviolentiam, *C.* 17. a] *om. GV.* post] poscit, *ER.* 19. aliis] *EGR.* 21. Hecale] *Sabellicus.* haecaule, *E.* hecaule, *R.* hecalet, *G.* hae. calet, *V.* 23. cui] *Dal.* qui, *C.* nitro, *ER.* 24. embemmate] *d.* embamba, *E.* embambate, *r.* 24. 25. erasistratus] *d. om. r.* 25. cauculos, *C.* pelli] *cod. Murbacensis.* pellit, *C.* 26. commanducato] *cod. Tol.* commandusata, *GV.* commanducatam, *r.* 27. a potu] *Dal.* a potu, *G.* a partu, *V.* aput, *r.* 28. datur, *ER.* caulis decoctus] coctus, *GV.*

90 inlinitur et sedis collectionibus. bibitur contra serpentes scorpionesque, radix vero inlinitur. eadem decocta in oleo, punici mali calyce, aurium morbis praesidium est. haec omnia ex albo. Cleemporus nigro prohibet vesci ut morbos faciente, de albo consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri demonstrat sucum eius, refrigeratoriam tamen vim esse convenit nigro et hac causa inponendum cum polenta. Zenon radicem albi *in* stranguria suadet.

91 (45.) Condrion sive chondrile folia habet intubi, circumrosis similia, caulem minus pedalem, suco madentem amaro, radice fabae simili, aliquando numerosa. habet proxumam terrae masticen tuberculo fabae, quae adposita feminarum menses trahere dicitur. tusa cum radicibus tota dividitur in pastillos contra serpentes argumento probabili, siquidem mures agrestes laesi ab his hanc esse dicuntur. sucus ex vino coctae alvom sistit. eadem palpebrarum pilos inordinatissumos pro cummi efficacissime regit. Dorotheus stomacho et concoctionibus utilem carminibus suis pronuntiavit. alioqui feminis et oculis generationique virorum contrariam putavere.

92 (46.) Inter ea quae temere manduntur et boletos merito posuerim, opimi quidem hos cibi, sed inmenso exemplo in crimen adduct*os*, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem ab coniuge Agrippina dato, quo facto illa terris venenum alterum sibique ante omnis Neronem suum dedit. quorundam ex his fac*ile* noscuntur venena diluto rubore, rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum
93 labro. Non sunt haec in quibusdam, siccique et veri similes veluti guttas in vertice albas ex tunica sua gerunt. volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteum. nec tunicae minor gratia in cibo infantis boleti. rumpitur haec primo nascente, mox increscente in pediculi
94 corpus absumitur, rarum umquam geminis ex uno pede. origo prima causaque e limo et acescente suco madentis terrae aut radicis fere grandis, initioque spuma lentior, dein corpus mem-

---

6. sucum] *R.* sucu, *E.* suco, *r.* 7. radice, *V.* 8. in] *Sillig. om. C.* 9. condryle, *ER.* chrondile, *r.* 10. pedale, *GV.* 11. numerosam, *GV.* 12. messes, *V.* meses, *r.* 18. 19. generatioque, *ER.* 20. et] *om. ER.* 21. opimis, *GV.* hos] *R.* os, *E.* his, *r.* cibi sed] cibus et, *GV.* 22. adductus, *C.* 25. facere, *C.* 27. simile, *GV.* 29. prius] *om. ER.* 30. miror, *GV.* infantes, *ER.* 31. increscente] *om. ER.* peduculi, *R.* peduculo, *E.* 32. numquam, *E.* 33. e] *om. EG.* 34. radices, *GV.* grandis] grandi fere, *E.* *grandi ferae, R.*

branae simile, mox partus, ut diximus. illa pernicialia quae 93
probandi alea! si caligaris clavos ferrive aliqua robigo aut panni
marcor adfuit nascenti, omnem ilico sucum alienum saporemque
in venenum concoquit. deprehendisse qui nisi agrestes possunt?
5 atque quae colligunt ipsi alia vitia? equidem, si serpentis ca- 95
verna iuxta fuerit, si patescentem primo adhalaverit, capaci ve-
nenorum cognatione ad virus accipiendum. itaque caveri con-
veniat prius quam se condant serpentes. signa erunt tot herbae,
tot arbores fruticesque ab emersu earum ad latebram usque
10 vernantes et vel fraxini tantum folia nec postea nascentia nec
ante decidentia. et boletis quidem ortus occasusque omnis intra
dies septem est.

23. (47.) Fungorum lentior natura et numerosa genera, 96
sed origo non nisi ex pituita arborum. tutissimi qui rubent
15 callo minus diluto rubore quam boleti, mox candidi velut apice
flaminis insignibus pediculis, tertium genus suilli venenis accom-
modatissumi. familias nuper interemere et tota convivia, An-
naeum Serenum praefectum Neronis vigilum et tribunos cen-
turionesque. quae voluptas tanta *tam* ancipitis cibi? quidam 97
20 discrevere arborum generibus, fico, ferula et cummim ferenti-
bus, non item taxo, robore, cupresso, ut diximus. sed ista 16, 81
quis spondet in venalibus? omnium colos lividus. hic habebit
veneni argumentum quo similior fuerit arborum. piri ad-
versus haec diximus remedia dicemusque. interim sunt aliqua 98
25 et in his. Glaucias stomacho utilis putat boletos. siccantur 23, 115
pendentes suilli, iunco transfixi quales e Bithynia veniunt. hi
fluctionibus alvi quas rheumatismos vocant medentur excrescen-
tibusque in sede carnibus, minuunt enim eas et tempore ab-
sumunt, item lentiginem et mulierum in facie vitia. lavantur

---

1. pernicialia] *R.* permilti alia, *r.* 1. 2. quae probandi alea] *Gron.* quod (*om. R.*) probandi (provandi, *G*) alia (ali alias, *G*)*C.* 2. si caligari, *ER.* sic alligari, *G.* sic aliguri, *V.* ferrive] *codd. Gel.* ferri vel, *C.* 3. adfuerit, *RV*(?). 4. qui] quae, *GV.* 4. nisi — 5. quae colligunt] *Ianus.* nisi — qui colligunt, *GV.* ni dicunt, *E.* nigunt, *R.* *dist. Ianus.* 5. equidem] *ego.* ne quidem *C.* 6. patescentes, *ER.* 7. 8. conveniet, *V.* 8. signa erunt] signaverunt, *GV.* 9. emerso, *GV.* 11. infra, *GV.* 14. sed] et, *ER.* ex] *R.* et, *E.* e, *V. om. G.* tutissime, *ER.* 16. suillis, *EGR.* veneni, *GV.* 16. 17. accommodatissimis, *E*¹*R.* accomodatissumis, *E*². accommodatissimi, *r.* 17. intemere, *C.* convivio, *C.* 17. 18. annanum, *ER.* 18. neronis] venenis, *E*²*R.* venenum, *E*¹. 19. voluntas, *GV.* tam] *Ianus. om. C.* cibo, *ER.* 20. arbori, *GV.* ferulae, *C.* 21. taxo] taxo aut, *ER.* saxo, *r.* 22. haberit, *ER.* 23. piri] *ego.* fici, *GV.* ficis, *r.* 25. glaucitas, *GV.* glauciatas, *r.* 26. e] a, *ER.* 27. albi, *EG.* albis, *V.* reumatiston, *G.* reumatisthon, *E.* rheumatisthon, *r.*

etiam ut plumbum in oculorum medicamenta. sordidis ulceribus et capitis eruptionibus, canum morsibus ex aqua inlinun-
99 tur. Libet et coquendi dare aliquas communes in omni eo genere observationes, quando ipsae suis manibus deliciae praeparant hunc cibum solum et cogitatione ante pascuntur sucinis novaculis aut argenteo apparatu comitante. noxii erunt fungi qui in coquendo duriores fient, innocentiores qui nitro addito coquentur. utique percoquantur. tutiores fiunt cum carne cocti aut cum pediculo piri. prosunt et pira confestim sumpta. debellat eos et aceti natura contraria iis.

100 (48.) Imbribus proveniunt omnia haec, imbre et silphium
19, 41 venit primo, ut dictum est. ex Syria nunc hoc maxume inportatur, deterius Parthico, sed Medico melius, extincto omni
19, 39 Cyrenaico, ut diximus. Usus silphi in medicina: foliorum ad purgandas vulvas pellendosque emortuos partus. decocuntur in vino albo et odorato, ut bibatur mensura acetabuli a balineis. radix prodest arteriis exasperatis, collectionibus sanguinis inlinitur, sed in cibis concoquitur aegre. inflationes facit et ructus, urinae quoque noxia, suggillatis cum vino et oleo amicissuma et cum cera strumis. verrucae sedis crebriore eius suffitu cadunt.

101 (49.) Laser e silphio profluens quo diximus modo inter
19, 43 eximia naturae dona numeratum plurimis compositionibus inseritur, per se autem algores excalfacit, potum nervorum vitia extenuat. feminis datur in vino, et lanis mollibus admovetur vulvae ad menses ciendos. pedum clavos circumscariphatos ferro mixtum cerae extrahit. urinam ciet ciceris magnitudine
102 dilutum. Andreas spondet copiosius sumptum nec inflationes facere et concoctioni plurimum conferre senibus et feminis, item hieme quam aestate utilius, et tum aquam bibentibus. cavendum ne qua sit exulceratio intus. Ab aegritudine recreationi efficax in cibo, tempestive enim datum cauteri vim optinet,
103 adsuetis etiam utilius quam expertibus. Extera corporum indubitatas confessiones habent. venena telorum et serpentium

---

1. in oculorum] oculorum, *GV*. 6. argento, *GV*. apparatus, *E*. adparatus, *R*. nuxi, *V*. noxia, *R*. noxiae, *E*. 8. *dist. ego*. 9. pira] piri, *GV*. 10. ageti, *R*. agente, *E*. contra, *GV*. 11. *dist. Urlichs vind. 489*. 12. hoc] *om. ER*. 13. deterior, *ER*. 14. ad] de, *ER*. 18. inflationibus, *ER*. facit et] faciet, *ER*. 18. 19. ruptus *GV*. truncos, *r*. 19. noxiae, *ER*. 21. cadent, *E*. candent, *R*. 23. 24. inferitur, *R*. infertur, *E*. 27. urinem ciet ciceris — 28. dilutum] *V*. urinam ciceris — dilutum, *G*. ur. *r*. 28. andria, *E*. andrias, *r*. 30. *cum, GV*. 32. cauteri vim] cautherium, *G*. cauterium, *r*.

extinguit potum. ex aqua volneribus his circumlinitur, scorpionum tantum plagis ex oleo, ulceribus vero non maturescentibus cum farina hordeacia vel fico sicca, carbunculis cum ruta vel cum melle vel per se visco superlitum ut haereat, sic et
5 ad canis morsus, excrescentibus circa sedem cum germine punici mali ex aceto decoctum, clavis qui volgo morticini appellantur nitro mixto. alopecias nitro ante subactas replet cum 104
vino et croco aut pipere ac murium fimo et aceto. perniones ex vino fovet et ex oleo coctum inponitur, sic et callo, clavis
10 pedum superrasis, praecipuae utilitatis contra aquas malas, pestilentes tractus vel dies et in tussi, uva, fellis veteri suffusione, hydropisi, raucitatibus; confestim enim purgat fauces vocemque reddit. podagras in spongea dilutum posca lenit. pleuriticis 105
in sorbitione vinum poturis datur, contractionibus, opisthotoni-
15 cis ciceris magnitudine cera circumlitum. in angina gargarizatur. anhelatoribus et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur, aeque ex aceto his qui coagulum lactis sorbuerint. praecordiorum vitiis syntecticis, comitialibus cum vino, in aqua mulsa linguae paralysi. coxendicum et lumborum doloribus
20 cum decocto melle inlinitur. non censuerim, quod auctores 106
suadent, cavernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hominis qui se ea de causa praecipitavit ex alto. quippe tauros inflammat naribus inlitis, serpentes avidissimas vini admixtum rumpit. ideo nec inungui suaserim, cum Attico
25 licet melle praecipiant. Quas habeat utilitates admixtum aliis immensum est referre, et nos simplicia tractamus, quoniam in his naturam esse apparet, in illis coniecturam saepius fallacem, nulli satis custodita in mixturis concordia naturae ac repugnantia. qua de re mox plura. 117

30 24. (50.) Non esset mellis auctoritas in pretio minor quam 107
laseris, ni ubique nasceretur. illud ipsa fabricata sit natura, sed huic gignendo animal, ut diximus, innumeros ad usus, si 11, 11
quotiens misceatur aestimemus. prima propolis alvorum, de qua diximus, aculeos et omnia infixa corpori extrahit, tubera 11, 16
35 discutit, dura concoquit, dolores nervorum mulcet ulceraque

---

1. ex] et, *GV*. 4. sic et] sicut, *C*. 5. sedem] semen, *C*. 7. alopecias nitro] *om*. *ER*. 8. ac] aut, *ER*. 10. *dist. ego*. contra — 12. raucitatibus] *om*. *ER*. 11. et] *om*. *V*. veteris, *G*. 12. hydropicis, *GV*. 13. in] *om*. *ER*. posca] postea, *ER*. pleuritis, *GV*. 16. ex] et, *EG*. 17. aeque] *codd. Gel.* ad, *ER. om. r.* 18. vino] cibo, *GV*. 19. coxend[cum] *ego*. coxendicibus, *C*. et] *om*. *ER*. 22. ea de] *codd. Gel.* eadem, *C*. 23. naribus] d. naribus, *GV*. inaribus, *r*. 24. *dist. ego*. 33. alvorum] G. arborum, *r*.

108 iam desperantia cicatricem cludit. mellis quidem ipsius natura talis est ut putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quam salis natura, faucibus, tonsillis, anginae omnibusque oris desideriis utilissimum, arescentique in febribus linguae, iam vero peripneumonicis, pleuriticis decoctum, item volneribus, a serpente percussis et contra venena, fungos, paralyticis in mulso, quamquam suae mulso dotes constant. mel auribus instillatur cum rosaceo, lendes et foeda capitis animalia
109 necat. usus despumati semper aptior, stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, et oculis per se inutile aliqui arbitrantur, rursus quidam angulos exulceratos melle tangi suadent. Mellis causas atque differentias nationesque et indicatio-
11, 32 21, 74 nem in apium ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis dividi cogeret miscenda rursus naturam rerum pernoscere volentibus.

110 (51.) In mellis operibus aqua mulsa debet tractari. duo genera eius: subitae ac recentis, alterum inveteratae. repentina despumato melle praeclaram utilitatem habet in cibo aegrotantium levi, hoc est alicae elutae, viribus recreandis, ore stomachoque mulcendo, ardores refrigerando. frigidam enim dari utilius ventrem molliendo. invenio apud auctores hoc potu bibendum alsiosis, item animi humilis et praeparci, quos illi dixere mi-
111 cropsychos. et est ratio subtilitatis inmensae a Platone descendens, corpusculis rerum levibus scabris, angulosis rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus, ideo non eadem omnibus amara aut dulcia esse. sic et in lassitudine proniores esse ad iracundiam et in siti. ergo et haec animi asperitas, seu potius animae, dulciore suco mitigatur lenito transitu spiritus et molliore facto meatu, ne scindat euntem redeuntemque. experimenta in se cuique; nullius non ira, luctus, tristitia et omnis animi impetus cibo mollitur, ideoque observanda sunt quae non solum corporum medicinam sed et morum habent.

112 (52.) Aqua mulsa et tussientibus utilis traditur, calefacta

---

1. cicatricem] in cicatricem, *R.* 2. iucunda, *G.* iocunda, *V.* 4. omnibus, *G.* oris] *V.* horis, *G. om. r.* desiderii, *ER.* 5. decoctum] *E.* decoctūtū, *R.* decoctura, *r. dist. Ianus.* 6. 7. paralyticos, *C.* 9. inflat] *d.* inflant, *R.* infla, *r.* 12. 13. indicationem] *Barb.* iudicationem, *C.* 16. aqua] E^2. et aqua, *R.* et qua, *r.* 18. despumatum, *GV.* 20. ardore, *ER.* 21. *dist. ego.* 22. praeparet, *ER.* 23. et est] ut st, *GV.* 25. ad] aut, *V. om. G.* naturas, *G.* accipientibus, *GV.* 27. siti] stitit, *ER.* animis, *ERV.* 28. lenito] *cod. Tol.* lenit, *V.* leni, *G.* venit, *r.* 29. redeuntemque] *om. ER.* *30. luctusque, ER.* 33. calefaciat, *ER.*

invitat vomitiones, contra venenum psimithi salutaris addito oleo, item contra hyoscyami cum lacte maxime asinino, et contra halicacabi, ut diximus. infunditur et auribus et genitalium fi- 21, 182
stulis. vulvis inponitur cum pane molli, subitis tumoribus, lu-
5 xatis leniendisque omnibus. inveteratae usum damnavere posteri minus innocentem aqua minusque vino firmum. longa tamen vetustate transit in vinum, ut constat inter omnes, stomacho inutilissimum nervisque contrarium.

(53.) Semper mulsum ex vetere vino utilissimum, facilli- 113
10 meque cum melle concorporatur, quod in dulci numquam evenit. ex austero factum non inflat stomachum, neque ex decocto melle, minusque implet, quod fere evenit. adpetendi quoque revocat aviditatem cibi. alvum mollit frigido potu, pluribus calido sistit, corpora auget. multi senectam longam mulsi tan- 114
15 tum intrita toleravere, neque alio ullo cibo, celebri Pollionis Romili exemplo. centensimum annum excedentem eum divus Augustus hospes interrogavit, quanam maxime ratione vigorem illum animi corporisque custodisset. at ille respondit: intus mulso, foris oleo. Varro regium cognominatum arquatorum
20 morbum tradit, quoniam mulso curetur.

(54.) Melitites quo fieret modo ex musto et melle docui- 115
mus in ratione vini. saeculis iam fieri non arbitror hoc genus 14, 85
inflationibus obnoxium. solebat tamen inveteratum alvi causa dari in febre, item articulario morbo et nervorum infirmitate
25 laborantibus et mulieribus vini abstemis.

(55.) Mellis naturae adnexa cera est, de cuius origine, 116
bonitate, nationibus suis locis diximus. omnis autem mollit, 11, 18 21, 83
calfacit, explet corpora, recens melior. datur in sorbitione dysintericis, favique ipsi in pulte alicae prius tostae. adversatur
30 lactis naturae, ac mili magnitudine decem grana cerae hausta non patiuntur coagulari lact in stomacho. si inguen tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est.

---

1. psimithiis, *R.* primithis, *G.* psimithis, *r.* 2. hyoscyami] *Sillig.* hyoscyamum, *C.* 3. alicaccabi, *R.* aliacaccabi, *E.* hallicaccabi, *r.* 3. 4. fistulae, *GV.* 4. 5. luxa, *GV.* 5. liniendisque, *E.* lendisque, *GV.* inveteratae] *d.* invenerate ut, *G.* inventa /// ad, *V.* inventa et, *r.* 6. innocentem] *d.* innocente, *r.* aquam in usuque, *GV.* 10. concorporatur] *d.* corporat, *E.* concorporat, *r.* 12. appetendi, *codd. Barb.* adpetentum, *C.* 14. mulsis, *GV.* 16. romuli, V^2. 17. quanam] *codd. Gel.* unam, *C.* 19. marquatorum, *R.* ad quartorum, *GV.* 24. et] *om. GV.* infirmitati, *C.* 30. lactis] E^2. lacti, E^1R. latis, *r.* hausta] nusta, *R.* inusta, *E.* 31. inguen] *d.* ingen, GV^1. unguen, *E.* ungen, *r.* tumet, *ER.* tume//t, *V.*

117 (56.) Nec huius usus quos mixta aliis praestat enumerare
possit medicina, sicuti nec ceterorum quae cum aliis prosunt.
106 ista, ut diximus, ingeniis constant. non fecit ceratum, malag-
mata, emplastra, collyria, antidota parens illa ac divina rerum
artifex; officinarum haec, immo verius avaritiae commenta sunt. 5
naturae quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur, pau-
cis ex causa, non ex coniectura rebus adsumptis, ut suco aliquo
sicca temperentur ad meatus, aut corpore alio umentia ad nexus.
118 scripulatim quidem colligere ac miscere vires non coniecturae
humanae opus, sed inpudentiae est. nos nec Indicarum Ara- 10
bicarumque mercium aut externi orbis adtingimus medicinas.
non placent remediis tam longe nascentia, non nobis gignun-
tur, immo ne illis quidem, alioqui non venderent. odorum causa
unguentorumque et deliciarum, si placet, etiam superstitionis
gratia emantur, quoniam ture supplicamus et costo. salutem 15
quidem sine istis posse constare vel ob id probabimus ut tanto
magis sui delicias pudeat.

119 (57.) Sed medicinas e floribus coronamentisque et horten-
siis quaeque mandantur herbae persecuti quonam modo frugum
omittimus? nimirum et has indicare conveniat. 25. In primis 20
sapientissima animalium esse constat quae fruge vescantur. Si-
liginis grana combusta et trita in vino Amineo, oculis inlita
epiphoras sedant, tritici vero ferro combusta iis quae frigus us-
120 serit praesentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta
nervorum contractionibus, cum rosaceo vero et fico sicca myxis- 25
que decoctis furfures tonsillis faucibusque gargarizatione pro-
sunt. Sex. Pomponius praetorii viri pater, Hispaniae citerioris
princeps, cum horreis suis ventilandis praesideret, correptus
dolore podagrae mersit in triticum super genua sese, levatusque
siccatis pedibus mirabilem in modum hoc postea remedio usus 30
121 est. vis tanta est ut cados plenos siccet. Paleam quoque tri-
tici vel hordei calidam inponi ramicum incommodis experti iu-
bent, quaque decoctae sint aqua fovere. Est in farre vermi-
culus teredini similis, quo cavis dentium cera incluso cadere
18, 92 vitiati dicuntur, etiam si fricentur. Olyram arincam diximus 35

---

1. quod, *ER*. 3. ita, *GV*. constat, *GV*. 8. nixus, *R*. nixsus, *E*. 15. erimantur, *GV*. 16. contrare, *V*. contrarem, *G*. ut] et, *ER*. 17. suis, *C*. 19. mandantur] *cod. Chiff.* mandanter, *GV*. mandantur, *r*. 21. fruges, *ER*. 22. camineo, *E*¹*R*. 25. 26. missisque, *G*. misisque, *V*. mixtisque, *E*¹. mixti, *E*². 26. decoctique, *E*². 28. correptum, *ER*. 29. in] *om. GV*. 33. fovere] foveret, *R*. foverit, *E*. 34. cavis] *d*. causis, *r*. 35. fricentur] refrigerentur, *GV*. caricam, *E*. coricam, *R*.

vocari. hac decocta fit medicamentum quod Aegypti atheram vocant, infantibus utilissimum, sed et adultos inlinunt eo.

(58.) Farina ex hordeo et cruda et decocta collectiones 122
impetusque discutit, lenit, concoquit. decoquitur alias in mulsa
5 aqua aut fico sicca, *at* iocineris doloribus, cum pus concoqui
opus est, in vino, cum inter coquendum discutiendumque cura
est, tunc in aceto melius aut in faece aceti aut *in* cotoneis
pirisve decoctis, ad multipedae morsus cum melle, ad serpentium in aceto et contra suppurantia, ad extrahendas suppura-
10 tiones ex posca addita resina Gallica, ad concoctiones vero et 123
ulcera vetera cum resina, ad duritias cum fimo columbarum
aut fico sicca aut cinere, ad nervorum inflammationes aut intestinorum vel *late*rum dolores cum papavere aut meliloto, et
quotiens ab ossibus caro recedit, ad strumas cum pice et in-
15 pubis pueri urina cum oleo. cum Graeco feno contra praecordiorum tumores vel in febribus cum melle vel adipe vetusto.
Suppuratis triticea farina multo lenior. nervis cum hyoscyami 124
suco inlinitur, ex aceto et melle lentigini. zeae, ex qua alicam 18, 112
fieri diximus, efficacior etiam hordeacea videtur, trimenstris
20 mollior, ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida et sanguinem
excreantibus, item arteriae, tussi cum caprino sebo aut butyro.
ex feno Graeco mollissima omnium ulcera manantia sanat et 125
furfures corporis, stomachi dolores, pedes et mammas cum vino
et nitro cocta. aerina magis ceteris purgat ulcera vetera et
25 gangraenas, cum raphano et sale et aceto lichenas, lepras cum
sulpure vivo, et capitis dolores cum adipe anserino inposita
fronti. strumas et panos concoquit cum fimo columbino et
lini semine decocta in vino.

(59.) De polentae generibus in frugum loco satis diximus. 126
30 medicorum ratione a farina hordei distat eo quod torretur, ob 18, 72
id stomacho utilis. alvom sistit impetusque rubicundi tumoris,
et oculis inlinitur et capitis dolori cum menta aut alia refrigerante herba, item pernionibus et serpentium plagis, item ambustis ex vino, inhibetque pusulas.

35 (60.) Farina in pollinem subacta vim extrahendi umoris 127

---

1. haec, *GV*. ateram, *ER*. 2. eo] eos, *C*. 4. impetusque] que, *E*¹*R*. *om*. *E*². concoquitque, *GV*. 5. sicca, at] *ego*. siccat, *GV*. sicca ut, *E*. sicca, *R*. com, *GV*. pusca, *E*. 6. in] *G*. eum, *E*. cum, *r*. 7. tunc] tunc et, *GV*. 8. multipedae] multitudine, *ER*. 10. galla, *R*. gala, *E*. 13. laterum] *v. ex Dioscor. 2, 108*. aurium, *C*. 18. qua] aqua, *GV*. 24. haerina, *E*. herina, *GV*. 26. vino, *GR*. 30. *dist. Ianus*. medicorum] locorum, *ER*. 35. Farina — p. 316, 6. efficaciter] *om*. *GV*.

habet adeo ut cruore suffusis in fascias usque sanguinem perducat, efficacius in sapa. inponitur et pedum callo clavisque. nam cum oleo vetere ac pice decocto polline condylomata et alia omnia sedis vitia quam maxime calido mirabilem in modum curantur. pulte corpus augetur. farina qua chartae glutinantur sanguinem excreantibus datur tepida sorbenda efficaciter.

128 (61.) Alica res Romana est et non pridem excogitata, alioqui non tisanae potius laudes scripsissent Graeci. nondum arbitror Pompei Magni aetate in usu fuisse, et ideo vix quicquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. esse quidem eximie utilem neme dubitat, sive eluta detur ex aqua mulsa sive in sor-
129 bitiones decocta sive in pultem. eadem in alvo sistenda torretur,
116 dein favorum cera coquitur, ut supra diximus. peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subvenit ternis eius cyathis in sextarium aquae sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur, postea sextario lactis ovilli aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto melle. tali genere sorbitionis emendantur syntexis.

130 (62.) Milio sistitur alvos, discutiuntur tormina, in quem usum torretur ante. nervorum doloribus et aliis fervens in sacco inponitur, neque aliud utilius, quoniam levissimum mollissimumque est et caloris capacissimum. itaque talis usus eius est ad omnia quibus calor profuturus est. farina eius cum pice liquida serpentium et multipedae plagis inponitur.

131 (63.) Panicum Diocles medicus mel frugum appellavit. effectus habet quos milium. in vino potum prodest dysintericis. similiter his quae vaporanda sunt excalfactum inponitur. sistit alvum in lacte caprino decoctum et bis die haustum. sic prodest et ad tormina.

132 (64.) Sesima trita in vino sumpta inhibet vomitiones. aurium inflammationi inlinitur et ambustis. eadem efficit et dum in herba est. hoc amplius oculis inponitur decocta in vino. stomacho inutilis in cibis et animae gravitatem facit. stellionum
23, 95 morsibus resistit, item ulceribus quae cacoethe vocant, et auri-
133 bus oleum quod ex ea fit prodesse diximus. Sesamoides a similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. nascitur in glariosis. detrahit bilem in aqua potum. semen inlinitur igni

---

1. adeo] *ego*. ideo, *ER*. ut] *E*. et, *R*. sanem, *R*. 10. ea] eo, *E*. eos, *R*. 12. pulte, V^2. polte, GV^1. puhe, *E*. pube, *R*. 14. ad] aut, *GV*. 21. 22. mollissimumque] que, *GV*. 22. caloris] *G*. calores, *V*. doloris, *r*. 30. in vino sumpta] *d*. in ovo sumpta, *GV*. *om*. *r*. 33. in cibis] *R*. cibis, *r*. 36. folia minora (minara, E^1)*ER*. 37. gloriosis, *GV*.

sacro, discutit panos. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyrae nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant, cetera simile erigeronti herbae, de qua dicemus suo loco, grano sesamae. 25, 167
datur in vino dulci ad detractiones quantum tribus digitis capitur. miscent ibi et ellebori albi unum et dimidium obolum, purgationem eam adhibentes maxume insaniae melancholicae, comitialibus, podagris. et per se drachmae pondere exinanit.

(65.) Hordeum optumum quod candidissumum. sucus de- 134
cocti in aqua caelesti digeritur in pastillos, ut infundantur exulceratis interaneis et vulvis. cinis eius ambustis inlinitur et carnibus quae recedunt ab ossibus et eruptionibus pituitae, muris aranei morsibus. idem adsperso sale ac melle candorem dentibus, suavitatem oris facit. eos qui pane hordeacio utuntur 135
morbo pedum temptari negant. novem granis furunculum si quis circumducat, singulis ter manu sinistra, et omnia in ignem abiciat, confestim sanari aiunt. est et herba phoenicea appellata a Graecis, a nostris vero hordeum murinum. haec trita e vino pota praeclare ciet mepses.

(66.) Tisanae quae ex hordeo fit laudes uno volumine 136
condidit Hippocrates, quae nunc omnes in alicam transeunt. quanto innocentior alica! Hippocrates tamen sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in alvo non intumesceret, quoniam facile redderetur et adsuetis hic cibus solus in febri bis die posset dari, tantum remotus ab istis qui medicinam fame exercent. sorbitionem tamen dari totam vetuit aliudve quam sucum tisanae, item vetuit, quamdiu pedes frigidi essent, tunc quidem nec potionem dandam. Fit et ex tritico glutinosior arteriaeque exulceratae utilior.

(67.) Amylon hebetat oculos, et gulae inutile contra quam 137
creditur. item alvom sistit, epiphoras oculorum inhibet et ulcera sanat, item pusulas et fluctiones sanguinis. genas duras emollit. datur cum ovo his qui sanguinem reiecerint, in vesicae vero dolore semuncia amyli cum ovo et passi tribus ovis subfervefacta a balineo. quin et avenacea farina decocta in aceto naevos tollit.

---

6. insanae, *ER.* 7. exinanivit, *GV.* 10. vulvis] biblis, *GV.* 12. 13. dentibus] *om. ER.* 16. phynicea, *E.* phynice, *V.* phinice, *R.* 17. a graecis a] *E.* ad graecis, *V.* graecis, *R.* 21. quanto] *V.* contra quanto, *r.* 23. arcet, *C.* 24. febri bis] *d.* febribus, *r.* 30. amaelon, *E.* amoelon, *R.* hamoelon, *V.* 33. ovo his] *d.* opto his, *V.* opidiis, *R.* opidis, *E.* 35. avenaeta, *E.* avenetiaeta, R. avinae, *V.*

138 (68.) Panis hic ipse quo vivitur innumeras paene continet medicinas. ex aqua et oleo aut rosaceo mollit collectiones, ex aqua mulsa duritias valde mitigat. datur ex vino ad discutienda aut quae praestringi opus sit et, si magis etiamnum, ex aceto, adversus acutas pituitae fluctiones, quas Graeci rheumatismos vocant, item ad percussa, luxata. ad omnia autem fermentatus, qui vocatur autopyrus, utilior. inlinitur et paronychiis et callo pedum in aceto. vetus aut nauticus panis
139 tusus atque iterum coctus sistit alvom. vocis studiosis et contra destillationes siccum esse primo cibo utilissimum est. sitanius, hoc est ex trimestri, incussa in facie aut desquamata cum melle aptissime curat. candidus aegris aqua calida frigidave madefactus levissimum cibum praebet. oculorum tumori ex vino inponitur, sic et pusulis capitis aut adiecta arida myrto. tremulis panem ex aqua esse ieiunis statim a balineis demonstrant. quin et gravitatem odorum in cubiculis ustus emendat et vini in saccos additus.

140 (69.) Et faba auxiliatur. namque solida fricta fervensque in acre acetum coniecta torminibus medetur. in cibo fresa et cum alio cocta contra deplocatas tussis suppurationesque pectorum cotidiano cibo sumitur, et commanducata ieiuno ore et ad furunculos maturandos discutiendosve inponitur, et in
141 vino decocta ad testium tumores, ad genitalia. lomento quoque ex aceto decocto tumores maturat atque aperit, item livoribus, combustis medetur. voci eam prodesse auctor est M. Varro. Fabalium etiam siliquarumque cinis ad coxendicis, ad nervorum veteres dolores cum adipis suilli vetustate prodest. et per se corticis decocti ad tertias sistunt alvom.

142 (70.) Lens optuma quae facillime coquitur et ea quae maxume aquam absorbet. aciem quidem oculorum obtundit et stomachum inflat, sed alvom sistit in cibo magisque caelesti aqua discocta, eadem solvit minus percocta. pusulas ulcerum rumpit, ea quae intra os sunt purgat et adstringit. collectiones omnes inposita sedat maxumeque exulceratas et rimosas, oculorum autem epiphoras cum meliloto aut cotoneo. contra

---

1. qui, *ER.* 3. mitigat. datur] mitigandas, *C.* 4. discutienda] *cod. Chiff.* discutiendam, *C.* 5. ex] *d. om. r.* occultas, *EV.* 7. inlinuntur, *E.* illinuntur, *R.* 8. pedum in] *V.* dentum in, *E.* dentium, *R.* aut] *om. V.* uticus, *ER.* 9. atque] *V.* accedit, *r.* 10. utilissimus, *ER.* 11. ex] et, *C.* 14. aut] *om.* *V.* 17. saccas additos, *ER.* 18. et] *om. ER.* 19. hacre, *V.* acro, *r.* 22. maturandos] *V.* maturandos et, *r.* 23. ad testium] *V.* et testium, *r.* *24. decocta, V.* 35. melito, *ER.* milito, *V.*

suppurantia cum polenta inponitur. decoctae sucus ad oris 143
exulcerationes et genitalium adhibetur, ad sedem cum rosaceo
aut cotoneo, in iis quae acrius remedium exigant cum putamine
punici melle modico adiecto. ad id demum, ne celeriter ina-
5 rescat, adiciunt et betae folia. inponitur et strumis, panis vel
maturis vel maturescentibus ex aceto discocta, rimis ex aqua
mulsa et gangraenis cum punici tegmine, item podagris cum
polenta et vulvis et renibus, pernionibus, ulceribus difficile ci-
catricem trahentibus. propter dissolutionem stomachi XXX grana 144
10 lentis devorantur. in choleris quoque et dysinteria efficacior
est in tribus aquae cyathis cocta, in quo usu melius semper
eam torrere ante et tundere, ut quam tenuissima detur vel per
se vel cum cotoneo malo aut piris aut myrto aut intubo erra-
tico aut beta nigra aut plantagine. pulmoni est inutilis et ca-
15 pitis dolori nervosisque omnibus et felli, nec somno facilis, at
pusulis utilis ignique sacro et mammis in aqua marina decocta,
in aceto autem duritias et strumas discutit. stomachi quidem 145
causa polentae modo potionibus inspergitur. quae sunt ambusta
aqua semicocta curat, postea trita et per cribrum effuso furfure,
20 mox procedende curatione addito melle. ex posca coquitur ad
guttura. Est et palustris lens per se nascens in aqua non
profluenti, refrigeratoriae naturae, propter quod collectionibus
inlinitur et maxume podagris et per se et cum polenta. glutinat
et interanea procidentia.

25 (71.) Est silvestris elelisphacos dicta a Graecis, [aliis sphacos dicta,] 146
sativa lente levior et folio minore atque sicclore et
odoratiore. Est et alterum genus eius silvestrius, odore gravi,
haec mitior. folia habet cotonei mali effigie, sed minora et can-
dida, quae cum ramis decocuntur. menses ciet et urinas, et
30 pastinacae marinae ictus sanat. torporem autem obducit percusso
loco. bibitur cum absinthio et dysinteriae. cum vino eadem com- 147
morantis menses trahit, abundantis sistit decocto eius poto. per
se inposita herba volnerum sanguinem cohibet. purgat et ser-

---

4. modice, *R.* medicae, *E.* 4. 5. inarescant, *EV.* 5. 6. vel maturis — rimis] *om. ER.* 7. germine, *ER.* 10. choloris, *E.* cholcris, *R.* choris, *V.* 11. aquae cyathis] *ego.* aquis, *Cv.* 12. ante et] *d.* et ante, *V.* ante, *r.* tendere, *ER.* quam] *om. ER.* 14. pulmoni est] pulmonis, *EV.* pulmoni, *d.* 15. doloris, *EV.* somno] conno, *E.* at] *ego.* ad, *C.* 16. pusulas, *V.* 22. fluenti, *E.* 25. ethelisphacos, *E.* etelispacus, *V.* 25. 26. aliis — dicta] *uncis inclusi ego.* sphacos] faenacos, *E.* faces, *V.* 26. sativa, *E.* leviore, *C.* sicclore] *d.* siccior, *r.* 27. odoratior, *Vd.* odorationē, *E.* 29. meses, *C.* 30. marinae] *om. E.* 32. meses, *C.* 33. purgat] pugna, *E.*

pentium morsus et, si in vino decoquatur, pruritus testium sedat. nostri qui nunc sunt herbari elelisphacum Graece, salviam Latine vocant mentae similem, canam, odoratam. partus emortuos ea adposita extrahunt, item vermes ulcerum auriumque.
148 (72.) Cicer et silvestre est, foliis simile, odore gravi. si largius sumatur, alvus solvitur et inflatio contrahitur et tormina. tostum salubrius habetur. Cicercula etiamnum magis in alvo proficit. farina utriusque ulcera manantia capitis sanat, efficacius silvestris, item comitiales et iocinerum tumores et serpen-
149 tium ictus. ciet menses et urinas, grano maxume. emendat et lichenas et testium inflammationes, regium morbum, hydropicos. laedunt omnia haec genera exulceratam vesicam et renes. gangraenis utiliora cum melle et his quae cacoethe vocantur. verrucarum in omni genere prima luna singulis granis singulas tangunt, eaque grana in linteolo deligata post se abiciunt,
150 ita fugari vitium arbitrantes. nostri praecipiunt arietinum in aqua cum sale discoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinae. sic et calculos pellit morbumque regium. eiusdem foliis sarmentisque decoctis aqua quam maxume calida morbos pedum lenit, et ipsum calidum tritumque inlitum. columbini decocti aqua horrorem tertianae et quartanae minuere creditur. nigrum autem cum gallae dimidio tritum oculorum ulceribus ex passo medetur.
151 (73.) De ervo quaedam in mentione eius diximus, nec
18, 139 potentiam *ei* minorem veteres quam brassicae tribuere, contra serpentium ictus ex aceto, ad crocodilorum hominumque morsum. si quis ervum cotidie ieiunus edit, lienem eius absumi certissimi auctores adfirmant. farina eius varos, sed et maculas cutis toto corpore emendat. serpere volnera non patitur,
152 in mammis efficacissimum. carbunculos rumpit ex vino. urinae difficultates, inflationem, vitia iocineris, tenesmon et quae cibum non sentiant, atropha appellata, tostum et in nucis abellanae magnitudinem melle collectum devoratumque corrigit, item impetigines ex aceto coctum et quarto die solutum. panos
153 in melle inpositum suppurare prohibet. aqua decocti perniones

---

2. lelisphacum, *V.* lelispacum, *E.* 8. sanant, *E.* 10. emendant, *E.* 11. licenas, *E.* silicenas, *V.* 15. easque, *V.* eas quae, *E.* delicata posse obiciunt, *E.* 17. aqua] a, *V.* cum sale] *om. E.* discoquere] *om. V.* ex] ex aqua ex, *E.* 20. lenit] mollit, *E.* 22. dimidium, *C.* 23. medetur] miscetur, *V.* 25. ei] *om. C.* minorem] *d.* minores, *r.* brasicae, *C.* 28. farinam, *C.* varro, *R.* et] e, *V.* macula, *E.* 29. cutis] eius, *E.* 33. magnitudine, *V.* *magnitudinae*, *E.* melle] *om. E.* corrigit] colligit, *V.*

et pruritus sanat fovendo. quin et universo corpori, si quis cotidie ieiunus biberit, meliorem fieri colorem existumant. cibis idem hominis alienum. vomitiones movet, alvum turbat, capiti et stomacho onerosum. genua quoque degravat. sed made-
5 factum pluribus diebus mitescit, bubus iumentisque utilissimum. siliquae eius virides prius quam indurescant cum suo caule foliisque contritae capillos nigro colore inficiunt.

(74.) Lupini quoque silvestres sunt, omni modo minores 154
praeterquam amaritudine. ex omnibus quae eduntur sicco nulli
10 minus ponderis est nec plus utilitatis. mitescunt cinere aut aqua calidis. colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant, amari contra aspidas valent. ulcera atra aridi decorticatique triti supposito linteolo ad vivum corpus redigunt. strumas, parotidas in aceto cocti discutiunt. sucus decoctorum cum ruta 155
15 et pipere vel in febri datur ad ventris animalia pellenda minoribus XXX annorum, pueris vero etiam inpositi in ventrem ieiunis prosunt, et alio genere tosti et in defruto poti, vel ex melle sumpti. idem aviditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. farina eorum aceto subacta papulas pruritusque in balneis inlita
20 cohibet et per se siccat ulcera. livores emendat, inflammationes cum polenta sedat. Silvestrium efficacior vis contra coxendi- 156
cium et lumborum debilitatem. ex isdem decocta lentigines et cutem foventium corrigunt, si vero ad mellis crassitudinem decoquantur, vel sativi vitiligines nigras et lepras emendant. sativi
25 quoque rumpunt carbunculos inpositi, panos, strumas minuunt aut maturant, cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt, si vero caelesti aqua discoquantur, sucus ille zmegma fit quo fovere gangraenas, eruptiones pituitae, ulcera manantia expediat, ad lienem bibere, et cum melle haerentibus menstruis. 157
30 lieni crudi cum fico sicca triti ex aceto inponuntur. radix quoque in aqua decocta urinas pellit. medentur pecori cum chamaeleone herba decocti, aqua in potum colata. sanant et scabiem quadripedum omnium in amurca decocti vel utroque liquore postea mixto. fumus crematorum culices necat.

35 (75.) Irionem inter fruges sesamae similem esse diximus 158
et a Graecis erysimon vocari, Galli velam appellant. est autem 18, 96

---

2. existumat, *E.* existimat, *V.* 6. suo] succo, *V.* 7. contritum, *C.* 15. febri] febritu, *C.* 17. et in] vel in, *V.* 20. se] *om. E.* 24. emendat, *V. om. Ed.* 27. zmegam, *Vd.* zmegan, *E.* 28. ulcerum, *V.* 28. 29. *dist. Ianus.* expellat, *E.* 30. sicca triti] *d.* sicca trici, *E.* cicatrici, *V.* 32. decocta, *V.* collecta, *C.* 33. utroque] nitro quo, *d.* vitro, *V.* 34. potestea, E.

fruticosum, foliis erucae, angustioribus paulo, semine nasturti, utilissimum tussientibus cum melle et in thoracis purulentis excreationibus. datur et regio morbo et lumborum vitiis, pleuriticis, torminibus, coeliacis. inlinitur vero parotidum et carcinomatum malis, testium ardoribus ex aqua, alias cum melle, 5 infantibus quoque utilissimum, item sedis vitiis et articularis morbis cum melle et fico, contra venena etiam efficax potu. medetur et suspiriosis, item fistulis cum axungia vetere ita ne intus addatur.

159 (76.) *H*orminum semine, ut diximus, cumino simile est, 10
18, 96 cetero porro, dotrantali altitudine, duorum generum; alteri semen nigrius et oblongum — hoc ad venerem stimulandam et ad oculorum argema, albugines — alteri candidius semen et rotundius. utroque tuso extrahuntur aculei ex corpore per se inlito ex aqua, folia ex aceto inposita panos per se vel cum 15 melle discutiunt, item furunculos, priusquam capita faciant, omnesque acrimonias.

160 (77.) Quin et ipsae frugum pestes in aliquo sunt usu. infelix dictum est a Vergilio lolium, hoc tamen molitum, ex aceto coctum inpositumque sanat impetigines celerius quo saepius 20 mutatum est. medetur et podagrae aliisque doloribus cum oxymelite. ratio haec: aceti sextario uno diluantur mellis unciae duae. iustum est ita temperati sextariis tribus decoqui farinae loli sextarios *II* usque ad crassitudinem, calidumque inponi dolentibus membris. eadem farina extrahit ossa fracta. 25

161 (78.) Miliaria appellatur herba quae necat milium. haec trita et cornu cum vino infusa podagras iumentorum dicitur sanare.

(79.) Bromos semen est spicam ferentis herbae. nascitur inter vitia segetis avenae genere, folia et stipula triticum imi- 30 tantur. in cacuminibus dependentis parvolas velati locustas habet. semen utile ad cataplasmata *aeque* atque hordeum et similia. prodest tussientibus sucus.

162 (80.) Orobanchen appellavimus necantem ervum et legu-
18, 155 mina, alii cynomorion eam appellant a similitudine canini geni- 35

---

7. contra] con. *E.* etiam — 9. addatur] *om. E.* 10. orminum, *C.* 13. altera, *E.* 14. ex] *d.* et, *r.* 15. inlitum, *E.* illitum, *Vd.* 16. faciunt, *E.* 19. lollium, *E.* 21. 22. oxymeu, *E.* 22. aceti] a cetiris, *E.* 23. temperatis, *V.* decoqui] *Pint.* decoctae, *C.* 24. lolliis, *E.* 26. quae] *om. E.* 27. cum] cum in, *E*². podagris, *E.* 30. genere] *om. V.* 30. 31. imitatur, *E.* 32. semen] *om. Vd.* aeque atque] *Hart.* atque, *C.* 34. orobachen, *C.* 35. *cynamorion V.*

talis. cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens. estur et per se et in patinis, cum tenera est, decocta.

(81.) Et leguminibus innascuntur bestiolae venenatae quae 163
manus pungunt et periculum vitae adferunt, solipugarum generis.
5 adversus has omnia eadem medentur quae contra araneos et phalangia demonstrantur. et frugum quidem haec sunt in usu medico.

(82.) Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia 164
et cerea in Hispania, cervesia et plura genera in Gallia aliis-
10 que provinciis, quorum omnium spuma cutem feminarum in facie nutrit. nam quod ad potum ipsum attinet praestat ad vini transire mentionem atque a vite ordiri medicinas arborum.

---

1. sine] sine sanguine, *E.* pinguis] *om. E.* estur et] *d.* aestu et, *E.* est urens, *V.* 2. et] *cod. Tol. om. C.* tener, *V.* 3. nascuntur, *C.* 4. punguntur, *E.* 8. zytum, *E.* gytum, *Vd.* 9. cerea] caereae, *V.* 11. praestet, *V.* 12. a vite] avide, *V.* vite, *Ed.*

ERRATA.

P. 42, 37 *lege:* paritque *pro* raritque.
99 not. 33 *lege:* ++ eos, *G. pro* eos, *G.*
158, 6 *lege:* nec *pro* ne; *notam dele.*
159 not. 32 *lege:* tegulae *pro* tegulae]
160 not. 3 *lege:* praedicat] *pro* prnedicat]
163, 17 *lege:* noctu *pro* uoctu.
195 not. 3 *lege: D*². *pro De*².
270, 32. 33 *lege:* pleraque *pro* pleraeque; *notam dele.*

Berolini apud Weidmannos (I. Reimer).

Lipsiae typis J. B. Hirschfeld.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIA.

D. DETLEFSEN

RECENSUIT.

VOL. IIII.

LIBRI XXIII—XXXI.

BEROLINI

APUD WEIDMANNOS

MDCCCLXXI.

PRAEFATIO.

Codicum, qui hoc in volumine, quod continet Naturalis Historiae libros XXIII—XXXI, adhibendi sunt, ea condicio est, ut magis etiam atque in praecedente volumine

vetustioris ordinis manuscriptorum

subsidium nos deficiat. Vix enim duorum reliquiae praesto sunt, qui antiquioris exempli speciem prae se ferant. Quorum prior nominandus est

codex Nonantulanus (*N*), nunc Sessorianus, rescriptus saeculi fere V, quem repperit Leander de Corrieris, primus descripsit Bethmannus (*Monatsber. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1853 p. 684 sqq.*). Ego vero annis 1858 et 1859 magno cum labore et taedio longe maiorem 14 paginarum, quas continet, partem enucleavi, in quibus scripti sunt l. 23, 51—55. 82—87. 25, 11—14. 17—25. 30—34. 41—46. Ea autem codicis condicio est, ut non omnia, quae scripta erant, legere potuerim; caveas igitur, ne ex silentio quid statuas, ubi non adscripta est codicis nota.

Codicis Leidensis Vossiani fol. n. LXI altera manus (V^2) primam scripturam fere usque ad l. 30, 62 vix aequabili diligentia correxit.

Recentioris ordinis libri hi sunt:

Codex Parisinus latinus 6795 (*E*, Silligio *a*) saec. X vel XI (vid. vol. III praef. p. 4), qui continet l. 23, 1—37. 54—166. 24, 7—25, 117. 141—26, 64. 84—113. 124—28, 39. 51—73.

182—30, 107. 119—31, 49. 62—finem. Libros 23 24 25 Ianus, 26 27 Duebnerus Silligio contulerunt, reliquos ego. De lacunis eius codicis egi in *Philol. t. XXVIII, 298 sqq.* Praeterea autem extrema eius pars inde a l. 30 ita situ et squalore corrupta est, ut infimi cuiusque paginae versus legi nequeant. In auxilium igitur vocavi

codicem Vindobonensem CCXXXIV (*a*, Silligio *ω*) exaratum saec. XII de exemplari codici *E* affini (vid. vol. I praef. p. 7), cuius has partes contuli: l. 23, 27—30. 37—54. 166—24, 7. 25, 38—41. 117—141. 26, 64—84. 30, 107—119. 31, 49—62, item librorum 30 31 eos locos, quos in codice *E* legi non posse dixi.

Codicis Riccardiani manum alteram (*R*²) inde a l. 26 initio usque ad l. 31, 125 ex simillimo codice scripturam hausisse iam in *Rhein. Mus. N. F. t. XV, 281* exposui. Pertinent autem eius lectiones ad l. 26, 1—33. 58—132. 27, 19—113. 124—28, 39. 51—31, 125; ex eodem fonte suppleta est lacuna, quae erat l. 26, 33—58.

Ab his manuscriptis aliquantum differunt qui sequuntur tres codices, inter se quidem arctiore cognationis vinculo coniuncti, scilicet:

Codex Parisinus latinus 6796 (*G*, Silligio *c*), cuius folia extrema saec. fere XI scripta continent l. 30, 1—77, quem contuli ipse (cf. vol. II praef. p. 4. vol. III praef. p. 5).

Codex Riccardianus (*R*) scriptus circa a. 1100, qui praebet l. 25, 30—37. 42—26, 33. 58—132. 27, 19—31 finem (cf. vol. I praef. p. 7. vol. II praef. p. 4. vol. III praef. 4). Contulit Ianus. Praeterea autem et in hoc codice et in sequenti *V* libri 31 §§ 118—131 post aliquantum temporis spatium ab eodem librario ex codice archetypo iterum descriptae sunt, quo de errore ego in *Rhein. Mus. N. F. t. XV, 374 sqq.* Quae hac in parte reperitur scripturae varietas addita nota *R*ᵃ (Silligio *Ω*) distincta est.

Codex Leidensis Vossianus fol. n. LXI (*V*) exaratus saec. XI continet l. 23, 1—26. 31—25, 37. 42—31 finem (vid. vol. III

praef. p. 5). Pluygersii et du Rieu VV. DD. benevolentia mihi contigit, ut anno 1869 ipsum librum cum omni diligentia domi conferre potuerim. Iteratam l. 31, 118—131 scripturam nota V^a (Silligius ψ) significavi.

Iam vero cum codicem *V* manibus tractarem, suspicio mihi orta est, quam mox diligentius examinata *codicis Leidensis Lipsii n. VII* (*F*; cf. vol. I praef. p. 6. vol. II praef. p. 4. vol. III praef. p. 5) forma et lectione omni ex parte comprobavi, hunc librum ex codice *D*+*G*+*V* descriptum esse. Ipsum vero codicem *F* cum et in *Jahns Jahrb. 95, 70 sqq.* et in primis huius editionis voluminibus et nuperrime in *Philol. XXVIII, 288 sqq.* fratrem quasi germanum, non filium illius libri esse praedicaverim, iam ut retractem quae scripsi coactus sum. Quod paucis argumentis efficiam.

Codex igitur quondam integer, nunc in tres *D*+*G*+*V* divisus et quibusdam partibus omnino truncatus (de quo egi in *Rhein. Mus. N. F. XV, 273. XVIII, 327*), a codicis *F* librariis ita descriptus est, ut et voluminis compositio et paginarum species et litterarum forma magna similitudine redderentur. Codicis enim archetypi partes, voluminis compage soluta aut nondum ligata, compluribus simul librariis traditae sunt. Primi igitur tredecim quaterniones codicis *D*, qui nunc finiuntur folio 67 libro 9, 8 verbis *appellata ea similitu* ab uno librario ita transcripti sunt, ut undecim codicis *F* quaterniones et ternionem aequent. Liber enim primus N. H., qui continet indices, arctiore scribendi ratione redditus est. Verba autem illa leguntur in codicis *F* folii 86 r. columna prima media; quae superest folii pars scriptura vacat, continuatur sententia folio 87 verbis *dine quaternis.* Quae vero sequitur codicis *D* pars eodem tempore ab alio librario transcripta est. Quaternio enim codicis *D* quintus decimus, qui nunc deest, quarto decimo codicis *F* accuratissime respondet; codicis enim *D* quaternio sextus decimus incipit f. 76 l. 10, 113 verbis *et resupinae*, quibus item incipit codicis *F* quaternio quintus decimus f. 103. Eodem modo insequentis quaternionis finis in utroque codice eadem voce finitur. Quin

signum utrique adpictum est K littera, quae ex alphabeti quidem ratione neutri convenit, sequentesque quaterniones in utroque manuscripto insequentibus alphabeti litteris significati sunt. Iam quaternio M in codicis *D* f. 99, codicis *F* f. 126 eadem voce terminatur, item sequentes omnes usque ad quaternionem X, codicisque *G* quaternio proximus, qui finitur f. 53, cum codicis *F* quaternione Z accuratissime convenit. Eadem ratione iam codices *V* et *F* inter se congruunt. In *V* enim quaterniones non solum numeris XXX sequentibus significati sunt, sed praeterea litteris AA, BB, CC sqq., iisdemque litteris duplicatis codicis *F* quaterniones qui sequuntur distinguuntur. Quorum primi tres in utroque codice iisdem verbis terminantur, item quaternio FF, cui respondet codicis *F* ternio, cuius in fine librarius aliquot versus vacuos reliquit. Contra in quaternionis HH fine, qui item congruit in utroque libro, codicis *F* librarius ultimae columnae modum uno versu transgressus est. Tum utriusque quaterniones KK, MM, NN, PP iisdem verbis terminantur, huius ultima columna in *F* fere dimidia vacat scriptura. Eadem denique similitudo in reliqua codicum parte apparet. Quae omnia qui reputet, omnino mecum consentiendum esse confitebitur, codicem *F* non aliunde ortum esse posse nisi ex codice *D*+*G*+*V*.

Descriptus autem est brevissimo temporis intervallo postquam archetypus ipse exaratus est. Neque vero id inde tantum conicere licet, quod archetypi quaterniones nondum colligati fuisse videantur, cum describeretur codex *F*, neque ex litterarum formis argumenta repetemus, quae in codice *F* antiquiorum fere speciem prae se ferunt atque in *D*+*G*+*V*; sed ex ipsius scripturae indole argumenta certissima exhibebimus. Descriptus est enim codex *F* antequam archetypi corrector primariam eius scripturam emendaret. Quod et ex accurata utriusque codicis collatione apparet, quippe cum codicis *F* prima manus prorsus cum prima codicis *D*+*G*+*V* congruat, et aliquibus vitiis aut erroribus plane coarguitur, quae committere non potuerunt codicis *F* librarii, nisi ex ipsius codicis $D^1+G^1+V^1$ exemplo

accuratissime repetito. Cuius generis hoc unum argumentum luculentissimum adferam. Libri scilicet 21, 12 verba ita exarata sunt in codicis *V* columna 21 media:

te fertur pavore eius lusisse extremis *coronis*
et floribus veneno inlitis ipsa quae cap*iti imposi*
ta mox praecedente hilaritate invitavit anto

quorum verborum quae inclinatis litteris impressa sunt manus altera paulo recentior addidit. Eadem verba in codice *F* ita repetita sunt f. 219 r. col. 1 media:

re eius lusisse extremi et floribus
veneno inlitis ipsa quae cap ta.x[o] praece
dente hilaritate mutavit antonium ut coronas.

Unde apparet librarium lacunam archetypi nondum altera manu expletam accuratissime in suum librum retulisse. Quam recentior demum manus saec. fere XVII supplevit. Eadem vero utriusque codicis condicio permultis exemplis confirmatur.

Ubicumque igitur codicis archetypi primaria scriptura etiamnum servata est, codicis *F* usus est nullus. Contra in iis archetypi partibus, quae nunc sunt deperditae aut altera manu oblitteratae, in subsidium adhibendus est, quod in hoc quidem operis volumine admodum raro faciendum erat. Denique codicis *F* manus altera (F^2) magna ex parte supplementa sua et emendationes ex alio quodam archetypo hausit, qui non diversus fuisse videtur ab archetypo codicum $E^2R^2D^2G^2V^2$ (vid. vol. I praef. p. 5). His vero in libris, quos volumen IIII continet, vix ullum eius vestigium apparet.

Aliorum codicum, imprimis codicis *d* (vid. vol. I praef. p. 8. vol. II praef. p. 4. vol. III praef. p. 5), lectiones non adscripsi, nisi ubi reliquis praestare viderentur, quod quam paucis locis quove pacto accidat, lectores ipsi videant. Addam codicum tabulam notarumque indicem.

Tabula.

Codex	L. XXIII.	L. XXIIII.	L. XXV.	L. XXVI.	L. XXVII.	L. XXVIII.	L. XXVIIII.	L. XXX.	L. XXXI.
N (fragm.)	51-55. 82-87.	+	11-14. 17-25. 30-34. 41-46.	+	+	+	+	+	+
*V*² (corr.)	1-26. 31-	—	-37. 42-	—	—	—	—	-62.	+
E	1-37. 54-166.	7-	-117. 141-	-64. 84-	-113. 124-	-39. 51-73. 182-	—	-107. 119-	-49. 62-
*R*² (suppl.)	+	+	+	33-58.	+	+	+	+	+
*R*² (corr.)	+	+	+	1-33. 58-132.	19-113. 124-	-39. 51-	—	—	-125.
a	27-30. 37-54. 166-	-7	38-41. 117-141.	64-84.	+	+	+	..107-119....	..49-62...
G	+	+	+	+	+	+	+	1-77.	+
*R*¹	+	+	30-37. 42-	-33. 58-132.	19-	—	—	—	—
*R*ᵃ	+	+	+	+	+	+	+	+	118-131.
*V*¹	1-26. 31-	—	-37. 42-	—	—	—	—	—	—
*V*ᵃ	+	+	+	+	+	+	+	+	118-131.

Notae.

C = codices *EFGRVad* sive universi sive quot quoque loco servati sunt.
E = cod. Parisinus lat. 6795.
F = cod. Leidensis Lipsii n. VII.
G = cod. Parisinus lat. 6796.
N = cod. Nonantulanus sive Sessorianus.
R = cod. Riccardianus.
V = cod. Leidensis Vossianus fol. n. LXI.
a = cod. Vindobonensis CCXXXIV.
d = cod. Parisinus lat. 6797.
r = codices reliqui praeter eos qui quoque loco nominatim sunt adscripti.
v = lectio vulgata.
cod. vel *codd. det.* = codex vel codices deteriores.
cod. Murb. = codex Murbacensis.
cod. Tol. = codex Toletanus.
coni. = coniecit.
corr. = correctura.
dist. = distinxi, distinxit.
interp. = interpunxi, interpunxit.
lac. = lacuna.
ras. = rasura.
transp. = transposuit.
Barb. = Hermolaus Barbarus.
Brot. = Broterius.
Chiff. = Chiffletius.

Dal. = Dalecampus.
Gel. = Gelenus.
Gron. = S. F. Gronovius.
Hard. = Harduinus.
Pint. = Pintianus.
Salm. = Salmasius.

Scripsi Tychopoli Holsatorum mense Aug. MDCCCLXX.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBRI XXIII—XXXII.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXIII.

(Sect. 1.) Peracta cerealium in medendo quoque natura 1
est omniumque quae ciborum aut florum odorumve gratia pro-
veniunt supina tellure. non cessit his Pomona partesque me-
dicas et pendentibus dedit, non contenta protegere arborumque
5 umbra alere quae diximus, immo veluti indignata plus auxili
inesse his quae longius a caelo abessent quaeque postea coe-
pissent, primum enim homini cibum fuisse inde et sic inducto
caelum spectare pascique et nunc ex se posse sine frugibus.
(2.) ergo, Hercule, artes in primis dedit vitibus, non contenta 2
10 delicias etiam et odores atque unguenta omphacio et oenanthe
ac massari, quae suis locis diximus, nobiliter instruxisse. Plu- 12, 130 sqq.
rimum, inquit, homini voluptatis ex me est, ego
sucum vini, liquorem olei gigno, ego palmas et
poma totque varietates, neque ut Tellus omnia per
15 labores, aranda tauris, terenda areis, deinde saxis,
ut — quando quantove opere? — cibi fiant, at ex
me parata omnia, nec cura laboranda, sed sese
porrigentia ultro et, si pigeat attingere, etiam
cadentia. certavit ipsa secum plusque utilitatis causa genuit
20 etiam quam voluptatis.
(3.) Folia vitium et pampini capitis dolores inflammationes- 3
que corporum mitigant cum polenta, folia per se ardores stomachi
ex aqua frigida, cum farina vero hordei articularios morbos.

---

2. omniumque] omnium, *V*. 7. inductos, *E*. 12. hominis, *V*. voluptati, *E*. 14. ut tellus] *d*. tetubis, *E*. vitellus *V*. 15. aranda tauris] *E*. arant data curis, *V*. 17. cura laboranda] curvo aboranda, *E*.

pampini triti et inpositi tumorem omnem siccant, sucus eorum dysintericis infusus medetur. lacrima vitium, quae veluti gummis est, lepras et lichenas et psoras nitro ante praeparatas sanat. eadem cum oleo saepius pilis inlitis psilotri effectum habet, maximeque quam virides accensae vites exudant, qua et verrucae
4 tolluntur. pampini sanguinem excreantibus et mulierum a conceptu defectioni diluti potu prosunt. cortex vitium et folia arida vulnerum sanguinem sistunt ipsumque vulnus conglutinant. vitis albae viridis tusae suco inpetiginis tolluntur. cinis sarmentorum vitium et vinaceorum condylomatis et sedis vitiis medetur ex aceto, item luxatis et ambustis et lienis tumori cum rosaceo et ruta et aceto. item igni sacro ex vino citra oleum aspergitur et
5 intertrigini, et pilos absumit. dant et bibendum cinerem sarmentorum ad lienis remedia aceto consparsum, ita ut bini cyathi in tepida aqua bibantur utque qui biberit in lienem iaceat. claviculae ipsae quibus repunt vites tritae ex aqua potae sistunt vomitionum
6 consuetudinem. cinis vitium cum axungia vetere contra tumores proficit, fistulas purgat, mox et persanat, nervorum dolores frigore ortos contractionesque, contusas vero partes vel cum oleo, carnes excrescentes in ossibus cum aceto et nitro, scorpionum et canum plagas cum oleo. corticis per se cinis conbustis pilos reddit.

7 (4.) Omphacium qua fieret ratione incipientis uvae pubertate
12,130 in unguentorum loco docuimus. nunc ad medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea quae in umore sint ulcera, ut oris, tonsillarum, genitalium. oculorum claritati plurimum confert, scabritiae genarum ulceribusque angulorum, nubeculis, ulceribus quacumque in parte manantibus, cicatricibus marcidis, ossibus purulente limosis. mitigatur vehementia eius melle aut passo. prodest et dysintericis, sanguinem excreantibus, anginis.

8 (5.) Omphacio cohaeret oenanthe quam vites silvestres fe-
12,132 runt, dicta nobis in unguenti ratione. laudatissima in Syria, maxime circa Antiochiae et Laodiciae montes et ex alba vite. refrigerat, astringit, vulneribus inspergitur, stomacho inlinitur, utilis urinae, iocineris, capitis doloribus, dysintericis, coeliacis, cholericis, contra fastidia obolo ex aceto pota. siccat manantis capitis eruptiones, efficacissima ad vitia quae sint in umidis —

---

1. trita, *V*. 10. vina eorum, *V*. condilimati, *V*. 13. intertrigines, *E*. 14. consparsum] compressum, *E*. vini, *V*. 15. liene, *V*. 18. et] ei, *V*. 19. vel] *om*. *E*. 24. de eo] deo, *V*. 28. quamcumque, *V*. quamcunque, *E*. 29. ussibus, *V*. fatigatur, *E*. 31. serunt, *V*. 35. iocineri, *E*. dolori, *V*.

ideo et oris ulceribus — et verendis ac sede cum melle et croco.
alvum sistit, genarum scab*ri*tiem emendat oculorumque lacrima- 9
tiones, ex vino stomachi dissolutionem, ex aqua frigida pota
sanguinis excreationes. cinis eius ad collyria et ad ulcera pur-
5 ganda et paronychia et pterygia probatur. uritur in furno donec
panis percoquatur. Massaris odoribus tantum gignitur, omniaque
ea aviditas humani ingeni nobilitavit rapere festinando.

Cap. 1. (6.) Maturescentium autem uvae vehementiores ni- 10
grae, ideo vinum ex his minus iucundum, suaviores albae, quo-
10 niam e tralucido facilius accipitur aer. recentes stomachum et
spiritus inflatione alvum turbant, itaque in febri damnantur uti-
que largiores. gravedinem enim capiti morbumque lethargum
faciunt. innocentiores quae decerptae diu pependere, qua venti-
latione etiam utiles fiunt stomacho aegrisque, nam et refrigerant
15 leviter et fastidium auferunt.

(7.) Quae in vino aut in dulci conditae fuere caput tem- 11
ptant. proximae a pensilibus in palea servatae, nam et vinaceis
servatae et caput et vesicam et stomachum infestant, sistunt
tamen alvum, sanguinem excreantibus utilissimae. quae vero in
20 musto fuere peiorem vim etiamnum habent quam quae in vinaceis.
sapa quoque inutiles stomacho facit. saluberrimas putant medici 12
in caelesti aqua servatas, etiamsi minime iucundas, sed voluptatem
earum in stomachi ardore sentiri et in amaritudine iecoris fellis-
que vomitioni*bus* et in choleris, hydropicis cum ardore febrium
25 aegrotantibus. at in ollis servatae et os et stomachum et aviditatem
excitant, paulo tamen graviores existimantur fieri vina-
ceorum halitu. Uvae florem in cibis si edere gallinacei, uvas non
attingunt.

(8.) Sarmenta earum in quibus acini fuere adstringendi vim 13
30 habent, efficaciora ex ollis.

(9.) Nuclei acinorum eandem vim optinent. hi sunt qui in
vino capiti dolorem faciant. tosti tritique stomacho utiles sunt.
inspergitur farina eorum polentae modo potioni et dysintericis et
coeliacis et dissoluto stomacho. decocto etiam eorum fovere
35 psoras et pruritum utile est.

---

1. sedi, *E.* 2. scrabritiem] scabiem, *C.* 3. potae, *V.* 10. e tralucido] V^1. et tralucido V^2. et lucido, *E.* 11. spiritus] *Brot.* spiritum, *C.* 16. Quae] Quae autem, *E.* aut in] aut, *E.* condita, *V.* 17. paleas, *V.* nam et] nam e, *E.* 21. saluberrimum, *V.* 23. ardore] *d.* ardores, *r.* sentiri et] sentient, *E.* iecoris] *E.* coris, *V.* 24. vomitionibus] *Ianus.* vomitionis, *C.* hydropi, *V.* febri, *V.* 25. os] in os, *V.* 29. acinis, *V.* adstringendi vim] *E.* adstringendum, *V.* 32. capitis, *E.* 33. potionis, *V.*

14 (10.) Vinacei per se minus capiti aut vesicae nocent quam nuclei, mammarum inflammationi utiles cum sale triti. decoctum eorum veteres dysintericos et coeliacos iuvat et potione et fotu.

14,117 (11.) Uva theriace, de qua suo loco diximus, contra serpentium ictus estur. pampinos quoque eius edendos censent inponendosque, et vinum et acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim habet.

15 (12.) Uva passa quam astaphida vocant stomachum, ventrem et interanea temptaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. his exemptis vesicae utilis habetur et tussi alba utilior, utilis et arteriae et renibus, sicut ex his passum privatim e ser-
16 pentibus contra haemorrhoida potens. testium inflammationi cum farina cumini aut coriandri inponuntur, item carbunculis, articularis morbis sine nucleis tritae cum ruta. fovere ante vino ulcera oportet. sanant epinyctidas et ceria et dysinteriam cum suis nucleis. et in oleo coctae gangraenis inlinuntur cum cortice raphani et melle, podagris et unguium mobilibus cum panace, et per se ad purgandum os caputque cum pipere conmanducantur.

17 (13.) Astaphis agria sive staphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falso, suum enim genus habet, cauliculis nigris, erectis, foliis labruscae, fert folliculos verius quam acinos, viridis, similis ciceri, in his nucleum triangulum. maturescit cum vindemia nigrescitque, cum taminiae rubentes norimus acinos sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis. his nucleis ad purgationem uti non censuerim propter ancipitem strangulatio-
18 nem, neque ad pituitam oris siccandam, quia fauces laedunt. phthiriasi caput et relicum corpus triti liberant, facilius admixta sandaraca, item pruritu et psoris. ad dentium dolores decocuntur in aceto, ad aurium vitia, rheumatismos cicatricum, ulcerum manantia. flos tritus in vino contra serpentes bibitur, semen enim abdicaverim propter nimiam vim ardoris. quidam eam pituitariam vocant. plagis serpentium utique inlinunt.

19 (14.) Labrusca quoque oenanthen fert satis dictam quae a Graecis ampelos agria appellata, spissis et candicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice, fert uvas rubentes cocci modo, quae cutem in facie mulierum purgant et varos, coxendicum et lumborum vitiis tusae cum foliis et suco prosunt. radix decocta in

---

3. earum, *V*. 6. et vinum] *E. om. V*. 9. temptarent, *V*. 14. sine] *E*. si, *V*. 15. ceria] *Pint*. teria, *E*. theria, *V*. 19. staphis] *E*. statis, *V*. 20. rectis, *E*. 22. maturescitque, *E*. cum] *E. om. V*. 24. illam] nullam, *E*. 26. quia] *Ianus*. quae, *C*. 35. uvas] *E*. quas, *V*. 36. varos] *E*. varios, *V*.

aqua pota in vini Coi cyathis duobus umorem alvi ciet, ideo hydropicis datur. hanc potius crediderim esse quam vulgus uvam taminiam vocat. utuntur ea pro amuleto et ad expuitionem 20 sanguinis quoque adhibent, non ultra gargarizationes et, ne quid 5 devoretur, addito sale, thymo, aceto mulso. ideo et purgationibus ancipitem putant.

(15.) Est huic similis, sed in salictis nascens. ideo distinguitur nomine, cum eosdem usus habeat, et salicastrum vocatur. scabiem et pruriginem hominum quadripedumque aceto 10 mulso trita haec efficacius tollit.

(16.) Vitis alba est quam Graeci ampelon leucen, alii sta- 21 *phy*len, alii melothron, alii psilotrum, alii archezostim, alii cedros*t*in, alii madon appellant. huius sarmenta longis et exilibus internodis geniculata scandunt. folia pampinosa ad magnitudinem 15 hederae dividuntur ut vitium. radix alba, grandis, raphano similis initio. ex ea caules asparagi similitudine exeunt. hi decocti in cibo alvum et urinam cient. folia et caules exulcerant corpus, 22 utique ulcerum phagedaenis et gangraenis tibiarumque taedio cum sale inlinuntur. semen in uva raris acinis dependet, suco 20 rubente, postea crocino. novere id qui coria perficiunt, illo enim utuntur. psoris et lepris inlinitur, lactis abundantiam facit coctum cum tritico potumque. radix numerosis utilitatibus nobilis contra 23 serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. vitia cutis in facie varosque et lentigines et suggillata emendat et cicatrices, eademque 25 praestat in oleo decocta. datur et comitialibus potus, item mente conmotis aut vertigine laborantibus, drachmae pondere cotidie anno toto. et ipsa autem largior aliquando sensus *turb*at. illa 24 vis praeclara quod ossa infracta extrahit in aqua inposita ut bryonia, quare quidam hanc albam bryoniam vocant, aliam vero nigram. 30 efficacior in eodem usu cum melle et ture. suppurationes incipientes discutit, veteres maturat et purgat. ciet menses et urinam. ecligma ex ea fit suspiriosis et contra lateris dolores, 25 vulsis, ruptis. splenem ternis obolis pota XXX diebus consumit.

---

1. coi] *E. om. V.* ciet] *E.* ciet et, *V*, 3. expuitionem] *codd. Gel.* expiationem, *C.* 5. cymo, *V.* idem, *V.* 11. alii stafilen, *V.* a fistafilen, *E.* 12. cedrostim, *Barb.* cedrosin, *C.* 16. ea] *d.* eo, *r.* 17. cient] gignit, *E.* 18. taedio] taedioque, *E.* tediumque, *V.* 20. croci, *E.* 23. in facie] *om. V.* 24. varisque, V^1. variisque V^2. 25. et] in, *E.* 26. aut] et, *E.* 27. turbat] *Cornarius.* purgat, *C.* 28. fracta, *E.* ut] *codd. Barb.* aut, *V. om. E.* 29. alia, *E.* nigra, *E.* 32. eligma, *V.* fiet, *E.* et] *om. V.* 33. corruptis, *V.*

inlinitur eadem cum fico et pterygis digitorum. ex vino secundas feminarum adposita trahit, et pituitam drachma pota in aqua
26 mulsa sucus radicis — colligi debet ante seminis maturitatem — qui inlinitus per se et cum ervo laetiore quodam colore et cutis teneritate mangonicat corpora. serpentes fugat. tunditur ipsa radix cum fico pingui erugatque corpus, si statim bina stadia ambulentur, alias uret, nisi frigida statim abluatur. iucundius hoc idem praestat nigra vitis, quoniam alba pruritum adfert.

27 (17.) Est ergo et nigra, quam proprie bryoniam vocant, alii Chironiam, alii gynaecanthen aut aproniam, similem priori, praeterquam colore, huius enim nigrum esse diximus. asparagos eius
24 Diocles praetulit veris asparagis in cibo urinae ciendae lienique
28 minuendo. in frutectis et harundinetis maxume nascitur. radix foris nigra, intus buxeo colore, ossa infracta vel efficacius extrahit
24 quam supra dicta, cetera eadem. peculiare quod iumentorum cervicibus unice medetur. aiunt, si quis villam ea cinxerit, fugere accipitres tutasque fieri altiles. eadem in iumento homineque flemina aut sanguinem qui se ad talos deiecerit circumligata sanat. Et hactenus de vitium generibus.

29 (18.) Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida aut nigra aut inter utrumque, alia ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum. cura differentias innumerabilis facit, in plenum ergo haec dixisse conveniat: Mustum omne stomacho inutile, venis iucundum. a balneis raptim et sine interspiratione potum necat. cantharidum naturae adversatur, item serpentibus,
30 maxime haemorrhoidi et salamandrae. capitis dolores facit, et gutturi inutile, prodest renibus, iocineri et interaneis, vesicae, conlevat enim ea. privatim contra buprestim valet, contra meconium, lactis coagulationem, cicutam, toxica, dorycnium, ex oleo potum redditumque vomitionibus. ad omnia infirmius album, iucundius passi mustum, et quod minorem capitis dolorem adferat.

31 (19.) Vini genera differentiasque perquam multas exposui-
14, 59 mus et fere cuiusque proprietates. neque est ulla pars difficilior
sqq.

---

4. illitus, *E.* inlinitos, *V.* 5. mangonigat, *V.* corpore, *E. om. V.* serpentes fugat] *E. om. V.* 7. uret] *Urlichs. vind. 495.* uret et, *E.* viciet, *V.* statim] *om. E.* 8. vitio, *V.* 11. colorem, *C.* asparagos] *codd. Gel.* asparago, *C.* 14. buxeo] *om. E.* colore] *om. a.* 15. *dist. ego.* ceterum, *E.* 16. ea cinxerit] extinxerit, *a.* extinxerint, *E.* 17. fieri altiles] *ego.* fieri aves villarum. aliter, *a.* aves fieri villarum aliter, *E.* 18. flemine aut sanguine, *a.* disiecerit, *a.* 21. alia ex] *ego.* alia ex alia ex, *C.* quibus unum fiat alia ex, *a. om. E.* 24. sine] simul, *C.* 28. eas, *C.* 29. toxica] *om. a.*

tractatu aut numerosior, quippe cum sit arduum dictu pluribus prosit an noceat. praeterea quam ancipiti eventu potum statim auxilium fit aut venenum! etenim de natura ad remedia tantum pertinente nunc loquimur. Unum de dando eo volumen Asclepiades condidit 32
5 ab eo cognominatus, qui vero postea de volumine illo disseruere innumera. nos ista Romana gravitate artiumque liberalium adpetentia non ut medici sed ut indices salutis humanae diligenter distinguemus. de generibus singulis disserere immensum et inexplicabile est discordibus medicorum sententiis.

10 (20.) Surrentinum veteres maxime probavere, sequens aetas 33
Albanum aut Falernum et deinde alia alii iniquissimo genere decreti quod cuique gratissimum ceteris omnibus pronuntiando, quot ut constarent sententiae? quota portio tamen mortalium his generibus posset uti? iam vero nec proceres unquam sinceris. eo
15 venere mores ut nomina modo cellarum veneant, statim in lacibus vindemiae adulterentur. ergo, Hercules, mirum dictu, innocen- 34
tius iam est quodcumque et ignobilius. hae tamen fere constantissimae videntur sententiae quarum mentionem fecimus. si quis hoc quoque discrimen exigit, Falernum nec in novitate nec in
20 nimia vetustate corpori salubre est. media eius aetas a XV annis incipit. in frigido potu stomacho utile, non item in calida. diu- 35
tinae tussi sorbetur merum utiliter a ieiunis, item in quartanis. nullo aeque venae excitantur. alvum sistit, corpus alit. creditum est obscuritatem visus facere, nec prodesse nervis aut vesicae.
25 Albana nervis utiliora, stomacho minus quae sunt dulcia, austera vel Falerno utiliora. concoctionem minus adiuvant, stomachum modice inplent, at Surrentina nullo modo, nec caput temptant, stomachi et intestinorum rheumatismos cohibent. Caecuba iam non gignuntur.

30 (21.) Et quae supersunt Setina concoqui cibos cogunt. vi- 36
rium plus Surrentino, austeritatis Albano, vehementiae minus Falerno habent. ab his Statana non longo intervallo afuerint. alvo citae Signinum maxime conducere indubitatum est.

---

1. arduum] *Hard.* tardum, *C.* 2. potu, *E.* 7. medicis, *V.* indices, *C.* 8. distinguimus, *E.* 12. quot] *ego.* quod, *C.* 13. *dist. ego.* 14. ne, *V.* nusquam, *V.* 15. venire, *V.* veniant, *V.* 17. haec, *E.* fere] *ego.* fecere, *V.* facere, *E.* constantissimae] *ego.* constantissime, *C.* 18. sententiae] victoriae, *E.* quarum] *Gron.* quorum, *E.* quoniam, *V.* 19. discrimus, V^1. discriminiosius, V^2. exegit, *E.* alternum, *E.* 20. minia, *V.* 21. in frigido] *Sillig.* ni (ne, *E*) rigido, *C.* potus, *V.* 22. iussit orbe verberum *V.* 23. aliter, *V.* 24. nec] *E.* nec non, *V.* aut — 25. nervis] *om. V.* 33. signium, *V.* signum, *E.*

37 (22.) Reliqua in commune dicentur. Vino aluntur viris, sanguis colosque hominum. hoc distat orbis medius et mitior plaga a circumiectis. quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic sucus. lactis potus ossa alit, frugum nervos, aqua carnes. ideo minus ruboris est in corporibus illis et minus robo- 5
38 ris contraque labores patientiae. vino modico nervi iuvantur, copiosiore laeduntur, sic et óculi. stomachus recreatur et adpetentia ciborum invitatur, tristitia, cura hebetatur, urina et algor expellitur, somnus conciliatur. praeterea vomitiones sistit, collectiones extra lanis umidis inpositis mitigat. Asclepiades utilitatem 10 vini aequari vix deorum potentia posse pronuntiavit. vetus copiosiore aqua miscetur; quo magis urinam expellit, minus siti resistit. dulce minus inebriat, sed stomacho innatat, austerum
39 facilius concoquitur. levissimum est quod celerrime inveteratur. minus infestat nervos quod vetustate dulcescit. stomacho minus 15 utile est pingue merum, sed corpora magis alit. tenue et austerum minus alit, magis stomachum nutrit. celerius per urinam transit, tanto magis capita temptat. hoc et in omni alio suco semel
40 dictum sit. vinum fumo inveteratum saluberrimum. mangones istut in apothecis excogitavere, iam et patresfamilias aetatem addi 20 *altis* quae per se cariem traxere. quo certe vocabulo satis consilii dedere prisci, quoniam et in materiis cariem fumus erodit, at nos e diverso fumi amaritudine vetustate indui persuasum habemus. Quae sunt admodum exalbida, haec vetustate insalubria fiunt. quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit et in 25 amaritudinem corpori minime utilem coit. condire eo aliud minus annosum insalubre est. sua cuique vino saliva innocentissima est, sua cuique aetas gratissima, hoc est media.

41 (23.) Corpus augere volentibus aut mollire alvum conducit inter cibos bibere, contra minuentibus alvumque cohibentibus 30 sitire in edendo, postea parum bibere. vinum ieiunos bibere novicio invento inutilissimum est curis vigoremque animi ad procinctum tendentibus, somno vero ac securitatibus iamdudum hoc

---

2. colorque, *a.* dolosque, *r.* 3. circumtectis, *C.* 4. lactis] *a.* lacteus V^2. tactus, *r.* 8. invitantur, *C.* 10. extra] extrahit, *a.* 12. quo magis] *a.* magis ovo (novo, V^2)*r.* 13. austerum] *a.* veterum, *r.* 14. a celerrimo, *V.* 16. merum] *a.* nigrum, *r.* 19. vinum] vinum sit vinum, *C.* insaluberrimum, *V.* 20. istut] *ego.* istat, *C.* 21. aliis quae] *ego.* atque, *C.* his quae, *cod. Tol.* quo] quod, *C.* 22. erodii ad, *V.* 25. est] *a.* cum, *r.* et] *a.* est, *r.* 26. mutile, V^1. inutile, V^2. 27. quoque, *a.* vino — 28. cuique] *a. om. r.* 32. curis] cum suis, *a.*

fuit quod Homerica illa Helena ante cibum ministravit. sic quo-
que in proverbium cessit sapientiam vino obumbrari. Vino demus 42
homines quod soli animalium non sitientes bibimus. aquae potum
interponere utilissimum, itemque iugi superbibere. ebrietatem qui-
5 dem frigidae potus extemplo discutit. meracis potionibus per XX 43
dies ante canis ortum totidemque postea suadet Hesiodus uti.
merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita,
viscum, meconium, argentum vivum, apes, vespas, crabrones,
phalangia, serpentium scorpionumque ictus contraque omnia quae
10 refrigerando nocent, privatim contra haemorrhoidas, presteras,
fungos, item contra inflationes rosionesque praecordiorum et
quorum stomachus in vomitiones effunditur, et si venter aut inter-
anea rheumatismum sentiant, dysintericis, sudatoribus e longa
tussi, in epiphoris meracum. cardiacis in mamma laeva merum 44
15 in spongea inponi prodest, ad omnia autem maxime album in-
veterascens. utiliter et fovetur vino calido virilitas, iumentis in-
fusum cornu lassitudinem aufert. simias quadripedesque quibus
digiti sunt negant crescere adsuetas meri potu.

(24.) Nunc circa aegritudines sermo de vinis erit. Saluber- 45
20 rimum liberaliter genitis Campaniae quodcumque tenuissimum,
vulgo vero quod quemque maxime iuverit validum. utilissimum
omnibus sacco viribus fractis. meminerimus sucum esse qui fer-
vendo vires e musto sibi fecerit. misceri plura genera omnibus
inutile. saluberrimum cui nihil in musta additum est, meliusque,
25 si nec vasis pix adfuit. marmore enim et gypso aut calce condita
quis non et validus expaverit? in primis igitur vinum marina 46
aqua factum inutile est stomacho, nervis, vesicae. resina condita
frigidis stomachis utilia existimantur, non expedire vomitionibus,
sicut neque mustum neque sapa neque passum. novicium resi-
30 natum nulli conducit, capitis dolorem et vertigines facit. ab
hoc dicta crapula est. tussientibus et in rheumatismo nominata
prosunt, item coeliacis et dysintericis, mulierum mensibus. in
hoc genere rubrum nigrumve magis constringit magisque cale-
facit. innocentius pice sola conditum. set et picem meminisse
35 debemus non aliud esse quam conbustae resinae fluxum. Hoc 47

---

4. superbire, *V.* ebrietati, *a.* 10. contra] *a.* cum, *r.* 11. inflammationes, *a.* 14. moracum cordiacis, *V.* 16. *dist. Urlichs. vind. 496.* infusum] *Sillig.* infusam, *a.* infusa, *r.* 17. aufert] *Sillig.* auferri, *a.* aut peri, *V.* 21. validam, *V.* 25. si nec vasis] *a.* sine vasis (causis, *V*)*r.* enim] *a.* ens, *r.* 26. non et] *a.* non sit, *r.* expaverat, *V.* 28. vomitoribus, *a.* 33. magis constringit] *a. om. r.*

genus vini excalfacit, concoquit, purgat, pectori, ventri utile, item vulvarum dolori, si sine febri sint, veteri rheumatismo, exulcerationi, ruptis, convolsis, vomicis, nervorum infirmitati, inflationibus, tussi, anhelationibus, luxatis in sucida lana inpositum. ad omnia haec utilius id quod sponte naturae suae picem resipit picatumque appellatur Helvenco pago, quo tamen nimio
48 caput temptari convenit. quod ad febrium valitudines attinet certum est non dandum in febri nisi veteribus aegris nec nisi declinante morbo, in acutis vero periculis nullis nisi qui manifestas remissiones habeant, et has noctu potius — dimidia pars periculi est noctu, hoc est spe somni, bibentibus — nec a partu abortuve nec a libidine aegrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorum accessiones cum frigore extremitatum fient, nec in febri tussientibus, nec in tremore nervorumque doloribus vel faucium, aut si vis morbi circa ilia intellegatur, nec in duritia praecordiorum, venarum vehementia, neque in opisthotono, nec tetano,
49 nec singultientibus, nec si cum febri dyspnoea sit, minime vero oculis rigentibus et genis stantibus aut defectis gravibusque, nec quorum coniventium perlucebunt oculi palpebrisve non coeuntibus, vel si dormientibus hoc idem eveniet aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemae in oculis erunt, minime lingua fungosa, nec gravi et subinde inperfecta loquentibus, nec si urina difficile reddetur, neque expavescentibus repente, nec spasticis aut rursus torpentibus, nec si per somnos genitura effundetur.

50 (25.) Cardiacorum morbo unicam spem in vino esse certum est. sed id dandum non nisi in accessione censent, alii non nisi in remissione, illi, ut sudorem coerceant, hi, quia tutius putant minuente se morbo, quam plurium sententiam esse video. dari utique non nisi in cibo debet, nec a somno, nec praecedente
51 alio potu, hoc est utique sitienti, nec nisi in desperatione suprema,

---

2. dolori si] *a.* dolores, *r.* 3. infirmitantium, *V.* 5. picem] *d.* piceum, *r.* 6. Helvenco pago quo] *ego.* elvenc sprac concoqui, *a.* helvencypacroco, *r.* Helvetico in agro, quo, *Ianus. Cf. l. 14, 18.* 8. declinante] *d.* declinanti, *r.* 11. spe somni] *V*[1]. spes omnibus, *r.* nec a partu — 12. aegrotantibus] *a. om. r.* 14. nervorumve, *a.* nervorum vel, *r.* vel] *om. E.* 15. illam, *a.* illa, *r.* 16. nec tetano nec] *a.* tetanon et, *r.* 17. si cum] *om. a.* 18. et genis] egentis, *C.* stantis, *a.* aut] vel, *a.* gravibus, *V.* nec] *d. om. a.* ne, *r.* 20. evenit, *V.* aut] *d.* at, *a.* ad, *r.* cruores, *V.* 22. nec gravi] et gravi, *a.* 25. effundatur, *a.* 26. in vino esse] hanc esse vino, *a.* hanc vino esse, *r.* certum est] *om. a.* 27. cessent, *V.* alii non nisi] *a.* alii, *r.* 29. plurium] *d.* plurimum, *r.*

et viro facilius quam feminae, seni quam iuveni, iuveni quam puero, hieme quam aestate, adsuetis potius quam expertibus. modus dandi pro vehementia vini, item mixtura aquae. vulgo satis putant unum cyathum duobus aquae misceri. si dissolutio
5 sit stomachi, dandum, si cibus non descendat, iter*um*.

(26.) Vini genera quae fingi docuimus nec fieri iam arbitror 52
et supervacu*um* eorum usum, cum ipsis rebus ex quibus finguntur 14,98 sqq.
doceamus uti. et alias modum excesserat medicorum in his ostentatio, veluti e napis vinum utile esse ab armorum equitan-
10 dive lassitudine praecipientium atque, ut relíqua omittamus, etiam e iunipiro. et quis satius censeat apsinthite vino utendum potius quam apsinthio ipso? in reliquis omittatur et palmeum capiti noxium, ventrique tantum molliendo et sanguinem excreantibus non inutile. ficticium non potest vidéri quod bion appella- 53
15 vimus, cum sit in eo sola pro arte festinatio. prodest stomacho 14,77
dissoluto aut cibos non perficienti, praegnatibus, defectis, paralyticis, tremulis, vertigíni, torminibus, is*ch*iadicis. in pestilentia quoque ac peregrinationibus vim magnam auxiliandi habere dicitur.

20 (27.) Vini etiam vitium transit in remedia. Aceto summa 54
vis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo; ita fit ut infuso terrae spumet. dictum est saepius diceturque quotiens cum alis prosit. per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet, sternumenta olfactatum. in balineis aestus arcet, si
25 contineatur ore. quin et cum aqua bibitur multorum stomacho utiliter, gargarizatur cum eadem convalescentium et a solis ardoribus. oculis quoque illo modo saluberrimum fotu. medetur 55
pot*is* hirudin*ibus*, item lepris, furfuribus, ulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum ictibus, scolopendrarum, muris

---

3. aquae] *V*². adque, *V*¹. eaque, *a*. 5. descendit, *a*. iterum] *Urlichs. vind. 499.* in /////, *N*. inter, *ad*. mit, *r*. 6. *dist. Urlichs. ibid.* fingi] fingi non, a. 7. et] ut, *a*. supervacum, *N*. supervacuae, *V*². supervaeu, *V*¹. supervacue, *a*. superbire, *d*. fingitur, *V*. 9. e napis] *Barb.* ex ap///, *N*. mapis, *a*. in apis, *r*. equitandive] *a*. equitandi vel, *r*. 12. omittatur] *d*. ///itta///, *N*. omittetur, *a*. *om*. *r*. 16. perficienti] *d*. per///ci/////, *N*. perficiente, *r*. 17. scyaticis, *a*. sciadicis, *r*. 21. est] *d*. et, *Nr*. minor] maior, *V*. 22. infusa terre, *a*. 23. cum alis] *N*. cumque alia, *V*. cumque alicui, *a*. cumque alii, *d*. 24. prohibet, *V*¹. olfactum. in] *Sillig*. olfactat (olfacta, *a*) vini (vim in, *d*)*C*. 25. *dist. Ianus*. 27. fotu] *E*. potu, *r*. 28. potis hirudinibus] *ego*. potae hirudini, *Hard*. post irudines (erudines, *E*)*C*.

aranei contraque omnium aculeatorum venena et pruritus, item contra multipedae morsum. calidum in spongea aut adiecto sulphuris sextante sextariis tribus aut hysopi fasciculo medetur et sedis vitis, in sanguinis fluctione post excisos calculos, et omni alia foris in spongea inpositum, intus potum cyathis binis 5
56 quam acerrimum. conglobatum utique sanguinem discutit. contra li*chenas* et bibitur et inponitur. sistit alvum et rheumatismos interaneorum infusum, item procidentia sedis vulvaeque. tussim veterem inhibet et gutturis rheumatismos, orthopnoeam, dentium labefactationem. vesicae nocet nervorumque infirmitatibus. ne- 10
sciere medici quantum contra aspidas polleret. nuper ab aspide calcata percussus utrem aceti ferens quotiens deposuisset sentiebat ictum, alias inlaeso similis. intellectum ibi remedium est potuque
57 succursum. neque aliter os coluunt venena exsugentes. in totum *do*mitrix vis haec non ciborum modo est, verum et rerum 15
plurimarum. saxa rumpit infusum quae non ruperit ignis antecedens. cibos quidem et sapores non alius magis sucus commendat aut excitat, in quo usu mitigatur usto pane aut cum vino, vel accenditur pipere ac lasere, utique sale conpescitur.
58 non est praetereundum in eo exemplum ingens, siquidem M. 20
Agrippa supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum, cum dolorem eum perpeti nequiret, usus medicorum portentosa scientia ignorante divo Augusto tanti putavit usu pedum sensuque omni carere, dummodo et dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi. 25

59 2. (28.) Acetum scillinum inveteratum magis probatur.
20, 98 sqq. prodest super ea quae diximus acescentibus cibis, — gustatum enim discutit poenam eam — et his qui ieiuni vomant, — callum enim faucium facit ac stomachi — odorem oris tollit, gingivas adstringit, dentes firmat, colorem meliorem praestat. 30
tarditatem quoque aurium gargarizatione purgat et transitum auditus aperit. oculorum aciem obiter exacuit, comitialibus, melancholicis, vertigini, volvarum strangulationibus, percussis

---

1. aculeatorum] *cod. Murb.* aculeoru//, *N.* aculeorum, *E.* oculorum, *r.* 2. calidum in] in calidum *C.* aut] *V. om. E.* 5. omni alia] omnis alas (alias, *E*)*C.* spongeas, *E.* spotigeas, *r.* 6. discutit contra lignem, *E. om. V.* 10. 11. nescire neque dici, *V.* 14. aliter os coluunt] altero colunt, *E.* 15. vomitrix, *C.* vix, *V.* 18. usto] tosto, *E.* cum] *om. E.* 19. lasar, *V.* 22. usus] *ego.* unius, *C.* 27. cibis] *E.* ubi, *V.* gustatu, *V.* 28. vomunt, *E.* 29. odorem] *E.* dolorem, *V.* 32. aditus, *V.* 33. vertigini] *cod. Tol.* vertigi, *C.*

aut praecipitatis et ob id sanguine conglobato, nervis infirmis, renium vitiis perquam utile, cavendum exulceratis.

(29.) Oxymeli antiqui, ut Dieuches tradit, hoc modo tem- 60
perabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque,
5 salis marini pondo libram quadrantem, aquae sextarios quinque
pariter coquebant deciens defervescente cortina, atque ita diffun-
debant inveterabantque. sustulit totum id Asclepiades coarguitque, 61
— nam etiam in febribus databant — profuisse tamen fatetur
contra serpentes quas sepas vocant et contra meconium ac
10 viscum, et anginis calidum gargarizatum et auribus, oris guttu-
risque desideriis, quae nunc omnia oxyalme contingunt, id est
sale et aceto recente, efficacius.

(30.) Vino cognata res sapa est musto decocto donec tertia 62
pars supersit. ex albo hoc melius. nsus contra cantharidas,
15 buprestim, pinorum erucas quas pityocampas vocant, salaman-
dras, contra mordentia venenata. secundas partusque emortuos
trahit cum bulbis potum. Fabianns auctor est venenum esse,
si quis ieiunus a balineis id bibat.

(31.) Consequens horum est faex sui cuiusque generis. 63
20 Ergo vini faecibus tanta vis est ut descendentis in cupas enecet.
experimentum demissa praebet lucerna quamdiu extinguatur
periculum denuntians. inlota miscetur medicamentis, cum iridis
vero pari pondere eruptionibus pituitae inlinitur, et sicca vel
madida contra phalangia et testium mammarumque inflammationi
25 vel in quacumque parte corporis, item cum hordeacia farina et
turis polline in vino cocta. crematur et siccata. experimentum 64
est legitime coctae ut refrigerata linguam tactu videatur urere.
celerrime exanimatur loco non incluso condita. crematio ei mul-
tum virium adicit. utilissima est ad conpescendos lichenas, fur-
30 fures cum fico decocta. sic et lepris et ulceribus manantibus
inponitur. fungorum naturae contraria est pota, sed magis 65
cruda. oculorum medicamentis cocta et lota miscetur. medetur
inlita et testibus et genitalibus. in vino autem adversus strangu-
rias bibitur, cum expiravit quoque, lavandis corporibus et vesti-
35 bus utilis. tunc usum acaciae habet.

---

2. exulcerandis, *V.* 4. eminas (minas, *Barb.*) decem aceti veteris, *E. om. V.* 5. aquae] aquae marinae, *C. Cf. l. 14, 114.* 8. in] *om. E.* fatetur] *Sillig. coni.* fatentur, *C.* 11. oxyhalme, *V.* 13. gnata, *V.* 15. pinorum] orum, *E.* 16. mortuos, *V.* 19. sui] vini, *E.* 22. denuntians] *d.* dentians, *V.* dentionis, *E.* 23. inlinuntur, *C.* 24. inflammationi] *Sillig.* inflationi, *C.* 28. loco] *E. om. r.* inclusa, *V.* ei] *E.* et, *V.* 29. est] *E.* e, *V.*

66 (32.) Faex aceti pro materia acrior sit necesse est multoque magis exulceret. resistit suppurationum incrementis, stomachum, interanea, ventrem inlita adiuvat. sistit rheumatismos earum partium et mulierum menses. panos discutit nondum exulceratos et
67 anginas, ignes sacros cum cera. mammas lactis sui inpatientes eadem extinguit, ungues scabros aufert, e serpentibus contra cerastas validissima cum polenta, cum melanthio autem contra crocodili morsus et canis. et haec cremata ampliat vires. tunc addito lentiscino oleo inlita una nocte rufat capillum. eadem ex aqua in linteolo adposita vulvas purgat.

68 (33.) Sapae *faece* ambusta sanantur, melius addita lanugine harundinis, eadem faece decocta potaque tussis veteres. decoquitur in patinis cum sale et adipe ad tumorem quoque maxillarum et cervicium.

69 3. (34.) Olearum proxima auctoritas intellegitur. folia earum vehementissime adstringunt, purgant, sistunt. itaque commanducata inposita ulceribus medentur et capitis doloribus inlita cum oleo, decoctum eorum cum melle iis quae medici usserint, gingivarum inflammationibus et paronychiis sordidisque ulceribus et putrescentibus. cum melle sanguinis profluvium e nervosis
70 partibus cohibet. sucus eorum carbunculantibus circa oculos ulceribus et pusulis procidentique pupillae efficax, quapropter in collyria additur. nam et veteres lacrimationes sanat et genarum erosiones. exprimitur autem sucus tusis adfuso vino et aqua caelesti, siccatusque in pastillos digeritur. sistit menses in lana admotus vulvae, utilis et sanie manantibus, item condylomatis, ignibus sacris quaeque serpunt ulcera, epinyctidi.

71 (35.) Eosdem effectus et flos earum habet. uruntur cauliculi exflorescentes, ut cinis spodi vicem praestet, vinoque infuso iterum uritur. suppurationes et panos inlinunt cinere eo vel fo-
72 liis tusis cum melle, oculos vero cum polenta. sucus fruticis recentis accensi destillans sanat lichenas, furfures, manantia ulcera. nam lacrima quae ex arbore ipsa destillat, Aethiopicae maxime oleae, mirari satis non est repertos qui dentium dolores inlinendos censerent venenum esse praedicantes, atque etiam in oleastro quaerendum. e radice oleae quam tenerrimae cortex derasus in mel crebro gustatu medetur sanguinem reicientibus et

---

3. reumatismos, *V.* *om.* *r.* 5. ignes] *om.* *E.* 11. faece] feci, *C.* 18. iusserint, *V.* 22. pupullae, *V.* 24. tonsis, *V.* 28. utuntur, *E.* utuntuntur, *V.* 29. florescentes, *E.* 36. tenerum e, *V.* derasum, *C.*

suppurata extussientibus. ipsius oleae cinis cum axungia tumores sanat extrahitque fistulis vitia et ipsas sanat.

(36.) Olivae albae stomacho utiliores, ventri minus. praeclarum habent usum antequam condiantur recentes per se cibi 73
5 modo devoratae. medentur enim harenosae urinae, item dentibus carnem mandendo adtritis aut convolsis. nigra oliva stomacho inutilior, ventri facilior, capiti, oculis non convenit. utraque ambustis prodest trita et inlita. sed nigra commanducatur, et protinus ex ore inposita pusulas gigni prohibet. colym-
10 bades sordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinae.

(37.) De amurca poteramus videri satis dixisse Catonem 74
secuti, sed reddenda medicinae quoque est. gingivis et oris ul- 15, 33 sqq.
ceribus, dentium stabilitati efficacissime subvenit, item ignibus sacris infusa et his quae serpunt. pernionibus nigrae olivae
15 amurca utilior, item infantibus fovendis, albae vero mulierum vulvae in lana admovetur. multo autem omnis amurca decocta efficacior. coquitur in Cyprio vase ad crassitudinem mellis. usus eius cum aceto aut vino vetere aut mulso, ut quaeque causa exigat, in curationem oris, dentium, aurium, ulcerum manantium,
20 genitalium, rhagadum. vulneribus in linteolis inponitur, luxa- 75
tis in lana. ingens hic usus utique inveterato medicamento, tale enim fistulas sanat. infunditur sedis, genitalium, vulvae exulcerationi, inlinitur vero podagris incipientibus, item articulariis morbis. si vero cum omphacio recoquatur ad mellis crassitu-
25 dinem, causarios dentes extrahit, item iumentorum scabiem cum decocto lupinorum et chamaeleonte herba mire sanat. cruda amurca podagros foveri utilissimum.

4. (38.) Oleastri foliorum eadem natura. spodium e cáuli- 76
culis vehementius inhibet rheumatismos. sedat et inflammatio-
30 nes oculorum, purgat ulcera, alienata explet, excrescentia leniter erodit siccatque et ad cicatricem perducit, cetera ut in oleis. peculiare autem quod folia decocuntur ex melle et dantur coclearibus contra sanguinis excreationes. oleum tantum acrius 77
efficaciusque et de eo. os quoque coluitur illo ad firmitatem
35 dentium. inponuntur folia et paronychis et carbunculis et contra omnem collectionem cum vino, iis vero quae purganda sint cum

---

2. ipsa] *V.* 4. usum] *om. E.* sibi, *V.* 5. devorata, *V.* 6. carmen, *E.* mandendo] *codd. Hard.* audenda, *V.* audebam, *E.* 17. cyprio] *E.* qui pro, *V.* 18. ut] *E.* aut, *V.* 19. curatione, *E.* 20. hagadum, *V.* 21. usus] *E.* sucus, *V.* 28. e] a, *E.* 30. explet] *E.* et explet, *V.* 31. erodit] *d.* et erodit, *E.* odit, *V.* ut] *E.* autem, *V.* 34. eo] *om. E.* illo] illa, *E.* 36. purganda] curanda, *E.*

melle. miscentur oculorum medicamentis et decoctum folio-
rum et sucus oleastri. utiliter et auribus instillatur cum melle
78 vel si pus effluat. flore oleastri condylomata inlinuntur et epi-
nyctides, item cum farina hordeacia venter in rheumatismo,
cum oleo capitis dolores. cutem in capite ab ossibus recedentem 5
cauliculi decocti et cum melle inpositi conprimunt. ex ole-
astro maturi in cibo sumpti sistunt alvum, tosti autem et cum
melle triti nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

79 (39.) Olei naturam causasque abunde diximus. ad medi-
15, 4 sqq. cinam ex olei generibus haec pertinent, utilissimum esse om- 10
phacium, proxime viride, praeterea quam maxime recens. nisi
cum vetustissimum quaeritur, tenue, odoratum quodque non
mordeat, e diverso quam in cibis eligitur. omphacium prodest
gingivis. si contineatur in ore, colorem dentium custodit, ma-
gis quam alibi sudores cohibet. 15

80 (40.) Oenanthino idem effectus qui rosaceo. omni autem
oleo mollitur corpus, vigorem et robur accipit. stomacho con-
trarium auget et ulcerum incrementa, fauces exasperat et ve-
nena omnia hebetat, praecipue psimithi et gypsi in aqua mulsa
aut ficorum siccarum decocto potum, contra meconium ex aqua, 20
contra cantharidas, buprestim, salamandram, pityocampas per
se potum redditumque vomitionibus contra omnia supra dicta.
81 lassitudinum et perfrictionum refectio est. tormina calidum po-
tum cyathis sex, magisque ruta simul decocta pellit, item ven-
tris animalia. solvit alvum heminae mensura cum vino et ca- 25
lida aqua potum aut tisanae suco, vulneraris emplastris utile
faciem purgat. bubus infusum per nares, donec ructent, in-
82 flationem sedat. vetus autem magis excalfacit corpora magisque
discutit sudores, duritias magis diffundit, lethargicis auxiliare
et inclinato morbo. oculorum claritati confert aliquid cum por- 30
tione mellis acapni. capitis doloribus remedium est, item ardo-
ribus in febri cum aqua. si vetusti non sit occasio, decoquitur
ut vetustatem repraesentet.

83 (41.) Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum
pari caldae mensura. privatim dicitur purgare praecordia. prod- 35

---

1. coctum, *C.* 5. doloribus cute, *V.* 8. nomas] nomanas, *V.* manas, *E.* se purgant, *V.* 11. *interp. ego.* 13. in cibis] *E.* cibus, *V.* 14. dolorem, *E.* 16. omne, *E.* 20. decoctum, *V.* 21. salamandram] *Sillig.* salamandra, *C.* 22. potum] *Barb.* lotum, *C.* 27. rictet, *V.* rictent, *cod. Tol.* ruptat, *E.* 30. cum portione] in portione, *E.* con parti partionem, *V.* cum participatione, *d.* 33. ut] *NE.* et, *V.* 34. cycinum, *V.*

est et articulorum morbis, duritiis omnibus, vulvis, auribus, ambustis, cum cinere vero muricum sedis inflammationibus, item psorae. colorem cutis commendat capillumque fertili natura evocat. semen ex quo fit nulla animans attingit. ellychnia ex 84
5 uva fiunt claritatis praecipuae, ex oleo lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem. folia igni sacro inlinuntur ex aceto, per se autem recentia mammis et epiphoris, eadem decocta in vino inflammationibus cum polenta, croco, per se autem triduo inposita faciem purgant.

10 (42.) Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem 85
erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit e facie. prodest et auribus cum rosacio aut melle et mali punici germine decoctum, vermiculosque in his necat et gravitatem auditus discutit, sonos incertos et tinnitus, obiter capitis dolores et
15 oculorum. medetur furunculis et a sole ustis cum cera. ulcera manantia et furfures cum vino expurgat, condylomata cum meliloto. per se vero capiti inlitum somnum adlicit.

(43.) Oleum laurinum utilius quo recentius quoque viridius 86
colore. vis eius excalfactoria, ideo paralyticis, spasticis, ischia-
20 dicis, suggillatis, capitis doloribus, inveteratis destillationibus, auribus in calyce punici calfactum inlinitur.

(44.) Similis et myrtei olei ratio. adstringit, indurat, me- 87
detur gingivis, dentium dolori, dysinteriae, volvae exulceratae, vesicis, ulceribus vetustis vel manantibus cum squama aeris et
25 cera, item eruptionibus, ambustionibus. adtrita sanat et furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos, odorem gravem corporis. adversatur cantharidi, bupresti alisque malis medicamentis quae exulcerando nocent.

(45.) Chamaemyrsinae sive oxymyrsinae eadem natura. 88
30 Cupressinum oleum eosdem effectus habet quos myrteum, item citreum. e nuce vero iuglande quod caryinum appellavimus 15, 28
alopeciis utile est et tarditati aurium infusum, item capitis dolori inlitum, cetero iners et gravi sapore. enimvero si quid in nucleo putridi fuerit, totus modius deperit. Ex Cnidio grano factum 89
35 eandem vim habet quam cicinum. E lentisco factum utilissimum

---

3. psorae] *V.* /////ae, *N.* ipsum, *E.* 10. corporum, *E.* cor/////a, *N.* 12. aut] *N.* et, *C.* 13. auditus, *C.* aud/tu///, *N.* 14. tinnitus, *V.* innitus, *E.* /////t/us, *N.* 18. quo] *Nd.* quod, *r.* quoque] *V.* /uoque *N.* quodque, *E.* 19. ideo] id///, *N.* et ideo, *C.* 21. inlinitur] *C.* inc/////, *N.* 26. hagadus, *V.* 31. carynum, *V.* carenum, *E.* 32. dolor inlisum, *V.* 33. iners et] *Ed.* inesset, *V.* 34. putidi, *V.* modiis, *V.* modus, *E.*

acopo est, idemque proficeret et quod rosaceum, ni durius paulo intellegeretur. utuntur eo et contra nimios sudores papulasque sudorum. scabiem iumentorum efficacissime sanat. Balaninum oleum repurgat varos, furunculos, lentigines, gingivas.

90 (46.) Cypros qualis esset et quemadmodum ex ea fieret
12, 109 oleum docuimus. natura eius excalfacit, emollit nervos. folia stomacho inlinuntur et vulvae concitatae sucus quoque eorum adponitur. folia recentia commanducata ulceribus in capite manantibus, item oris medentur et collectionibus, condylomatis.
91 decoctum foliorum ambustis et luxatis prodest. ipsa rufant capillum tusa adiecto struthei mali suco. flos capitis doloris sedat cum aceto inlitus, item combustus in cruda olla nomas sanat et putrescentia ulcera per se vel cum melle. odor floris oleique somnum facit. Adstringit gleucinum et refrigerat eadem ratione qua oenanthinum.

92 (47.) Balsaminum longe pretiosissimum omnium, ut in
12 111 unguentis diximus, contra omnes serpentes efficax, oculorum claritati plurimum confert, caliginem discutit, item dyspnoeas, collectiones omnes duritiasque lenit. sanguinem densari prohibet, ulcera purgat, auribus, capitis doloribus, tremulis, spasticis, ruptis perquam utile. adversatur aconito ex lacte potum, febres cum horrore venientes perunctis leviores facit. utendum tamen modico, quoniam adurit augetque vitia non servato temperamento.

93 (48.) Malobathri quoque naturam et genera exposuimus.
12, 129 urinam ciet, oculorum epiphoris vino expressum utilissime inponitur, item frontibus dormire volentibus, efficacius, si et nares inlinantur aut si ex aqua bibatur. oris et halitus suavitatem commendat linguae subditum folium, sicut et vestium odorem interpositum.

94 (49.) Hyoscyaminum emolliendo utile est, nervis inutile.
potum quidem cerebri motus facit. Therminum e lupinis emollit,
21, 129 proximum rosaceo effectu. Narcissinum dictum est cum suo flore. Raphaninum phthiriasis longa valitudine contractas tollit
95 scabritiasque cutis in facie emendat. Sesaminum aurium dolores sanat et ulcera quae serpunt et quae cacoethe vocant. Lilinum,
21, 24 quod et Syrium vocavimus, renibus utilissimum est sudoribusque

---

1. quod] *d.* que, *E.* quad, *V.* 3. balaninum] *d.* balanium, *E.* balinium, *V.* 7. concitat, *V.* 9. moris, *V.* 12. combustis, *V.* 14. oleique] *Urlichs. vind.* 500. olet qui, *C.* leucinum, *E.* 15. qua] et qua, *E.* 17. efficax — 19. omnes] *om. E.* 24. molobathi, *E.* malobathi, *V.* 25. vinum, *E.* 30. emolliendo] *d.* molliendo, *E.* emoliendo, *V.* 32. effectu] *d.* effectum, *r.* 34. emendavit, *V.*

evocandis, vulvae molliendae concoquendisque intus. Selgiticum nervis utile esse diximus, sicut herbacium quoque, quod Iguvini 15,31
circa Flaminiam viam vendunt.

(50.) Elaeomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus, 96
5 sapore melleo, non sine nausea alvum solvit, bilem praecipue 15,32
detrahit duobus cyathis in hemina *aquae* datis, qui bibere torpescunt excitanturque crebro. potores certaturi praesumunt ex eo cyathum unum. Pissino oleo usus ad tussim et quadripedum scabiem est.

10 (51.) A vitibus oleisque proxima nobilitas palmis. inebriant 97
recentes, capitis dolorem adferunt minus siccae, nec, quantum videtur, utiles stomacho. tussim exasperant, corpus alunt. sucum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant aegris ad vires recreandas, sitim sedandam, in quo usu praeferebant Thebaicas,
15 sanguinem quoque excreantibus utiles, in cibo maxime. inlinuntur caryotae stomacho, vesicae, ventri, intestinis cum cotoneis et cera et croco. suggillata emendant. nuclei palmarum cremati in fictili novo cinere loto spodi vicem efficiunt miscenturque collyris et calliblephara faciunt addito nardo.

20 5. (52.) Palma quae fert myrobalanum probatissima in 98
Aegypto. ossa non habet reliquarum modo in balanis, alvum et menses ciet in vino austero et vulnera conglutinat.

(53.) Palma elate sive spathe medicinae confert germina, 99
folia, corticem. folia inponuntur praecordiis, stomacho, iocineri,
25 ulceribus quae serpunt, cicatrici repugnantia. psoras cortex eius tener cum resina et cera sanat diebus XX. decoquitur et ad testium vitia. capillum denigrat suffitu, partus extrahit. datur bibendus renium vitiis et vesicae et praecordiorum, capiti et nervis inimicus. vulvae ac ventris fluctiones sistit decoctum
30 eius, item cinis et tormina, potus in vino albo in vulvarum vitiis efficacissimus.

6. (54.) Proximae varietates generum medicinarum quae 100
mala habent. Ex his verna acerba stomacho inutilia sunt, alvum, vesicam circumagunt, nervos laedunt, cocta meliora. Cotonea

---

1. concoquendoque, *E.* selgitium, *V.* 2. egovini, *V.* 6. aquae] *om. C.* 8. pisino, *V.* ad tussim] et passim, *E.* et] *V.* ad, *E.* 12. aiunt, *V.* 17. suggillant, *V.* 23. palmae, *V.* stathe, *E.* state, *V.* conferet, *V.* 25. psora, *V.* ipsora, *E.* 26. tener cum] tenerum, *C.* 28. capiti] et capiti, *E.* 29. 30. *dist. Urlichs. vind.* 501. 32. medicinarum quae] *Sillig.* medicinarumque, *V.* macerarumque, *E.* 33. malas, *V.* stomacho] et stomacho, *V.* 34. vesicam] *E.* vesicissam, V^1. vesicassam, V^2. vesicas sanat, V^2 *suprascripsit.*

cocta suaviora, cruda tamen, dumtaxat matura, prosunt sanguinem excreantibus et dysintericis, cholericis, coeliacis. non idem possunt decocta, quoniam amittunt constringentem illam vim suci
101 — inponuntur et pectori in febris ardoribus — et tamen decocuntur in aqua caelesti ad eadem quae supra scripta sunt, ad stomachi autem dolores cruda decoctave cerati modo inponuntur. lanugo eorum carbunculos sanat. cocta in vino et inlita cum
102 cera alopeciis capillum reddunt. quae ex his cruda in melle conduntur alvum movent. mellis autem suavitati multum adiciunt, stomachoque utilius id faciunt. quae vero in melle cocta conduntur quidam ad stomachi vitia trita cum rosae foliis decoctis dant pro cibo. sucus crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodest, item mammis, condylomatis, varicibus, flos et viridis et siccus inflammationibus oculorum, excreationibus sanguinis,
103 mensibus mulierum. fit et sucus ex illis mitis cum vino dulci tusis, utilis coeliacis et iocineri. decocto quoque eorum foventur, si procidant, vulvae et interanea. fit et oleum ex his quod
13,11 melinum vocavimus, quotiens non fuerint in umidis nata. ideo utilissima quae ex Sicilia veniunt, minus utilia struthia, quamvis cognata. radix eorum circumscripta terra manu sinistra capitur, ita ut qui id faciet dicat quare capiat et cuius causa. sic adalligata strumis medetur.

104 (55.) Melimela et reliqua dulcia stomachum et ventrem solvunt, siticulosa, aestuosa, sed nervos non laedunt. orbiculata sistunt alvum et vomitiones, urinas cient. Silvestria mala similia sunt vernis acerbis alvumque sistunt, sane in hunc usum inmatura opus sunt.

105 (56.) Citrea contra venenum in vino bibuntur vel ipsa vel semen. faciunt oris suavitatem, decocto eorum colluti aut suco expresso. horum semen edendum praecipiunt in malacia praegnatibus, ipsa vero contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facillime manduntur.

106 (57.) Punici mali novem genera nunc iterari supervacuum.
13,112 Ex his dulcia, quae apyrena alio nomine appellavimus, stomacho

---

4. pectoris *E.* 8. qua, *V.* 10. id] *E.* ad, *V*¹. *om.* *V*². 11. stomachi vitia] *E.* stomaci uma, *V.* 12. cibo sucus] suco cibus, *E.* 15. et] *E. om.* *V.* illis] *Sillig.* his, *E.* iliis, *V.* 21. qui id] *Dal.* quid, *C.* quare] quae, *E.* sic] *E.* siccat, *V.* 23. dulcis, *V.* 24. siticulosa, *V.* 26. acerbis — hunc] *E.* hac, *V.* 29. colluti] *E.* collum, *V.* 30. expraessu, *V.* praecipium in malicia, *V.* 31. contrita, *V.* sed] et, *E.* 32. facile mandantur, *E.* 34. ex] cum ex, *C.* apyrina, *E.* apirina, *V.* appellamus, *V.*

inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingivasque laedunt,
quae vero ab his sapore proxima vinosa diximus, parvum nucleum 13, 113
habentia, utiliora paulo intelleguntur. alvum sistunt et stomachum,
dumtaxat pauca citraque satietatem. et haec minime danda,
5 quamquam omnino nulla, in febri, nec carne acinorum utili nec
suco. caventur aeque vomitionibus ac bilem reicientibus. uvam 107
in his ac ne mustum quidem, sed protinus vinum aperuit natura,
utrumque asperiore cortice. hic acerbis in magno usu. vulgus
coria maxume perficit illo. ob id malicorium appellant medici.
10 urinam cieri eodem monstrant, mixtaque galla in aceto decoctum
mobiles dentes stabilire. expetitur gravidarum malaciae, quoniam
gustatu moveat infantem. dividitur malum caelestique aqua ma-
descit ternis fere diebus. haec bibitur frigida coeliacis et sangui-
nem excreantibus.

15 (58.) Ex acerbo fit medicamentum quod stomatice vocatur, 108
utilissimum oris vitiis, narium, aurium, oculorum caligini pterygiis,
genitalibus et his quas nomas vocant et quae in ulceribus ex-
crescunt. contra leporem marinum hoc modo: acinis detracto
cortice tunsis sucoque decocto ad tertias cum croci et aluminis
20 scissi, murrae, mellis Attici selibris. alii et hoc modo faciunt: 109
punica acida multa tunduntur, sucus in cacabo novo coquitur
mellis crassitudine ad virilitatis et sedis vitia et omnia quae lycio
curantur, aures purulentas, epiphoras incipientes, rubras maculas
in manibus. rami punicorum serpentes fugant. cortice punici
25 ex vino cocti et inpositi perniones sanantur. contusum malum
ex tribus heminis vini decoctum ad heminam tormina et taenias
pellit. punicum in olla nova, coperculo inlito, in furno exustum
et contritum potumque in vino sistit alvum, discutit tormina.

(59.) Primus pomi huius partus florere incipientis cytinus 110
30 vocatur a Graecis, mirae observationis multorum experimento.
si quis unum ex his solutus vinculo omni cinctus et calciatus
atque etiam anuli decerpserit duobus digitis, pollice et quarto
sinistrae manus, atque ita lustratis levi tactu oculis in os additum
devoraverit, ne dente contingat, adfirmatur nullam oculorum
35 inbecillitatem passurus eodem anno. iidem cytini siccati tritique 111
carnis excrescentes cohibent, gingivis et dentibus medentur, vel

---

1. dentes] *E. om. V.* 4. et] sed, *E.* 5. utile, *V.* 8. aeervis, *C.* magno usu] magnis, *V.* 9. ob id] V^2. novit ob id, *E.* novit obiri, V^1. 10. decocto, *E.* 12. dividitur] videtur, *V.* 19. decocta ad ternas, *V.* cum croci] de cum croco, *V.* 21. acida multa] *om. E.* 22. crassitudo, *V.* 25. decocti *V.* 26. decoctus, *V.* 30. a] *om. E.* 32. etiam] ita, *E.* 35. eodem] eo, *E.*

si mobiles sint, decocto suco. ipsa corpuscula trita ulceribus quae serpunt putrescuntve inlinuntur, item oculorum inflammationi intestinorumque et fere ad omnia quae cortices malorum. adversantur scorpionibus.

112 (60.) Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum qui omnia scrutati nihil intemptatum reliquerunt. in hoc ipso cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat
13, 113 erumpentes, quos balaustium vocari diximus. hos quoque ergo experti invenere scorpionibus adversari. sistunt potu menses feminarum, sanant ulcera oris, tonsillas, uvam, sanguinis excreationis, ventris et stomachi solutionis, genitalia, ulcera quacumque
113 in parte manantia. siccavere etiam, ut sic quoque experirentur, inveneruntque tusorum farina dysintericos a morte revocari, alvum sisti. quin et nucleos ipsos acinorum experiri non piguit. tosti tusique stomachum iuvant cibo aut potionibus. per se bibuntur ex aqua caelesti ad sistendum alvum. radix decocta sucum emittit qui taenias necat victoriati pondere. eadem discocta in aqua quas lycium praestat utilitatis.

114 (61.) Est et silvestre punicum a similitudine appellatum. eius radices rubro cortice denari pondere ex vino potae somnos faciunt. semine poto aqua quae subierit cutem siccatur. mali punici corticis fumo culices fugantur.

115 7. (62.) Pirorum omnium cibus etiam valentibus onerosus, aegris vini quoque modo negatur. decocta eadem mire salubria et grata, praecipue Crustumina. quaecumque vero cum melle decocta stomachum adiuvant. fiunt cataplasmata e piris ad discutienda corporum vitia, et decocto eorum ad duritias utuntur. ipsa adversantur boletis atque fungis, pelluntque pondere et
116 pugnante suco. Pirum silvestre tardissime maturescit. conciditur suspensumque siccatur ad sistendam alvum, quod et decoctum eius potu praestat. decocuntur et folia cum pomo ad eosdem usus. pirorum ligni cinis contra fungos etiamnum efficacius proficit. Mala piraque iumentis portatu mire gravia sunt vel pauca. remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua aut utique ostendantur.

117 (63.) Fici sucus lacteus aceti naturam habet, itaque coaguli

---

8. balaustium] *d.* balautium, *E.* balatium, *V.* 12. ut sic] ut sis, V^1. tussis, V^2. 14. sistunt, *C.* quin et] quin ei, V^1. pinei V^2. ipsos] et ipsos, *C.* 15. potioni, *E.* 17. remittit, *C.* 21. poto aqua quae] pota quaque, *V.* subterit, *V.* 24. dein cocta, *E.* 26. fiunt cataplasmata e] fluunt cataplasmate, *V.* 27. decocta, *V.* 32. fungos] fungo sed, *V.* 34. aiunt] *d.* adiungent, *E.* aiuvent, *V.*

modo lac contrahit. excipitur ante maturitatem pomi et in umbra siccatur ad aperienda ulcera, cienda menstrua adpositu cum luteo ovi aut potu cum amylo. podagris inlinitur cum farina Graeci feni et aceto. pilos quoque detrahit palpebrarumque scabiem
5 emendat, item lichenas et psoras, alvum solvit. lactis ficulni 118
natura adversatur crabronum vesparumque et similium venenis, privatim scorpionum. idem cum axungia verrucas tollit. folia et quae non maturuere fici strumis inlinuntur omnibusque quae emollienda sint discutiendave. praestant hoc et per se folia.
10 et alius usus eorum in fricando lichene et alopeciis et quaecumque exulcerari opus sit. et adversus canis morsus ramorum 119
teneri cauliculi cuti inponuntur. iidem cum melle ulceribus quae ceria vocantur inlinuntur. extrahunt infracta ossa cum papaveris silvestris foliis, canum rabiosorum morsus folio trito
15 ex aceto restingunt. e nigra fico candidi cauliculi inlinuntur furunculis, muris aranei morsibus cum cera, cinis earum e foliis gangraenis consumendisque quae excrescunt. fici maturae urinam 120
cient, alvum solvunt, sudorem movent papulasque. ob id autumno insalubres, quoniam sudantia huius cibi opera corpora
20 perfrigescunt. nec stomacho utiles et ad breve tempus et voci contrariae intelleguntur. novissimae salubriores quam primae, medicatae vero numquam. iuvenum vires augent, senibus meliorem valitudinem faciunt minusque rugarum. sitim sedant, calorem refrigerant, ob id non negandae in febribus constrictis
25 quas stegnas vocant. siccae fici stomachum laedunt, gutturi et 121
faucibus magnifice utiles. natura his excalfaciendi. sitim adferunt, alvum molliunt, rheumatismis eius et stomacho contrariae, vesicae semper utiles et anhelatoribus ac suspiriosis, item iocinerum, renium, lienum vitiis. corpus et vires adiuvant, ob id antea
30 athletae hoc cibo pascebantur, Pythagoras exercitator primus ad carnes eos transtulit. recolligenti se a longa valitudine uti- 122
lissimae, item comitialibus et hydropicis omnibusque quae maturanda aut discutienda sint inponuntur efficacius calce aut nitro

---

1. ante] autem, *V*[1]. autem ante, *V*[2]. 2. appositu, *Hard.* adposita, *E.* adpositum, *V.* 6. adsectatur, *E.* 7. verrucas] *E.* veruca et, *V.* 8. maturuere fici] maturae effitici, *V.* 10. eorum] eorum tamquam, *E.* et alius eorum, *V.* 11. sint, *C.* 15. restingunt] *Sillig.* restringunt, *C.* 16. morsibus] morsus ebu, *V.* 18. ob] quae ob, *V.* 19. insalubri, *V.* 20. pertricescunt, *V.* utiles et] utile est, *V.* 28. anhelatoribus] *d.* anellationibus, *E.* anhelatioribus, *V.* 29. ante, *E.* 31. recolligenti] *Gron.* recolligentes, *C.* 32. item] item in *V.* omnibus, *V.* 33. sunt, *E.*

aut iri admixto. coctae cum hysopo pectus purgant, pituitam, tussim veterem, cum vino autem sedem et tumores maxillarum. ad furunculos, panos, paroditas decoctae inlinuntur. utile et decocto fovere earum feminas. eodem quoque decoctae cum
123 feno Graeco utiles sunt, et pleuriticis ac peripneumonicis. cum ruta coctae torminibus prosunt, tibiarum ulceribus cum aeris flore, et parotidi, pterygis cum punico malo, ambustis, pernionibus cum cera, hydropicis coctae in vino cum absinthio et farina hordeacia. nitro addito manducatae alvum solvunt, scorpionum ictibus cum sale tritae inlinuntur, carbunculos extrahunt in vino coctae et inpositae. carcinomati, si sine ulcere est, quam pinguissimam ficum inponi paene singulare remedium est,
124 item phagedaenae. cinis non ex alia arbore acrior purgat, conglutinat, replet, adstringit. bibitur et ad discutiendum sanguinem concretum, item percussis, praecipitatis, ruptis, convulsis cineris ** cyathis singulis aquae et olei. datur tetanicis et spasticis, item potus vel infusus coeliacis et dysintericis. et si quis eo cum oleo perunguatur, excalfacit. idem cum cera et rosaceo subactus ambustis cicatricem tenuissimam obducit. lusciosos ex
125 oleo inlinitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu. produnt etiam, si quis inclinata arbore supino ore aliquem nodum eius morsu abstulerit nullo vidente atque cum aluta inligatum licio e collo suspenderit, strumas et parotidas discuti. cortex tritus cum oleo ventris vulnera sanat. crudi grossi verrucas, thymos nitro, farina additis tollunt. spodi vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. bis lotus adiecto psimithio digeritur in pastillos ad ulcera oculorum et scabritiam.

126 (64.) Caprificus etiamnum multo efficacior fico. lactis minus habet, surculo quoque eius lacte coagulatur in caseum. exceptum id coactumque in duritiam suavitatem carnibus ad-

---

1. iri] *Ianus*. si, *C*. admixtae, *E*. 3. ad] et, *E*. et] *om*. *E*. 4. eodem quoque decoctae] *ego*. quoque decoctae (decocta, *V*.) eodem, *C*. cum] *om*. *V*. 5. plerimonicis, *V*. 6. coctae torminibus] *Barb*. cocta et omnibus, *C*. 7. pterygiis, *d*. ptericis, *E*. ptrygis, *V*. 8. vino cum] *cod*. *Tol*. vino cum et, *C*. 9. farinae, *V*. 10. cum] *om*. *E*. 11. carcinomatas, *E*. carcinomatae, *V*. 13. acrior purgat] aciem purgant non, *E*. 13. 14. conglutinant replent adstringitur, *V*. 16. *lac*. *indicavit Sillig*. ciatus, V^2. quiatus, V^1. passicis, *E*. pasicis, *V*. 17. item, *E*. 19. ambustis] cum ambustis, *V*. 21. nondum, *V*. 22. cum] *E*. cum, *r*. licio e] ilicio, *V*. 23. discutit, *E*. 24. crudi] *d*. cruda, *V*. *om*. *E*. verrucas] *d*. ferrucas, *E*. verucas, *V*. thymo, *V*. 26. lotus] *Ianus*. totum, *E*. coctus, *V*. 29. sarculo, *V*. caseo, *C*.

fert. fricatur diluto ex aceto, miscetur exulceratoris medicamentis, alvum solvit, vulvam cum amylo aperit, menses ciet cum luteo ovi. podagricis cum farina Graeci feni inlinitur. lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat, item venenatorum ictus
5 et canis morsus. dentium quoque dolori hic sucus adpositus in 127
lana prodest aut in cava eorum additus. cauliculi et folia admixto ervo contra marinorum venena prosunt. adicitur et vinum. bubulas carnes additi caules magno ligni conpendio percoquunt. grossi inlitae strumas et omnem collectionem emol-
10 liunt et discutiunt, aliquatenus et folia. quae mollissima sunt ex his cum aceto ulcera manantia, epinyctidas, furfures sanant. cum melle foliis ceria sanantur et canis morsus recentes, cum 128
vino phagedaenae. cum papaveris foliis ossa extrahunt. grossi caprifici inflationes discutiunt suffitu — resistunt et sanguini
15 taurino poto et psimithio et lacti coagulato potae — item in aqua decoctae atque inlitae parotidas. cauliculi aut grossi eius quam minutissimae ad scorpionum ictus e vino bibuntur. lac 129
quoque instillatur plagae et folia inponuntur, item adversns murem araneum. cauliculorum cinis uvam faucium sedat, arboris
20 ipsius cinis ex melle rhagadia, radix defervefacta in vino dentium dolores. hiberna caprificus in aceto cocta et trita inpetigines tollit. inlinuntur ramenta e ramo sine cortice quam minutissima ad scobis modum. caprifico quoque medicinae unius 130
miraculum additur, corticem eius intumescentem puer impubis
25 si defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante solis ortum prohibere strumas. caprificus tauros quamlibet feroces collo eorum circumdata in tantum mirabili natura conpescit ut inmobiles praestet.

(65.) Herbam quoque Graeci erineon vocant reddendam 131
30 in hoc loco propter gentilitatem. palmum alta est, cauliculis quinis fere, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, parvum. tritum cum Attico melle oculorum epiphoris medetur, cum cyathis * * decerpto ramo manat lacte multo dulci. herba

---

2. aperit] aperit pota, *E.* 11. epinyctidas] *d.* et epinyctidas, *E.* epinyctides, *V.* 12. cerea sanatur, *V.* 13. *dist. Ianus.* phagedaenae] *Ianus.* phagedaenas, *E.* phagidenas, *V.* grossae, *C.* 14. inflammationes, *E.* 21. caprificis, *V.* 22. ramenta e ramo] *Ianus.* ramenta ramo, *E.* ramenterimo, *V.* 24. cortice, *V.* intumescentem] *Hard.* inpubescentem, *C.* impubis — 25. ramo] *E.* is id effractu rama (ram, V^2)*V.* 25. detrahat dentibus] detrahentibus, *E.* 27. mirabili] rabidi, *E.* 29. erineon] *codd. Barb.* erinen, *E.* herinen, *V.* 31. similitudinem, *V.* candidum, *V.* 33. cum cyathis**] ut cum ciati ut, *E.* cum ut lati, *r.* decerpto ramo] *Ianus.* decerptarum, *d.* deceq-

perquam utilis aurium dolori nitri exiguo addito. folia resistunt venenis.

132 (66.) Pruni folia decocta tonsillis, gingivis, uvae prosunt in vino, decocto eo subinde coluto ore. ipsa pruna alvum molliunt, stomacho non utilissima, sed brevi momento. 5

(67.) Utiliora persica sucusque eorum, etiam in vino aut in aceto, expressus neque alius eis pomis innocentior cibus. nusquam minus odoris, suci plus, qui tamen sitim stimulet. folia eius trita inlita haemorrhagian sistunt. nuclei persicorum cum oleo et aceto capitis doloribus inlinuntur. 10

133 (68.) Silvestrium quidem prunorum bacae, vel e radice cortex, in vino austero si decoquantur ita ut triens ex hemina supersit, alvum sistunt et tormina. satis est singulos cyathos decocti sumi.

(69.) Et in his et sativis prunis est limus arborum quem 15 Graeci lichena appellant, rhagadis et condylomatis mire utilis.

134 (70.) Mora in Aegypto et Cypro sui generis, ut diximus,
13, 56 sqq. largo suco abundant summo cortice desquamato, altior plaga sicca est mirabili natura. sucus adversatur venenis serpentium, prodest dysintericis, discutit panos omnesque collectiones, vul- 20 nera conglutinat, capitis dolores sedat, item aurium. splenicis
135 bibitur atque inlinitur et contra perfrictiones. celerrime teredinem sentit. neque apud nos suco minor usus. adversatur aconito et araneis in vino potus. alvum solvit, pituitas taeniasque et similia ventris animalia extrahit. hoc idem praestat et 25 cortex tritus. folia tingunt capillum cum fici nigrae et vitis corticibus simul coctis aqua caelesti. pomi ipsius sucus alvum solvit protinus. ipsa poma ad praesens stomacho utilia refrigerant, sitim faciunt. si non superveniat alius cibus, intumescunt. ex inmaturis sucus sistit alvum, veluti animalis alicuius 30
16, 182 in hac arbore observandis miraculis quae in natura eius diximus.

136 (71.) Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: sextari tres suci ex pomo leni vapore ad crassitudinem mellis rediguntur. post additur omphaci aridi pondus ℥II aut murrae ℥I, croci ℥I. haec simul trita mi- 35 scentur decocto, neque est aliud oris, arteriae, uvae, stomachi

---

tarum, *E.* decreptarum, *V.* 3. prunis, *V.* 4. decocto eo] *Gron.* decoctae et, *C.* coluto ore] coluere, *C.* 7. neque] *Urlichs. vind.* 505. que, *C.* eis] eius, *V.* 9. nucleo, *V.* 12. decoquatur, *V.* 16. ragadis, *V.* tragodis, *E.* 19. sicca est] *Ianus.* siccae si, *C.* 27. corticem, *V.* 33. ex] et, *V.* e, *E.* 34. post additur] *E.* postea, *V.* omphacii, *d.* omphacis, *r.*

iucundius remedium. fit et alio modo: suci sextari duo, mellis Attici sextarius decoquuntur ut supra diximus. mira sunt praeterea quae produntur: germinatione priusquam folia exeant, si- 137
nistra decerpi futura poma. ricinos Graeci vocant. hi terram
5 si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat sive ore sive naribus sive haemorrhoidis. ad hoc servantur repositi. idem praestare et ramus dicitur luna plena defractus 138
incipiens fructum habere, si terram non adtigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto contra abundantiam mensum. hoc
10 et quocumque tempore ab ipsis decerptum ita ut terram non adtingat adalligatumque existimant praestare. folia mori trita aut arida decocta serpentium ictibus inponuntur ali*quid*que potu proficitur. scorpionibus adversatur e radice corticis sucus ex vino aut posca potus. reddenda est et antiquorum conpositio. su- 139
15 cum expressum pomi maturi inmaturique mixtum coquebant vase aereo ad mellis crassitudinem. aliqui murra adiecta et cupresso praeduratum ad solem torrebant permiscentes spatha ter die. haec erat stomatice qua et vulnera ad cicatricem perducebant. alia ratio: sucum siccato exprimebant pomo multum sapori op-
20 soniorum conferente*m*, in medicina vero contra nomas et pectoris pituitas et ubicumque opus esset adstringi viscera. dentes quoque conluebant eo. tertium genus suci foliis et radice 140
decoctis ad ambusta ex oleo inlinenda. inponuntur et folia per se. radix per messes incisa sucum dat aptissimum dentium do-
25 lori collectionibusque et suppurationibus, alvum purgat. folia mori in urina madefacta pilum coriis detrahunt.

(72.) Cerasia alvum molliunt, stomacho inutilia, eadem sic- 141
cata alvum sistunt, urinam cient. invenio apud auctores, si quis matutino roscida cum suis nucleis devoret, in tantum le-
30 vari alvum ut pedes morbo liberentur.

(73.) Mespila exceptis setanis, quae malo propiorem vim, habent, reliqua adstringunt stomachum sistuntque alvum. item sorba sicca, nam recentia stomacho et alvo citae prosunt.

8. (74.) Nuces pineae quae resinam habent contusae le- 142
35 viter, additis in *singulas* singulis sextariis aquae ad dimidium

---

1. suci] *om. E.* 3. germinatione] *ego.* mira germinatione, *C.* folia] in folia, *C.* 4. futuri pomi, *V.* 5. adalligati] et alligati, *V.* 12. aliquidque] *ego.* aliique, *E.* alique, *V.* 13. cortici, *V.* 17. ad solem] *cod. Tol.* vas sole, *C.* 18. quae, *C.* 19. suci, *V.* 20. conferentem] *Sillig.* conferente, *C.* 24. messes] *d.* meses et, *r.* dat] *om. E.* 28. apud] *om. E.* 31. mespellis, *V.* 35. singulas] *om. C.* aquae] quae, *V.*

decoctae, sanguinis excreationi medentur ita ut cyathi bini bibantur ex eo. corticis e pinu in vino decoctum contra tormina datur. nuclei nucis pineae sitim sedant et acrimoniam stomachi rosionesque et contrarios umores consistentes ibi, et infirmi-
143 tatem virium roborant, renibus, vesicae utilis. fauces videntur 5
exasperare. tussim et bilem pellunt poti ex aqua aut vino aut passo aut balanorum decocto. miscetur his contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen et sucus porcilacae, item ad vesicae ulcera et renis, quoniam et urinam cient.

144 (75.) Amygdalae amarae radicum decoctum cutem in facie 10
corrigit coloremque hilariorem facit. nuces ipsae somnum faciunt et aviditatem, urinam et menses cient. capitis dolori inlinuntur maximeque in febri, si ab ebrietate, in aceto et rosaceo et aquae sextario. sanguinem sistunt cum amylo et menta, lethargicis et comitialibus prosunt capite peruncto, epinyctidas sanant e vino 15
vetere, ulcera putrescentia, canum morsus cum melle, et furfures ex facie ante fotu praeparata, item iocineris et renium dolores ex
145 aqua potae, et saepe ex ecligmate cum resina terebinthina. calculosis et difficili urinae in passo et ad purgandam cutem in aqua mulsa tritae sunt efficaces. prosunt ecligmate iocineri, tussi 20
et colo cum elelisphaco modice addito. in melle sumitur nucis abellanae magnitudo. aiunt quinis fere praesumptis ebrietatem non sentire potores, vulpesque, si ederint eas nec contingat e vicino aquam lambere, mori. minus valent in remediis dulces, et hae tamen purgant, urinam cient. recentes stomachum implent. 25

146 (76.) Nucibus Graecis cum absinthi semine ex aceto sumptis morbus regius sanari dicitur, isdem inlitis per se vitia sedis et privatim condylomata, item tussis, sanguinis reiectio.

147 (77.) Nuces iuglandes Graeci a capitis gravedine appellavere. etenim arborum ipsarum foliorumque virus in cerebrum penetrat. 30
hoc minore tormento et in cibis nuclei faciunt. sunt autem recentes iucundiores, siccae unguinosiores et stomacho inutiles, difficiles concoctu, capitis dolorem inferentes, tussientibus inimicae, vomituris ieiunis aptae, tenesmo, colo, trahunt enim pituitam.

---

6. tussim et] *Urlichs vind.* 506. et tussim, *E.* et tussi, *V.* 9. renes, *C.* 11. colligit, *E.* somnium, *E.* 14. *sqq. dist. Urlichs vind.* 507. 18. ex (et, *V*) eligmata, *C.* 20. iocineris, *V.* 21. in] et, *V.* 23. poto, *V.* 25. tamen] *om. V.* recedente, *E.* 26. sumtus, *V.* 27. isdem] item, *V.* se] se si, *V.* 28. relictio, *V.* 29. a] *om. V.* 30. vires, *E.* penetrant, *E.* 31. minorem *E.* tomento, *V*[1]. nomento, *E.* et] sed, *C.* 32. invinosiores, *V.* 34. colo] *Ianus.* solo, *C.*

eaedem praesumptae venena hebetant, item anginam cum ruta
et oleo. adversantur cepis leniuntque earum saporem. aurium 148
inflammationi inponuntur, cum mellis exiguo et ruta mammis et
luxatis, cum cepa autem et sale et melle canis hominisque mor-
5 sui. putamine nucis iuglandis dens cavus inuritur. putamen
combustum tritumque in oleo aut vino infantium capite peruncto
nutrit capillum, et eo *ad* alopecias sic utuntur. quo plures nuces
quis ederit hoc facilius *taenias* pellit. quae perveteres sunt nuces
gangraenis et carbunculis medentur, item suggillatis, cortex
10 iuglandium lichenum vitio et dysintericis, folia trita cum aceto
aurium dolori. in sanctuaris Mithridatis maximi regis devicti Cn. 149
Pompeius invenit in peculiari commentario ipsius manu conposi-
tionem antidoti e duabus nucibus siccis, item ficis totidem et
rutae foliis XX simul tritis, addito salis grano; *ei* qui hoc ieiunus
15 sumat nullum venenum nociturum illo die. contra rabiosi quoque
canis morsum hi nuclei a ieiuno homine commanducati inlitique
praesenti remedio esse dicuntur.

(78.) Nucis abellanae capitis dolorem faciunt et inflationem 150
stomachi, corporis *etiam* pinguitudini conferunt plus quam veri-
20 simile *est*. tostae et destillationi medentur, tussi quoque veteri
tritae in aqua mulsa potae. quidam adiciunt grana piperis, alii e
passo bibunt. Pistacia eosdem usus habent quos nuclei pinei
praeterque ad serpentium ictus, sive edantur sive bibantur. Casta-
neae vehementer sistunt stomachi et ventris fluctionis, alvum
25 cient, sanguinem excreantibus prosunt, carnes alunt.

(79.) Siliquae recentes stomacho inutiles alvum solvunt. 151
eaedem siccatae sistunt stomachoque utiliores fiunt, urinam cient.
Syriacas in dolore stomachi ternas in aquae sextariis decocunt
quidam ad dimidium eumque sucum bibunt. Sudor virgae corni
30 arboris lamna candente ferrea exceptus non contingente ligno
inlitaque inde ferrugo incipientes lichenas sanat. Arbutus sive
unedo fructum fert difficilem concoctioni et stomacho inutilem.

(80.) Laurus excalfactoriam naturam habet et foliis et cor- 152
tice et bacis itemque decoctum ex his, maxime foliis, prodesse

---

1. eadem *V*. anginam — 2. oleo] *d*. anginem cum rutae et oleo, *V*. *om*. *E*. 4. morsus, *V*. 7. ad] *om*. *C*. 8. lineas, *C*. 9. item suggillatis] *om*. *E*. 11. in] *E*. *om*. *r*. 14. addito salis] additis aliis, *V*. ei] *ego*. et, *C*. 16. hi] V^2. ie, V^1. *om*. *E*. a] *om*. *V*. 19. corporis] *ego*. corpori, *C*. etiam] *ego*. et in, *V*. et, *E*. verisimile est] *Urlichs*. *vind*. 508. verisimile, *E*. sunt verisimile es, *V*. 21. tritae] sumitae, *E*. 22. usus] *C*. usus et effectus, *v*. 23. a, *V*. castanea, *V*. 27. eadem, *V*. 28. aqua, *V*. decoquant, *V*. 29. corni] et cornu, *V*. 34. foliis] foliisque, *V*.

volvis et vesicis convenit. inlita vero vesparum crabronumque
et apium, item serpentium venenis resistunt, maxime sepos, dip-
sadis et viperae. prosunt et mensibus feminarum cum oleo cocta,
cum polenta autem quae tenera sunt trita ad inflammationes
oculorum, cum ruta testium, cum rosaceo capitis dolores, aut 5
cum irino. quin et commanducata atque devorata per triduum
153 terna liberant tussi, eadem suspiriis trita cum melle. cortex
radicis cavendus gravidis. ipsa radix calculos rumpit, iocineri
prodest tribus obolis in vino odorato potu. folia potu vomitionis
movent. bacae menses trahunt adpositae tritae vel potae. tussim 10
veterem et orthopnoean sanant binae detracto cortice in vino
potae, si et febris sit, ex aqua aut ecligmate ex passo aut aqua
154 mulsa decoctae. prosunt et phthisicis eodem modo et omnibus
thoracis rheumatismis. nam et coquunt pituitam et extrahunt.
adversus scorpiones quaternae ex vino bibuntur, epinyctidas ex 15
oleo inlitae et lentigines et ulcera manantia et ulcera oris et
furfures, cutis porriginem sucus bacarum emendat et phthiriasim.
aurium dolori aut gravitati instillatur cum vino vetere et rosaceo.
155 perunctos eo fugiunt venenata omnia. prodest contra ictus et
potus, maxime autem eius laurus quae tenuissima habet folia. 20
bacae cum vino serpentibus et scorpionibus et araneis resistunt.
ex oleo et aceto inlinuntur et lieni, iocineri, gangraenis cum
melle. et in fatigatione etiam aut perfrictione suco eo perungui
156 nitro adiecto prodest. sunt qui celeritati partus conferre multum
putent radicem acetabuli mensura in aqua potam, efficacius recen- 25
tem quam aridam. quidam adversus scorpionum ictus decem
bacas dari iubent potu, item et in remedio uvae iacentis qua-
drantem pondo bacarum foliorumve decoqui in aquae sextariis tri-
bus ad tertias, eam calidam gargarizare et in capitis dolore inpari
157 numero bacas cum oleo conterere et calfacere. Laurus Delphicae 30
folia trita olfactaque subinde pestilentiae contagia prohibent, tanto
magis si et urantur. oleum ex Delphica ad cerata acopumque,
ad perfrictiones discutiendas, nervos laxandos, lateris dolores,

---

1. illita, *E.* inlata, *V.* 2. persistunt, *V.* sepos dipsadis] *d.* se post ipsadis, *E.* sepo id ipsadis, *V.* 11. detractae, *V.* 12. sit ex] silex, *V.* passo — 13. mulsa] aqua aut ex passo, *E.* 14. coquunt] concuciunt, V^2. concuunt, V^1. 16. ulcera oris et] *om.* *V.* 17. thiriasim, *V.* 20. eius] ea, *E.* et, *V.* quae] *om.* *V.* tenuisse, *E.* 23. frictiones, V^2. prictiones, V^1. 24. prodes, V^1. prosunt, V^2. conferre multum] multum conferri, *E.* 25. radice, *C.* aqua] *d.* aquam, *r.* 26. quidem, *V.* 27. potui, *E.* 31. olfactaque] quae, *V.* 32. certa, *V.* 33. perfectiones, *V.*

febris frigidas utile est, item ad aurium dolorem in mali punici cortice tepefactum. folia decocta ad tertias partes aquae uvam cohibent gargarizatione, potu alvi dolores intestinorumque, tenerrima ex his trita in vino papulas pruritusque inlita noctibus.
5 Proxime valent cetera laurus genera. laurus Alexandrina sive 158
Idaea partuus celeris facit radice pota trium denariorum pondere in vini dulcis cyathis tribus, secundas etiam pellit mensesque. eodem modo pota daphnoides sive his nominibus quae diximus 15,132
silvestris laurus prodest, alvum solvit vel recenti folio vel arido,
10 drachmis tribus cum sale in hydromelite. manducata pituitas extrahit, folium et vomitus, stomacho inutile. sic et bacae quinae denae purgationis causa sumuntur.

♀ (81.) Myrtus sativa candida minus utilis medicinae quam 159
nigra. semen eius medetur sanguinem excreantibus, item contra
15 fungos in vino potum. odorem oris commendat vel pridie commanducatum. apud Menandrum Synaristosae hoc edunt. datur et dysintericis idem denari pondere in vino. ulcera difficilia in extremitatibus corporis sanat cum vino subfervefactum. inponitur 160
lippitudini cum polenta et cardiacis in mamma sinistra, et contra
20 scorpionis ictum in mero, et ad vesicae vitia, capitis dolores, aegilopas, antequam suppurent, item tumoribus, exemptisque nucleis in vino vetere tritum eruptionibus pituitae. sucus seminis alvum sistit, urinam ciet. ad eruptiones pusularum pituitaeque cum cerato inlinitur, et contra phalangia, capillum denigrat.
25 lenius suco oleum est ex eadem myrto, lenius et vinum, quo num- 161
quam inebriantur. inveteratum sistit alvum et stomachum, tormina sanat, fastidium abigit. foliorum arentium farina sudores cohibet inspersa vel in febri, utilis et coeliacis, procidentiae vulvarum, sedis vitiis, ulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis
30 fluentibus, furfuribus, item aliis eruptionibus, ambustis. additur 162
in medicamenta quae liparas vocant eadem de causa qua oleum ex his efficacissimum ad ea quae in umore sunt, tamquam in ore et vulva. folia ipsa fungis adversantur trita ex vino, cum cera vero articularis morbis et collectionibus. eadem in vino
35 decocta dysintericis et hydropicis potui dantur. siccantur in fari-

---

3. dolores] dolores et, *V.* 4. noctibusque, *V.* 5. laurasque, *V.* 6. ideae, *V.* 13. utile, *E.* inutilis, *V.* 16. apud] item apud, *C.* 17. idem] *om. E.* velcera, *V.* 20. meto, *V.* dolore, *V.* 21. exeuntisque, *V.* 22. eruptionis, *V.* seminis] *V.* feminis, *E*(?). 23. sistit] insistit, *V.* 24. flangia, *V.* 27. argentium, *V.* 28. vulvarum] vulnerum, *V.* 31. medicamento, *E.* quae] *d.* quod, *E.* ad quod, *V.* liparas] *codd. Barb.* lephras, *E.* lepras, *V.*

163 nam quae inspergitur ulceribus aut haemorrhagiae. purgant et lentigines, pterygia et paronychia et epinyctidas, condylomata, testes, tetra ulcera, item ambusta cum cerato. ad aures purulentas et foliis crematis utuntur et suco et decocto. comburuntur et in antidota, item cauliculi flore decerpti et in fictili novo operto cremati in furno, dein triti ex vino. et ambustis foliorum cinis medetur. inguen si intumescat ex ulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum nec ferro nec terra contactum.

164 (82.) Myrtidanum diximus quomodo fieret. vulvae prodest
14,104 adpositu, fotu et inlitu, multo efficacius et cortice et folio et semine. Exprimitur et foliis sucus mollissimis in pila tusis, adfuso paulatim vino austero, alias aqua caelesti, atque etiam expresso utuntur ad oris sedisque ulcera, vulvae et ventris, capillorum nigritiam, alarum perfusiones, purgationes lentiginum et ubi constringendum aliquid est.

165 (83.) Myrtus silvestris, sive oxymyrsine sive chamaemyrsine, bacis rubentibus et brevitate a sativa distat. radix eius in honore est, decocta vino ad renium dolores potu et difficili urinae praecipueque crassae et graveolenti, morbo regio, et vulvarum purgationi trita cum vino, cauliculi quoque incipientes asparagorum modo
166 in cibo sumpti et in cinere cocti. semen cum vino potum aut oleo et aceto calculos frangit, item in aceto et rosaceo tritum capitis dolores sedat, et potum morbum regium. Castor oxymyrsinen myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopae, ruscum vocavit, ad eosdem usus. Et hactenus habent se medicinae urbanarum arborum, transeamus ad silvestres.

---

2. paronycia, *E.* paronscia, *V.* 3. tera, *V.* 4. crementis, *V.* et decocto] decocto, *V.* in] *om. V.* 5. caliculis, *V.* flore — in] *om. E.* 7. inguen si] V^2. inguem et, V^1. inguine, *E.* ex ulcere] exulcerare, *V.* 8. myrti — contactum] *om. E.* 13. sedis, *V.* 14. malarum, *E.* 17. a] *om. V.* 18. pota, *E.* 19. grave olentum, *V.* 21. sumptis, *V.* 24. foliisque acutis (cutis, *a*)*C.* scopae] *a.* scopiae, *V.*

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XXIV.

Cap. 1. (Sect. 1.) Ne silvae quidem horridiorque naturae 1
facies medicinis carent, sacra illa parente rerum omnium nusquam non remedia disponente homini, ut medicinae fieret etiam solitudo ipsa, sed ad singula illius discordiae atque concordiae
5 miraculis occursantibus. quercus et olea tam pertinaci odio dissident ut altera in alterius scrobe depacta emoriantur, quercus vero et iuxta nucem iuglandem. pernicialia et brassicae cum vite odia, ipsum olus quo vitis fugatur adversum cyclamino et origano arescit. quin et annosas iam et quae sternantur arbores difficilius 2
10 caedi, celerius inarescere tradunt, si prius manu quam ferro attingantur. pomorum onera iumenta statim sentire ac, nisi prius ostendantur his, quamvis pauca portent, sudare ilico. ferulae asinis gratissimo sunt in pabulo, ceteris vero iumentis praesentaneo veneno, qua de causa id animal Libero patri adsignatur cui et
15 ferula. Surdis etiam rerum sua cuique sunt venena ac minimis 3
quoque. philyra coci et polline nimium salem cibis eximunt, praedulcium fastidium sal temperat. nitrosae aut amarae aquae polenta addita mitigantur, ut intra duas horas bibi possint, qua de causa in saccos vinarios additur polenta. similis vis Rhodiae
20 cretae et argillae nostrati. Concordia valent, cum pix oleo extrahitur, quando utrumque pinguis naturae est. oleum solum calci miscetur, quando utrumque aquas odit. cummis aceto facilius eluitur, atramentum aqua, innumera praeterea alia quae suis locis dicentur adsidue. Hinc nata medicina. haec sola naturae 4
25 placuerat esse remedia parata vulgo, inventu facilia ac sine inpendio et quibus vivimus. postea fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas invenere istas in quibus sua cuique homini

---

3. medicine, *a.* medicina, *rv.* 4. ad singula] *d.* at singulas, *a.* ad stgula, V^1. et est gula, V^2. illis, *V.* 6. depacta emoriantur] *ego.* depactae moriantur, *v.* 10. inarescere] *d.* marcescere, *r.* 11. iumenta] *a.* a iumentis, *r.* sentire] *a.* sentiri, *r.* ac] *om. a.* 19. vis] *d.* suis, *r.* 23. atramento, *a.* 24. hic, *V.* medicinae, *V.* 25. placuit, *a.* facile sine dispendio e quibus, *a.*

venalis promittitur vita. statim conpositiones et mixturae inexplicabiles decantantur, Arabia atque India in medio aestimantur, ulcerique parvo medicina a Rubro mari inportatur, cum remedia vera cotidie pauperrimus quisque cenet. nam si ex horto petantur, aut herba vel frutex quaeratur, nulla artium vilior fiat. ita est profecto, magnitudine populi R. periit ritus, vincendoque victi sumus. paremus externis, et una artium imperatoribus quoque imperaverunt. verum de his alias plura.

6 2. (2.) Loton herbam itemque Aegyptiam eodem nomine
13, 104 sqq. alias et Syrticam arborem diximus suis locis. haec lotos, quae faba Graeca appellatur a nostris, alvom bacis sistit. ramenta ligni decocta in vino prosunt dysintericis, menstruis, vertigini, comitialibus, cohibent et capillum. mirum his ramentis nihil esse amarius fructuque dulcius. fit et e scobe eius medicamentum ex aqua myrti decocta, subacta et divisa in pastillos, dysintericis utilissimum pondere victoriati cum aquae cyathis tribus.

7 3. (3.) Glans intrita duritias quas cacoethe vocant cum salsa axungia sanat. vehementiores ilignae et in omnibus cortex ipse corticique tunica subiecta. haec decocta iuvat coeliacos. dysintericis et inlinitur vel ipsa glans. eadem resistit serpentium ictibus. rheumatismis, suppurationibus. folia et bacae vel cortex vel sucus decocti prosunt contra toxica. cortex inlinitur decoctus lacte vaccino serpentis plagae, datur et ex vino dysintericis. eadem et ilici vis.

8 4. (4.) Coccum ilicis vulneribus recentibus ex aceto inponitur, epiphoris ex aqua, oculis subfusis sanguine instillatum. est autem genus ex eo in Africa fere et Asia nascens, celerrime in vermis subtilis se mutans, quod ideo scolecium vocant inprobant-
16, 32 que. principalia eius genera diximus.

9 (5.) Nec pauciora gallae genera fecimus, solidam perforatam,
16, 26 item albam nigram, maiorem minorem. vis omnium similis, optima Commagena. excrescentia in corpore tollunt, prosunt gingivis, uvae, oris exulcerationi. crematae et vino extinctae coeliacis, dysintericis inlinuntur, paronychiis ex melle, et unguibus scabris, pterygiis, ulceribus manantibus, condylomatis, vulneribus quae

---

2. media, *V.* 3. inportatur] *ego.* inputatur, *C.* 4. coenet, *d.* cente, *V.* tenet, *a.* 6. R.] *a. om. r.* periit] *ego.* perdidit, *C.* vicendo, *a.* 14. e scobe] *d*(?) ex cobe, *r.* 17. salsa] folia, *V.* 18. ilignae] *ego.* lichenas, *d.* ligna, *r.* 19. coeliacos] *d.* ciliacos, *a.* elia eos, *V.* 27. africa] *Ianus.* attica, *C.* asia] *E.* ania, *r.* 28. vermis subtilis] *Sillig. coni.* vermiculum, *E.* vermis ultimis, *r.* scolechilum, *E.* stultilum, *r. Cf. l. 16,* 32. 31. simili, *V.*

phagedaenica vocantur. in vino autem decoctae auribus instillantur, oculis inlinuntur, adversus eruptiones, panos cum aceto. nucleus commanducatus dentium dolorem sedat, item intertrigines 10
et ambusta. inmaturae ex his *ex* aceto potae lienem consumunt.
5 eaedem crematae et aceto salso extinctae menses sistunt vulvasque procidentis fotu. omnis capillos denigrant.

(6.) Viscum e robore praecipuum diximus haberi, et quo 11
conficeretur modo. quidam contusum in aqua decocunt, donec 16, 30 245
nihil innatet. quidam commanducantes acinos expuunt cortices.
10 optimum quod sine cortice quo*d*que levissimum, extra fulvum, intus porraceum. nihil est glutinosius. emollit, discutit tumores, siccat strumas. cum resina et cera panos mitigat omnis generis.
quidam et galbanum adiciunt pari pondere singulorum, eoque 12
modo et ad vulnera utuntur. unguium scabritias expolit, si sep-
15 tenis diebus solvantur nitroque conluantur. quidam id religione efficacius fieri putant prima luna collectum e robore sine ferro, si terram non attigit, comitialibus mederi, conceptum feminarum adiuvare, si omnino secum habeant, ulcera commanducato inpositoque efficacissime sanari.

20 (7.) Roboris pilulae ex adipe vere ursino alopecias capillo 13
replent. Cerri folia et cortex et glans siccat collectiones suppurationesque, fluctiones sistit. torpentis membrorum partis conroborat decoctum eius fotu, cui et insidere expedit siccandis adstringendisque partibus. radix cerri adversatur scorpionibus.

25 (8.) Suberis cortex tritus ex aqua calida potus sanguinem fluentem ex utralibet parte sistit. eiusdem cinis ex vino calido sanguinem excreantibus magnopere laudatur.

5. (9.) Fagi folia manducantur in gingivarum labrorumque 14
vitiis. calculis glandis fagineae cinis inlinitur, item cum melle
30 alopeciis.

(10.) Cupressi folia trita serpenti*um ictibus* inponuntur, et 15
capiti cum polenta, si a sole doleat, item ramici, qua de causa

---

3. nucleus — 4. aceto] *om. V.* 4. ex] *Hard. om. C.* 5. salse, *V.* 6. potu, *V.* denigrant] *d.* denigrat, *E.* 7. diximus] *d*(?) *om. r.* habere, *V.* 8. conferetur, *E.* 9. nihil] *om. E.* innatat, *E.* cummanducants, [1]*V.* commanducant, *V*[2]. 10. quoque, *C.* 11. intus] in his, *V.* tumores] *codd. Gel.* humores, *d.* umores, *r.* 14. expellit, *V*[2]. si] *E. om. r.* 17. attingat, *V*[*]. attinguat, *V*[1]. 20. vere] *Strack.* vero, *C.* capillos, *C.* 21. replet, *V.* 23. fotu cui] sucum, *V*[2]. insedere, *V d*[2]. sedere, *d*[1]. 25. suberi, *V*[2]. siberi, *V*[1]. 26. ex utralibus ex partes, *V*[1]. ex uteralibus partibus, *V*[2]. 31. serpentium ictibus] serpentibus, *C.* 32. si a] sua, *V.*

et bibuntur. testium quoque tumori cum cera inlinuntur, capillum denigrant ex aceto. eadem trita cum duabus partibus panis mollis e vino Ammineo subacta pedum ac nervorum dolores sedant. pilulae adversus serpentium ictus bibuntur, aut si eiciatur sanguis, collectionibus inlinuntur. ramici quoque tenerae tusae cum axungia et lomento prosunt. bibuntur ex eadem causa.
16 parotidi et strumae cum farina inponuntur. exprimitur sucus tusis cum semine qui mixtus oleo caliginem oculorum aufert. item victoriati pondere in vino potus inlitusque cum fico sicca pingui, exemptis granis, vitia testium sanat, tumores discutit et cum fermento strumas. radix cum foliis trita pota vesicae et stranguriae medetur, et contra phalangia. ramenta pota menses cient, scorpionum ictibus adversantur.

17 (11.) Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem quae cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam. frangit enim eos et extrahit, dolores sedat. cedri sucus ex ea quomodo fieret
16,52 diximus, magni ad *collyria* usus, ni capiti dolorem inferret. defuncta corpora incorrupta aevis servat, viventia corrumpit, mira differentia, cum vitam auferat spirantibus defunctisque pro vita
18 sit. vestis quoque corrumpit et animalia necat. ob haec non censeam in anginis hoc remedio utendum neque in cruditatibus, quod suasere aliqui, gustatu. dentes quoque conluere ex aceto in dolore timuerim vel gravitati aut vermibus aurium instillare. portentum est quod tradunt abortivum fieri in venere ante perfusa virilitate. p*hth*iriasis perunguere eo non dubitaverim, item porrigines. suadent et contra venenum leporis marini bibere in
19 passo. facilius in elephantiasi inlin*un*t. et ulcera sordida et excrescentia in his auctores quidam et oculorum albugines caliginesque inunxere eo et contra pulmonis ulcera cyathum eius sorberi iusserunt, item adversus taenias. fit ex eo et oleum quod pisselaeon vocant, vehementioris ad omnia eadem usus. cedri scobe serpentis fugari certum est, item bacis tritis cum oleo si qui perunguantur.

---

1. cerato, *E.* 6. prosunt] *E.* ponunt, *r.* 8. tussi, *V.* 9. fico] vino, *E.* 10. umores, *E.* tumorem, *V.* 12. medentur, *V.* 15. cedria] *E.* decedria, *d.* decreta, *V.* 17. magna, V^2. collyria] *ego.* volumina, *C.* dolorem] *d.* dolore, *r.* 18. aevis servat] *E.* et viscerat, *d.* et viscera, *V.* 22. gustatu. dentes] *d.* gustu dentes, *E.* custodentes, V^1. custodientes, V^2. 25. viriditate, *V.* ptiriasis, *E.* pteriasis, *r.* 26. et] *om. V.* 27. illinunt, *Brot.* inlinant, V^1. illinant, V^2. si illinant, *E.* 28. quidem, *V.* 29. sorbere, *E.* 31. vehementiores, *V.* 33. perungeatur, *V.*

(12.) Cedrides, hoc est fructus cedri, tussim sanant, uri- 20
nam cient, alvom sistunt, utiles ruptis, convolsis, spasticis,
stranguriae, volvis, contra *aculeata*, lepores marinos eademque
quae supra, collectionibus inflammationibusque. 18

(13.) De galbano diximus, neque umidum neque aridum 21
probatur, et quale docuimus per se bibitur ad tussim veterem, 12,126
suspiria, rupta, convolsa. inponitur ischiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, corpori ab ossibus recedenti, strumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus. inlinitur et cum melle capitis ulceribus. purulentis infunditur auribus cum rosaceo aut nardo. odore comitialibus subvenit, et volva strangulante vel in stomachi defectu. abortus non exeuntis trahit ad- 22
positu vel suffitu, item ramo hellebori circumlitum atque subiectum. serpentis nidore urentium fugari diximus. fugiunt 12,126
et perunctos galbano. medetur et ab scorpione percussis. bibitur et in difficili partu fabae magnitudine in cyatho vini, volvasque conversas corrigit, cum murra autem et vino mortuos partus extrahit. adversatur et venenis, maxime toxicis, cum murra et vino. serpentis oleo et spondylio mixto tactu necat. nocere urinae existimatur.

6. (14.) Similis hammoniaci natura atque lacrimae pro- 23
bandae, ut diximus. mollit, calefacit, discutit, dissolvit, clari- 12,107
tati visus in collyriis convenit, pruritum, cicatrices, albugines oculorum tollit, dentium dolores sedat, efficacius accensum. prodest dyspnoicis, pleuriticis, pulmonibus, vesicis, urinae cruentae, lieni, ischiadicis potum — sic et alvum solvit — articulis et podagrae cum pari pondere picis aut cerae et rosaceo coctum. maturat panos, extrahit clavos cum melle — sic et duritias emollit — lieni cum aceto et cera Cypria vel rosaceo efficacissime inponitur. lassitudines perungui cum aceto et oleo exiguoque nitro utile.

(15.) Et styracis naturam in peregrinis arboribus exposui- 24
mus. placet praeter illa quae diximus maxime pinguis, purus, 12,124
albicantibus fragmentis. medetur tussi, faucibus, pectoris vitiis, vulvae praeclusae duritieve laboranti, ciet menses potu adposituque, alvum mollit. invenio potu modico tristitiam animi re-

---

1. fructus] *codd. Hard.* frutices, *C.* 3. aculeata] *ego.* admota, *C.* 4. quae] *d. om. r.* 6. quales, *E.* *dist. Ianus.* 8. recedenti] *d.* recidendi, *V.* recedentibus, *E.* 12. in] *om. E.* 17. et] et in, *E.* 18. partus] *om. E.* 19. et] et in, *E.* 29. et cera] cum cera, *V.* 32. syracis, *V.* 34. fragmentis] strangentis, *E.*

solvi, largiore contrahi, sonitus aurium emendare infusum, strumas illitum nervorumque nodos. adversatur venenis quae frigore nocent, ideo et cicutae.

25 (16.) Spondylium una demonstratum infunditur capitibus
2 128 phreneticorum et lethargicorum; item capitis doloribus longis. cum oleo vetere bibitur et in iocinerum vitiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, vulvarum strangulatione, quibus et suffitu prodest. alvum mollit. illinitur ulceribus quae serpunt
26 cum ruta. flos auribus purulentis efficaciter infunditur, sed sucus, cum exprimitur, integendus est, quoniam mire adpetitur a muscis et similibus. radix derasa et in fistulas coniecta callum earum erodit. auribus quoque instillatur cum suco. datur et ipsa contra morbum regium et in iocineris vitio et vulvarum. capillos crispos facit peruncto capite.

27 (17.) Sphagnos sive sphacos sive bryon et in Gallia, ut
108 indicavimus, nascitur, vulvis insidentium utilis, item genibus et feminum tumoribus mixtus nasturtio et aquae salsae tritus. cum vino autem et resina sicca potus urinam pellit celerrime. hydropicos inanit cum vino et iuniperis tritus ac potus.

(18.) Terebinthi folia et radix collectionibus inponuntur. decoctum eorum stomachum firmat. semen in capitis dolore bibitur in vino et contra difficultatem urinae, ventrem leniter emollit, venerem excitat.

28 (19.) Piceae et laricis folia trita et in aceto decocta dentium dolori *prosunt*, prodest cinis corticum intertrigini et ambustis. potus alvum sistit, urinam movet, suffitu vulvas corrigit. piceae folia privatim iocineri utilia sunt drachmae pondere in aqna mulsa pota. silvas eas dumtaxat quae picis resinaeque gratia radantur utilissimas esse phthisicis aut qui longa aegritudine non recolligant vires satis constat, et illum caeli aera plus ita quam navigationem Aegyptiam proficere, plus quam lactis herbidos per montium aestiva potus.

29 (20.) Chamaepitys Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis tus terrae, cubitalibus ramis, flore pinus et odore. altera brevior et incurvae similis. tertia eodem odore et ideo nomine quoque, parvola, cauliculo digitali, foliis scabris, exilibus, albis,

---

1. emendare] *Sillig.* emendari, V^2. emendati, V^1. emendat, *E.* 4. spondilium, *C.* 8. serpent, *E.* 11. fistula, *V.* 15. sphacnos, E^2V^2. phagos, E^1. phaonos, V^1. 17. aqua salsa, *E.* 22. leviter, *E.* linit, *V.* 25. prosunt] *ego. om. C.* 30. recolligantur es satis, *V.* caeli] caeri, *V.* 33. latine abiga vocatur dicitur, *E. om. V.* 34. 35. alter alvior (albior, V^2.), *V.* 35. incurva, *V.*

in petris nascens, omnes herbae, sed propter cognationem nominis non differendae. prosunt adversus scorpionum ictus, item iocineri inlitae cum palmis aut cotoneis, renibus et vesicae decoctum earum cum farina hordeacea. morbo quoque regio et 30
5 urinae difficultatibus ex aqua decoctae bibuntur. Novissima contra serpentis valet cum melle, sic et adpositu vulvas purgat. sanguinem densatum extrahit pota. sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus utilis. fiunt ex ea et hydropicis pilulae cum fico alvum trahentes. lumborum dolorem victoriati pondere in
10 vino finit et tussim recentem. mortuos partus ex aceto cocta et pota eicere protinus dicitur.

(21.) Cum honore et pityusa simili de causa dicetur, quam 31
quidam in tithymali genere numerant. frutex est similis piceae, flore parvo purpureo. bilem et pituitam per alvum detrahit radix
15 decocti hemina aut seminis lingula in balanis. folia in aceto decocta furfures cutis emendant, mammas quoque mixto rutae decocto et tormina et serpentium ictus et in totum collectiones incipientis.

(22.) Resinam e supra dictis arboribus gigni docuimus et, 32
20 genera eius et nationes in ratione vini, ac postea in arboribus. 14, 122 16, 38
summae species duae, sicca et liquida. sicca e pinu et picea fit, liquida terebintho, larice, lentisco, cupresso. nam et hae ferunt in Asia et Syria. falluntur qui eandem putant esse e picea atque 33
larice. picea enim pinguem et turis modo sucosam fundit, larix
25 gracilem ac mellei coloris, virus redolentem. medici liquida raro utuntur et in ovo fere e larice propter tussim ulceraque viscerum — nec pinea magnopere in usu — ceteris non nisi coctis. et 34
coquendi genera satis demonstravimus arborum differentia. Pla- 16, 54
cet terebinthina odoratissima atque levissima, nationum Cypria et
30 Syriaca, utraque mellis Attici colore, sed Cypria carnosior crassiorque. in sicco genere quaerunt ut sit candida, pura, perlucida, in omni autem ut montana potius quam campestris, item aquilonia potius quam ab alio vento. resolvitur resina ad volnerum usus et malagmata oleo, in potiones amygdalis amaris. natura 35
35 in medendo contrahere vulnera, purgare, discutere collectiones,

---

12. cum honore] *om.* *V.* 13. quidem, *V.* est] *om.* *V.* 15. lingulam, V^2. linculam, V^1. ligula, *E.* 17. tormina] turbina, *V.* 19. e] *om.* *V.* 23. esse] eam esse, *V.* 23. e picea] picem, *V.* 24. laricem, *V.* pingue, *V.* 25. coloris virus] liquoris verius, *E.* 26. e] *om.* *C.* 27 nec] ut, *E.* 28. *dist. ego.* 29. atque] quae, *V.* 30. crassiorque] crassiorquoc, *V.* sicciorque, *E.* 32. in omni] nomini *V.* 34 petiones, *V.*

item pectoris vitia. Terebinthina inlinitur eadem calida membrorum doloribus spatiatisque in sole avellitur, et totis corporibus mangonum maxime cura ad gracilitatem emendandam, spatiis ita laxantium cutem per singula membra, capacioraque ciborum
36 facienda corpora. Proximum locum optinet e lentisco. inest ei vis adstringendi, movet et ante ceteras urinam. reliquae ventrem molliunt, cruda concocunt, tussim veterem sedant, vulvae onera extrahunt etiam suffitae. privatim adversantur visco, panos et similia cum sebo taurino et melle sanant. palpebras lentiscina commodissime replicat, fractis quoque utilissima et auribus purulentis, item in pruritu genitalium. pinea capitis vulneribus optime medetur.

37 7. (23.) Pix quoqne unde et quibus conficeretur modis indi-
14,127 sqq. cavimus. et eius duo genera, spissum liquidumque. spissarum
16,52 sqq. utilissima medicinae Bruttia, quoniam pinguissima et resinosissima utrasque praebet utilitates, ob id magis rutila quam ceterae. id enim quod in hoc adiciunt, ex mascula arbore meliorem esse,
38 non arbitror posse intellegi. Picis natura excalfacit, explet, adversatur privatim cerastae morsibus cum polenta, item anginae cum melle, destillationibus et sternutamentis a pituita. auribus infunditur cum rosaceo, inlinitur cum cera. sanat lichenas, alvum solvit, excreationis pectoris adiuvat ecligmate aut inlitis tonsillis cum melle. sic et ulcera purgat, explet. cum uva passa et axungia carbunculos purgat et putrescentia ulcera,
39 quae vero serpunt cum pineo cortice aut sulpure. phthisicis cyathi mensura quidam dederunt et contra veterem tussim. rhagadas sedis et pedum panosque et unguis scabros emendat, vulvae duritias et conversiones, odore item lethargicos, strumas cum farina hordeacea et pueri inpubis urina dococta ad suppurationem perducit. et ad alopecias sicca pice utuntur, ad mulierum mammas Bruttia ex vino subfervefacta cum polline farraceo quam calidissimis inpositis.

40 (24.) Liquida pix oleumque quod pisselaeon vocant quemad-
16,52 modum fieret diximus. quidam iterum decocunt et vocant pa-

---

2. spatia usque, *E.* evellitur, *E.* 3. crura, *V.* a gracilitate, *V.* 6. vis] vis et, *V.* 7. molliuntur, *V.* 9. sanat, *V.* 16. magis] a magis, *V.* 17. arborem, *V.* meliorem] *om. V.* 20. destinationibus, *V.* sternutamentis a] sternutamenta, *E.* sternumentis e, *V.* pituitas, *E.* 26. mensuram, *E.* 27. ragadis, *E.* ragadas, *V.* 28. *dist. Urlichs. vind.* 511. 29. cum] item cum, *E.* ad] et, *V.* 31. ex vino] *om. E.* 33. picae, *V.* quod] eo quod, *V.*

limpissam. liquida anginae perunguntur intus. *iuvat* aurium dolores, claritatem oculorum, oris circumlitiones, suspiriosas vulvas, tussim veterem et crebras exscreationes pectoris, spasmos, tremores, opisthotonos, paralysis, nervorum dolores, praestan-
5 tissimum ad canum et iumentorum scabiem.

(25.) Est et pissasphaltos mixta bitumini pice naturaliter 41
ex Apolloniatarum agro. quidam ipsi miscent. praecipuum ad scabiem pecorum remedium aut si fetus mammas laeserit matrum. optimum ex eo quod cum fervet innatat.

10 (26.) Zopissam eradi navibus diximus cera marino sale 16,58
macerata. optima haec a tirocinio navium. additur autem in malagmata ad disutiendas collectiones.

(27.) Taeda decocta in aceto dentium dolores efficaciter coluunt.

15 (28.) Lentisci *ex* arbore et semen et cortex et lacrima 42
urinam cient, alvum sistunt. decoctum eorum ulcera quae serpunt fotu. inlinitur in umidis et igni sacro, gingivas conluit. folia dentibus dolore atteruntur, mobiles decocto coluuntur, capillum tinguit. lacrima sedis vitis prodest, cum quid siccari
20 excalfierive opus sit. decoctum et e lacrima stomacho utile, ructum et urinam movens, quod et capitis doloribus cum polenta illinitur. folia tenera oculis inflammatis illinuntur. mastiche 43
lentisci replicandis palpebris et ad extendendam cutem in facie et zmegmata adhibetur, et sanguinem reicientibus, tussi veteri,
25 et ad omnia quae *acaciae* vis. medetur et attritis partibus sive oleo e semine eius facto ceraeque mixto, sive foliis ex oleo decoctis, sive cum aqua virilia foveantur. scio Democratem medicum in valitudine Considiae M. Servili consularis filiae omnem curationem austeram recusantis diu efficaciter usum lacte capra-
30 rum quas lentisco pascebat.

8. (29.) Platani adversantur vespertilionibus, pilulae ea- 44
rum in vino potae denariorum IIII pondere omnibus serpentium et scorpionum venenis, item ambustis. tunsae autem cum aceto

---

1. iuvat] *ego*. et uva, *C*. arium, *E*. 2. claritati, *V*. suspiriosas — 3. pectoris] *om*. *E*. 6. bituminis, *V*. 7. *dist*. *Urlichs vind*. 512. 8. matrum] maturum, *C*. 9. fervent innatant, *V*. 13. taeda decocta] taede (de te, *E*) decocta (decocto, E^2) eque (que, *E*)*C*. 15. ex arbore] et (est, *E*) arbores, *C*. 17. potu, *V*. 24. zmecmata, *V*. smegmata, *E*. 25. ad — vis] *Sillig*. ad (*om*. *V*). omnia quae ius, (que eius, V^2)*C*. 27. virilia] ut ita, *V*. 28. M.] *om*. V^2. 30. pascebant, *V*. 32. denariorum] *om*. *V*. 33. et scorpionum] *om*. *V*. item] *om*. *E*.

acri magisque scillite sanguinem omnem sistunt et lentiginem
et carcinomata malandriasque veteres addito melle emendant.
45 folia autem et cortex inlinuntur collectionibus et suppurationibus,
et decoctum eorum, corticis autem in aceto dentium remedium
est, foliorum tenerrima in vino albo decocta oculorum. lanugo 5
foliorum et auribus et oculis inutilis. cinis pilularum sanat am-
busta igni vel frigore. cortex e vino scorpionum ictus restinguit.
46 (30.) Fraxinus quam vim adversus serpentes haberet indi-
16, 64 cavimus. semen foliis eius inest, quae medentur iocineris, laterum
doloribus in vino, aquam quae subit cutem extrahunt. corpus 10
obesum levant onere sensim ad maciem reducentia, isdem foliis
cum vino tritis ad virium portionem, ita ut puero quinque folia
tribus cyathis diluantur, robustioribus septem folia quinis vini.
non omittendum ramenta eius et scobem a quibusdam cavenda
praedici. 15

(31.) Aceris radix contunsa e vino iocineris doloribus effi-
cacissime inponitur.

47 (32.) Populi albae uvarum in unguentis usum exposuimus.
12 132 cortex potus ischiadicis et stranguriae prodest, foliorum sucus
calidus aurium dolori. virgam populi in manu tenentibus inter- 20
trigo non metuatur. populus nigra efficacissima habetur quae
in Creta nascitur. comitialibus semen ex aceto in*ditur*. fundit
illa et resinam exiguam, qua utuntur ad malagmata. folia po-
dagris in aceto decocta inponuntur. umor e cavis populi nigrae
effluens et attritu odoratus verrucas papulasque tollit. populi 25
ferunt et in foliis guttam ex qua apes propolim faciunt. gutta
quoque ad quae propolis ex aqua efficax.

48 (33.) Ulmi et folia et cortex et rami vim habent spissandi
et volnera contrahendi. corticis utique interior tilia lepras sedat
et folia ex aceto inlita. corticis denari pondus potum in hemina 30
aquae frigidae alvom purgat pituitasque et aquas privatim trahit.
inponitur et collectionibus lacrima et volneribus et ambustis
49 quae decocto fovere prodest. umor in folliculis arboris huius
nascens cuti nitorem inducit faciemque gratiorem praestat. cau-

---

1. omnem — lentiginem] *om. V.* 2. melandriasque, *E.* 5. decocto, *V.* 6. et auribus] *V*². ut auribus, *r.* 10. quae] quo, *E.* 13. diluantur] dirivantur, *E.* 14. a] *om. E.* 19. et] *om. V.* 22. aceato, *V.* inditur] *ego.* in, *C.* 25. et] ex, *V.* atrita, *V.* odoratus] *Urlichs. vind.* 513. *ex codd. det.* odoratas, *C.* verrucas papulasque] *Urlichs. l. l. huc transposuit, C ante vv.* et attritu *ponunt.* 26. qua — 27. propolis] *om. E.* 27. ad quae] *Ianus.* aquae, *V.* aqua] qua, *E.* 31. trahit] tardit, *V.*

liculi foliorum primi vino decocti tumores sanant extrahuntque per fistulas. idem praestant et tiliae corticis. multi corticem commanducatum volneribus utilissimum putant, folia trita aqua adspersa pedum tumori. umor quoque e medulla, uti diximus, 16,192
5 castratae arboris effluens capillum reddit capiti inlitus defluentisque continet.

(34.) Arbor tilia lenius ad eadem fere utilis est atque 50
oleaster. folia autem tantum in usu et ad infantium ulcera et in ore, et commanducata et decocta, urinam cient, menses si-
10 stunt inlita, sanguinem pota detrahunt.

(35.) Sabucus habet alterum genus magis silvestre quod 51
Graeci chamaeacten, alii helion vocant, multo brevius. utriusque decoctum in vino veteri, foliorum vel seminis vel radicis, ad cyathos binos potum stomacho inutile est, alvo detrahens aquam.
15 refrigerat etiam inflammationem, maxime recentis ambusti, et canis morsum cum polenta mollissimis foliorum inlitis. sucus cerebri collectiones privatimque membranae quae circa cerebrum est lenit infusus. acini eius infirmiores quam reliqua tingunt 52
capillum, poti acetabuli mensura urinam movent. foliorum mollis-
20 sima ex oleo et sale eduntur ad pituitam bilemque detrahendam. ad omnia efficacior quae minor. radicis eius decoctae in vino duo cyathi poti hydropicos exinaniunt, volvas emolliunt, has et foliorum decocta insidentium. caulis teneri mitioris sabuci in patinis cocti alvom solvunt, resistunt folia et serpentium ictibus
25 in vino pota. podagricis cum sebo hircino vehementer prosunt 53
cauliculi inliti, idemque in aqua macerantur ut sparsa ea pulices necentur. foliorum decocto si locus spargatur, muscae necantur. boa appellatur morbus papularum, cum rubent corpora, sabuci ramo verberatur. cortex interior tritus ex vino albo potus al-
30 vom solvit.

(36.) Iunipirus vel ante cetera omnia excalfacit, extenuat, 54
cedro alias similis. et huius duo genera, altera minor altera. utraque accensa serpentes fugat. semen stomachi, pectoris,

---

1. primo, *C.* vino] *d.* vini, *r.* decocto, *V.* 2. et tiliae] *d.* e italia, *V.* et tiliae — 3. putant, *om. E.* corticis] *V.* cortices, *d.* 4. adaspersa, *V.* 7. lenius] leniter tusa, *E.* 8. 9. et in] in, *E.* 9. commanducatum et decoctum, *C.* 12. ameactem, V^2. ameacte, V^1. alii] *om. V.* hellon, *C.* 13. foliorum] et foliorum, *V.* 14. inutilis, *E.* 23. has et] basses, *V.* caudis, *V.* 25. podagris, *V.* 26. idem, *V.* sparsa ea] sparsae, *E.* 28. apellantur morbos, *V.* 32. altera minor altera] *a.* altera minor, *E.* altera minuta, *V.* 33. utraque] *om. a.*

lateris doloribus utile. inflationes algoresque discutit, tussis,
55 concoquit duritias. inlitum tumores sistit, item alvom bacis ex
nigro vino potis, item ventris tumores inlitis. miscetur et anti-
dotis oxyporis, urinas ciet. inlinitur et oculis in epiphoris.
datur convolsis, ruptis, torminibus, volvis, ischiadicis cum vino 5
albo potum pilulis quaternis aut decoctis viginti in vino. sunt
qui et perunguant corpus e semine eius in serpentium ictus.
56 9. (37.) Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit,
sed, si prius colligatur, sanguinem reicientibus prodest. corticis
e ramis primis cinis clavom et callum aqua mixta sanat. vitia 10
57 cutis in facie emendat, magis admixto suco suo. est autem
hic trium generum: unum arbor ipsa exsudat cummium modo,
altero manat in plaga, cum floret, exciso cortice trium digitorum
magnitudine. hic ad expurganda quae obstent oculis, item ad
spissanda quae opus sunt ciendamque urinam et ad omnis colle- 15
ctiones intus extrahendas. tertius sucus est detruncatione ramo-
rum a falce destillans. ex his ergo aliquis cum rosaceo in
calyce punici calfactus auribus infunditur vel folia cocta et cum
58 cera trita inponuntur, item podagricis. cortice et foliis in vino
decoctis foveri nervos utilissimum. flos tritus cum foliis furfures 20
purgat in facie. folia contrita et pota intemperantiam libidinis
coercent atque in totum auferunt usum saepius sumpta. Ame-
rinae nigrae semen cum spuma argenti pari pondere a balneo
inlitum psilotrum est.
59 (38.) Non multum a salice vitilium usu distat vitex, foliorum 25
quoque adspectu, nisi odore gratior esset. Graeci lygon vocant,
alias agnon, quoniam matronae Thesmophoriis Atheniensium
castitatem custodientes his foliis cubitus sibi sternunt. duo ge-
nera eius: maior in arborem salicis modo adsurgit, minor ramosa,
foliis candidioribus lanuginosis. prima album florem mittit cum 30
purpureo, quae et candida vocatur, nigra quae tantum purpureum.
60 nascuntur in palustribus campis. Semen potum vini quendam
saporem habet et dicitur febris solvere et, cum unguantur oleo
admixto, sudorem facere, sicut lassitudinem dissolvere. urinam
cient et menses. caput temptant vini modo — nam et odor 35

---

1. inflammationes, *E.* tussis] *cod. Tol.* tusses, *E.* usis, *V.* *dist. ego.* 7. ictus] metus, *E.* 13. altero] *Ianus.* alterum, *C.* flore, *C.* 14. obsistent, *V.* 17. distillans, *E.* 18. punico, *V.* vel] *om. V.* 20. decoctis] *d.* decocti, *r.* 26. lycon, *C.* 29. in] *om. C.* 30. prime, *V.* album] *Barb.* arborum, *C.* 32. in] *om. V.* 34. admixtum, *V.* 35. ciet, *V.* nam et] nam, *E.*

similis est — inflationes pellunt in inferiora, alvom sistunt, hydropicis et lienibus perquam utiles. lactis ubertatem faciunt, 61
adversantur venenis serpentium, maxime quae frigus inferunt. minor efficacior ad serpentes, bibitur seminis drachma in vino
5 vel posca aut duabus foliorum tenerrimorum. et inlinuntur utraque adversus araneorum morsus, vel perunctis tantum, suffitu quoque aut substratu fugant venenata. ad venerem impetus 62
inhibent, eoque maxime phalangiis adversantur quorum morsus genitale excitat. capitis dolorem ex ebrietate sedant cum rosaceo
10 flos tenerique cauliculi. seminis decoctum vehementiorem capitis dolorem dissolvit fotu, et volvam etiam suffitu vel adpositu purgat, alvom cum puleio et melle potum. vomicas et panos difficile concoquentes cum farina hordeacea mollit. lichenas et 63
lentigines cum aphronitro et aceto semen sanat, et oris ulcera
15 et eruptionum cum melle, testium cum butyro et foliis vitium, rhagadas sedis cum aqua illitum, luxata cum sale et nitro et cera. et semine et folio additur in malagmata nervorum et podagras. semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia et phren*esi*. virgam qui in manu habeant aut in cinctu ne-
20 gantur intertriginem sentire.

(39.) Ericen Graeci vocant fruticem non multum a myrice 64
differentem, colore roris marini et paene folio. hoc adversari serpentibus tradunt.

(40.) Genista quoque vinculi usum praestat, floris apibus 65
25 gratissimi. dubito an haec sit quam Graeci auctores sparton appellavere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim, et numquid hanc designaverit Homerus, cum dixit navium 19,15
sparta dissoluta. nondum enim fuisse Hispanum Africanumve spartum in usu certum est, et cum fierent sutiles naves, lino
30 tamen, non sparto umquam sutas. semen eius, quod Graeci eodem nomine appellant in folliculis passiolorum modo nascens purgat hellebori vice drachma et dimidia pota in aquae mulsae cyathis quattuor ieiunis. rami similiter frondei aceto macerati 66
pluribus diebus et tunsi sucum dant ischiadicis utilem cyathi

---

1. est] et, *V*. inflammationes, *E*. 4. eminis, *V*. 11. potu, *V*. adpositae, *V*. 16. bulitum luxatis, *V*. 17. semen et folium, *E*. 18. podagra, *V*. lethargi, *V*. 19. phreni, *E*. freni, *V*. 21. a myrice] ab ilice, V^2. bilice, V^1. 24. flores, *E*. 25. quam] quod, *E*. 28. hispanum] *cod. Tol.* spanum, *V*. *om. E*. efricanumve, V^1. africanum vel, *E*. 29. spartum] siarum, *V*. 31. passiolum, *V*. nascentium, *C*. 33. frondei] *Ianus*. fronde in, *C*.

unius potu. quidam marina aqua macerare malunt et infundere
clystere. perunguntur eodem suco ischiadici addito oleo. quidam
et ad stranguriam utuntur semine. genista tunsa cum axungia
genua dolentia sanat.

67 (41.) Myricen iam ericam vocat Lenaeus similem scopis 5
Amerinis, sanari dicit ea carcinomata in vino decocta tritaque
cum melle inlita. eandem esse arbitrantur quidam tamaricen.
sed ad lienem praecipua est, si sucus eius expressus in vino
bibatnr. adeoque mirabilem eius antipathian contra solum hoc
viscerum faciunt, ut adfirment, si ex ea alveis factis bibant sues 10
68 sine liene inveniri. et ideo homini quoque splenico cibum po-
tumque dant in vasis ex ea factis. gravis autem auctor in me-
dicina virgam ex ea defractam, ut neque terram neque ferrum
attingeret, sedare ventris dolores adseveravit inpositam ita ut
tunica cinctuque corpori adprimeretur. volgus infelicem arbo- 15
16,108 rem eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat nec seratur
umquam.

69 (42.) Corinthus et quae circa est Graecia bryan vocat
eiusque duo genera facit, silvestrem plane sterilem, alteram
mitiorem. haec fert in Aegypto Syriaque etiam abundanter 20
lignosum fructum maiorem galla, asperum gustu, quo medici
utuntur vice gallae in conpositionibus quas antheras vocant.
et lignum autem et flos et folia et cortex in eosdem usus adhi-
70 bentur, quamquam remissiora. datur sanguinem reicientibus
cortex tritus et contra profluvia feminarum, coeliacis quoque. 25
idem tunsus inpositusque collectiones omnis inhibet. foliis ex-
primitur sucus ad haec eadem. et in vino decocuntnr, ipsa
vero adiecto melle gangraenis inlinuntur. decoctum eorum
in vino potum vel *ipsa* imposita cum rosaceo et ceria sedant.
71 sic et epinyctidas sanant, dentium dolori *et* aurium decoctum 30
eorum salutare est, radix ad eadem similiter. folia hoc amplius
ad ea quae serpunt inponuntur cum polenta. semen drachmae
pondere adversus phalangia et araneos bibitur, cum altilium
vero pingui furunculis inponitur. efficax et contra serpentium
72 ictus praeterquam aspidum. nec non morbo regio, phthiriasi, 35

---

1. poti, *E*. 5. iam] *Ianus*. eam, *E*. cam, *V*. vocant, *V*. 6. samerinis, *V*. 7. inlita] inlitam esse, *E*. 10. sues] ues, V^1. aves, V^2. 12. autem] *om. E*. 16. servatur, *V*. 18. graecia — 19. facit] *om. E*. 18. vocant, *V*. 20. fere, *V*. 29. vel] *om. V*. ipsa] *Sillig*. *om. C*. ceria] *ego*. cera, *C*. 30. dolori et] *ego*. dolori, *d*. dolore, *r*. 31. ad] *om. V*. 33. altillum, *V*. ad illum, *E*. 35. tiriasi, *V*.

lendibus decoctum infusum prodest abundantiamque mulierum sistit. cinis arboris ad omnia eadem prodest. aiunt, si bovis castrati urinae immisceatur vel in potu vel in cibo, venerem finiri. carbo ex eo genere urina ea restinctus in umbra con-
5 ditur, idem cum libeat accendere resolvitur. magi id et spadonis urina fieri tradiderunt.

10. (43.) Nec virga sanguinea felicior habetur. cortex 73
eius interior cicatrices quae praesanuere aperit.

(44.) Sileris folia inlita fronti capitis dolores sedant. eius-
10 dem semen contritum in oleo phthiriasis coercet. serpentes et hunc fruticem fugiunt baculumque rustici ob id ex eo gerunt.

(45.) Ligustrum si eadem arbor est quae in oriente cypros, 74
suos in Europa usus habet, sucus eius *in* nervos, articulos, algores, folia ubique veteri ulceri, cum salis mica et oris exul-
15 cerationibus prosunt, acini contra phthiriasim, item contra intertrigines vel folia. sanant et gallinaceorum pituitas acini.

(46.) Folia alni ex ferventi aqua remedio sunt tumoris.

(47.) Hederae genera viginti demonstravimus. natura om- 75
nium in medicina anceps. mentem turbat et caput purgat 16, 144 sqq.
20 largius pota, nervis intus nocet, iisdem nervis adhibita foris prodest. eadem natura quae aceto est, omnia genera eius refrigerant. urinam cient potu, capitis dolorem sedant, praecipue cerebro continentique cerebrum membranae utiliter mollibus inpositis foliis cum aceto et rosaceo tritis et decoctis, addito
25 postea rosaceo oleo. inlinuntur autem fronti et decocto eorum 76
fovetur os caputque perunguitur. lieni et pota et inlita prosunt. decocuntur et contra horrores febrium eruptionesque pituitae aut in vino teruntur. corymbi quoque poti vel inliti lienem sanant, iocinera autem inliti. trahunt et menses adpositi. sucus
30 hederae taedia narium graveolentiamque emendat, praecipue albae sativae. idem infusus naribus caput purgat, efficacius 77
addito nitro. infunditur etiam purulentis auribus aut dolentibus cum oleo. cicatricibus quoque decorem facit. ad lienes efficacior albae ferro calefactus. satis est acinos sex in vini cyathis
35 duobus sumi. acini ex eadem alba terni in aceto mulso poti *tae*nias pellunt, in qua curatione ventri quoque inposuisse eos utile est. *h*ederae quam chrys*oc*ar*p*on appellavimus bacis aurei 16, 147

---

3. misceatur, *V*. 5. id et] et id ei, *E*. 8. praesanavere, *V*.
12. si] si ex, *E*. 13. eius] habet eius, *E*. in] *Sillig. om. C.*
14. exulceratione, *V*. 16. vel folia] foliave, *E*. 35. ex] *om. E.*
36. taenias] *Dal.* tineas, *C*. 37. edera, *C*. chrysalarion, *V*. in chrysolario, *E*. appellavimus] *codd. Barb.* alii (alv, *E*) ellavimus (ellavim,

coloris viginti in vini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquam quae cutem subierit urina educit Erasistratus. eiusdem acinos quinque tritos in rosacee oleo calefactosque in cortice
78 punici instillavit dentium dolori a contraria auri. acini qui croci sucum habent praesumpti potu a crapula tutos praestant, 5 item sanguinem excreantes aut torminibus laborantes. hederae nigrae candidiores corymbi poti sterilis etiam viros faciunt. inlinitur decocta quaecumque in vino omnium ulcerum generi,
79 etiamsi cacoethe sint. lacrima hederae psilotrum est phthiriasimque tollit. flos cuiuscumque generis trium digitorum captu dysinte- 10 ricos et alvom citam emendat in vino austero bis die potus. et ambustis inlinitur utiliter cum cera. denigrant capillum corymbi. radicis sucus in aceto potus contra phalangia prodest.
80 huius quoque ligni vaso splenicos bibentis sanari invenio. et acinos terunt moxque comburunt et ita inlinunt ambusta prius 15 perfusa aqua calida. sunt et qui incidant suci gratia eoque utantur ad dentis erosos, frangique tradunt, proximis cera munitis ne laedantur. gummi etiam in hedera quaerunt, quam ex aceto utilissimam dentibus promittunt.

81 (48.) Graeci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem 20 maiorem thymo, foliis ocimi. duo eius genera: flos masculo rosaceus, feminae albus. ambo prosunt dysintericis et solutionibus ventris in vino austero ternis digitis flore capto et similiter bis die poto, ulceribus veteribus et ambustis cum cera et per se oris ulceribus. sub his maxime nascitur hypocist*h*is, quam inter 25
26,49 herbas dicemus.

82 (49.) Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis hederae, coxendicibus utilis e vino potus, item lumbis, tanta vi ac*i*ni ut sanguinem urina detrahat. item chamaecis*s*on appellant hederam non attollentem se a terra. et haec contunsa in vino acetabuli 30 mensura lieni medetur, folia ambustis cum axungia. milax quoque, qui anthophoros cognominatur, similitudinem hederae

---

V^2. ellimus, *E*)*C*. 2. ducit, *E*. 4. punico, *V*. aure, *E*. 5 a] *om*. *E*. 6. aut — laborantes] *om*. *V*. 7. nigris, *E*V^1. 9. pthiariasmiquae, *V*. 11. citam] *cod. det.* citum, *E*. citamen, *V*. 14. vasa, *E*. 15. mox, *V*. 16. qui] *om*. *E*. suci] subici, *V*. eoque] quoque, *V*. 17. cera munitis ne] certaminum itis, *V*. 18. laedant, *E*. 25. hypocistis, *V*. hypocitis, *E*. 27. hederas, *E*. 28. tanta vi] *Pint*. tantam (tantum, *V*) vim, *C*. acini ut] *Gron*. accipiunt, *E*. accipi ut, *V*. 29. detrahant, *E*. chamaeciston, *E*. chameciston, *V*. 30. in] a, *V*. 31. ambustis] *d*. ambusti, *r*. 32. qui anthophoros] *Salm*. quia intophoros, *E*. qui athoporos, *V*.

habet, tenuioribus foliis. coronam ex eo factam inpari foliorum numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera 83
milacis dixere: alterum inmortalitati proximum in convallibus opacis scandentem arborum * comantibus acinorum corymbis con-
5 tra venenata omnia efficacissimi in tantum acinorum suco infantibus saepe instillato nulla postea venena nocitura. alterum genus culta amare et in his gigni, nullius effectus. illam esse 16, 155
milacem priorem cuius lignum ad aures sonare diximus. Similem 84
huic aliqui clematida appellaverunt, repentem per arbores, ge-
10 niculatam et ipsam. folia eius lepras purgant, semen alvum solvit acetabuli mensura in aquae hemina aut aqua mulsa. datur ex eadem causa et decoctum eius.

11. (50.) Harundinis genera XXVIII demonstravimus, non 85
aliter evidentiore illa naturae vi quam continuis his voluminibus 16, 156 sq.
15 tractamus, siquidem harundinis radix contrita inposita filicis stirpem corpore extrahit, item harundinem filicis radix. et quo plura genera faciamus, illa quae in Iudaea Syriaque nascitur odorum unguentorumque causa urinam movet cum gramine aut apii semine decocta, ciet et menstrua admota. medetur convulsis 86
20 duobus obolis pota, iocineri, renibus, hydropi, tussi etiam suffitu magisque cum resina, furfuribus ulcerumque manantibus cum murra decocta. excipitur et sucus eius fitque elaterio similis. efficacissima in omni harundine quae proxima a radice, efficaciora genicula. harundo Cypria, quae donax vocatur, corticis cinere
25 alopecias emendat, item putrescentia ulcera. foliis eius ad extra- 87
hendos aculeos utuntur, efficacibus et contra ignis sacros collectionesque omnes. vulgaris harundo extractoriam vim habet et recens tusa, non in radice tantum, multi enim et ipsam harundinem tradunt. medetur et luxatis et spinae doloribus radix in
30 aceto inlita, eadem recens trita et in vino pota venerem concitat. harundinum lanugo inlata auribus obtundit auditum.

(51.) Cognata in Aegypto res est harundini papyrum, prae- 88

---

1. habet] *om. E.* coronam] *om. E.* 3. inmortalitati — 4. arborum] *om. E.* 4. candentem, *a.* arborum] *V.* alterum, *a.* commantibus, *V.* comminantibus, *a.* 6. nullam, *V.* 7. illa, *V.* 9. clementides, *V.* 10. purgat, *V.* 13. XXXVIII i, *V.* 14. vi] *Pint.* ut, *C.* 15. et imposita, *E.* 17. faciamus] *ego.* facimus, *V.* fecimus, *E*(?) 18. odorem, *V.* urinarum, *V.* 19. et] *om. E.* medetur — 20. pota] *om. E.* 23. a radice] *Sillig. coni.* radici et, *E.* radice, *V.* 24. corticis] *d*(?). cortici, *r.* 25. pitirescentia, V^1. pituita recentia, V^2. 26. efficacius, *E.* 28. multi] *ego.* multum, *C.* 29. dolores, *C.* 30. inlata] V^1. illata, V^2. inlita, *E*(?). 32. cognata] *Barb.* cognita, *C.* papyrum] ipsarum, *V.*

cipuae utilitatis, cum inaruit, ad laxandas siccandasque fistulas et intumescendo ad introitum medicamentorum aperiendas. charta quae fit ex eo cremata inter caustica est. cinis eius ex vino potus somnum facit, ipsa ex aqua inposita callum sanat.

89 (52.) Ne in Aegypto quidem nascitur hebenus, ut docuimus, 5
12,17 nec tractamus in medicina alienos orbes, non omittetur tamen propter miraculum. scobem eius oculis unice mederi dicunt, lignoque ad cotem trito cum passo caliginem discuti, ex aqua vero radice albugines oculorum, item tussim pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle. hebenum medici et inter erodentia adsumunt. 10

90 (53.) Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit Latinum, rhododaphnen vocant aut nerium. mirum folia eius quadripedum venenum esse, homini vero contra serpentes praesidium ruta addita e vino pota. pecus etiam et caprae, si aquam 15 biberint in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

91 (54.) Nec rhus Latinum nomen habet, cum in usum pluribus modis veniat. nam et herba est silvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quae tineas pellit, et frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali, cuius aridis foliis *ut* 20
92 malicorio coria perficiuntur. medici autem rhoicis utuntur ad contusa, item coeliacos et sedis ulcera aut quae phagedaenas vocant. trita cum melle et inlita cum aceto **. decoctum eorum instillatur auribus purulentis. fit et stomatice decoctis ramis ad eadem quae ex moris, sed efficacior admixto alumine. inlinitur 25 eadem hydropicorum tumori.

93 (55.) Rhus qui erythros appellatur semen est huius fruticis. vim habet adstringendi refrigerandique. adspergitur pro sale obsoniis alvo soluta, omnesque carnes cum silphio suaviores facit. medetur ulceribus manantibus cum melle, asperitati linguae, per- 30 cussis, lividis, desquamatis eodem modo, capitis vulnera ad cicatricem celerrime perducit, feminarum abundantiam sistit cibo.

94 (56.) Alia res erythrodanum, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanae pellesque perficiuntur. in medicina urinam ciet, morbum regium sanat ex aqua mulsa, 35 et lichenas ex aceto inlita, ischiadicos, paralyticos ita ut bibentes

---

3. eo] ea, *E.* 4. somnium, *E.* 5. ne] *om. V.* 8. discutit, *E.* 15. addita e] addite, *V.* 17. in usum] V^2. musum, V^1. in orum, *E.* 19. tineas] *cod. Tol.* teneas, *V.* teneant, *E.* 20. digitalis, *C.* ut] et, *C.* 21. rochis, *V.* 23. inlita] intrita, *V.* *lac. significavit Urlichs. vind. 517.* 27. qua, *E.* 29. alvos solvit, *E.* 33. quem, *V.* 36. et] et in, *E.* sciaticos, *V.* et ischiadicos, *E*(?)

laventur cotidie. radix semenque trahunt menses, alvum sistunt et collectiones discutiunt. contra serpentes rami cum foliis inponuntur. folia et capillum inficiunt. invenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice etiam si alligatus spectetur tantum.

(57.) Distat ab eo qui alysson vocatur foliis tantum et ramis 95
minoribus, nomen accepit quod a cane morsos rabiem sentire non patitur ex aceto potus adalligatusque. mirum est quod additur, saniem conspecto omnino frutice eo siccari.

(58.) Tinguentibus et radicula lanas praeparat quam stru- 96
thion a Graecis vocari diximus. medetur morbo regio et ipsa 19,48
decocto eius poto, item pectoris vitiis. urinam ciet, alvum solvit et vulvas purgat, quamobrem aureum poterion medici vocant. ea et ex melle prodest magnifice ad tussim, orthopnoeae coclearis mensura, cum polenta vero et aceto lepras tollit. eadem cum 97
panace et capparis radice calculos frangit pellitque, panos discutit cum farina hordeacia vino decocta. miscetur et malagmatis et collyris claritatis causa, sternutamento utilis inter pauca, lieni quoque ac iocineri. eadem pota denari unius pondere ex aqua mulsa suspiriosos sanat, sic et pleureticos et omnes lateris doloris. Apocyni semen ex aqua — frutex est folio hederae, mol- 98
liore tamen, et minus longis viticulis, semine acuto, diviso, lanuginoso, gravi odore — canes et omnes quadripedes necat in cibo datum.

(59.) *Dictum* rosmarinum est. duo genera eius: alterum 99
sterile, alterum cui et caulis et semen resinaceum, quod cachrys 19,187
vocatur. foliis odor turis. radix vulnera sanat viridis inposita et sedis procidentia, condylomata, haemorrhoidas, sucus et fruticis et radicis morbum regium et ea quae repurganda sunt. ocu- lorum aciem exacuit. semen ad vetera pectoris vitia datur potui 100
et ad vulvas cum vino et pipere, menses adiuvat, podagris inlinitur cum aerina farina, purgat etiam lentigines et quae excalfacienda sint, aut cum sudor quaerendus, inlitum, item convulsis.

---

3. incipiunt, *E.* 6. alyson, *E.* allyson, *V.* tantum] *d.* in tantum, *r.* 9. saniem] *codd. Barb.* insaniam, *C.* eo siccari] os sicari, *V.* 10. lanas] ramis, *V.* 11. medetur] medetur vir, *V.* ipsam, *V.* 12. decocta, *C.* pota, *E.* 13. poterion] *Sillig. coni.* pectori, *E.* petition, *V.* 13. 14. ea et ex] ex ea et, *C.* 14. ad tussim orthopnoeae] *E.* a, *V.* 17. vino] et vino, *E.* 18. sternutamento] *d.* sternumentum, *E.* sternuntamentum, *V.* 19. ac] *om. E.* 22. vitiaculis, *V.* 25. Dictum] *Urlichs. vind. 519. om. C.* est] et, *V.* 32. herina, *V.*

auget et lacte in vino potum, item radix. ipsa herba strumis cum aceto inlinitur, ad tussim cum melle prodest.

101 (60.) Cachrys multa genera habet, ut diximus. sed haec
16,30 sq. quae ex rore supra dicto nascitur, *si* fricetur, resinosa est. adversatur venenis et venenatis praeterquam anguibus. sudores movet, tormina discutit, lactis ubertatem facit.

102 (61.) Herba Sabina brathy appellata a Graecis duorum generum est, altera tamarici folio similis, altera cupressi. quare quidam Creticam cupressum dixerunt. a multis in suffitus pro ture adsumitur, in medicamentis vero duplicato pondere eosdem effectus habere quos cinnamum traditur. collectiones minuit et nomas conpescit, inlita ulcera purgat, partus emortuos adposita extrahit et suffita. inlinitur igni sacro et carbunculis, cum melle *et* vino pota regio morbo medetur. gallinacii generis pituitas fumo eius herbae sanari tradunt.

103 (62.) Similis herbae huic Sabinae est selago appellata. legitur sine ferro dextra manu per tunicam qua sinistra exuitur velut a furante, candida veste vestito pureque lautis nudis pedibus, sacro facto prius quam legatur pane vinoque. fertur in mappa nova. hanc contra perniciem omnem habendam prodidere Druidae Gallorum et contra omni*a* oculorum vitia fum*um* eius prodesse.

104 (63.) Idem samo*l*um herbam nominavere nascentem in umidis, et hanc sinistra manu legi a ieiunis contra morbos suum boumque, nec respicere legentem, neque alibi quam in canali deponere, ibi conterere poturis.

105 (64.) Cummium genera diximus. in his maiores effectus
13,66 sq. melioris cuiusque erunt. dentibus inutiles sunt, sanguinem coagulant et ideo reicientibus sanguinem prosunt, item ambustis, arteriae vitiis inutiles, urinam cient, amaritudines hebetant adstrictis ceteris visceribus. quae ex amygdala amara est spissandique effi-
106 cacior, habet excalfactorias vires. pos*t*ponuntur prunorum autem et cerasorum ac vitium. siccant inlitae et adstringunt, ex aceto vero infantium lichenes sanant, prosunt et tussi veteri quattuor

---

1. lactem, *V.* 4. si] *om. C.* 8. alii terra marici, *E.* alia et marici, *V.* cupressi] V^2. cupressu, V^1. cupresso, *E.* 9. a multis] ut vilis, *E.* 11. inuit, *V.* 14. ex, *C.* pituita, *V.* 16. herba, *V.* est] eius, *E.* 17. sinistram, *V.* a] *om. E.* 19. pare, *V.* 21. omnium, *C.* fumo, *C.* 22. samosum, *C.* 24. alibi] *om. V.* 25. continerere, *V.* 26. in] ex, *E.* 27. melioris] in melioris, *E.* coagulant] reiciunt, *E.* 28. reiicientibus, *E.* eicientibus, *V.* 29. inutilem, *E.* cient] cient arteriae vitiis, *V.* 30. visceribus] *Urlichs. vind. 520 hoc loco posuit, C pone v.* spissandique. 31. vires] *om. V.* postponuntur] *ego. coll. l. 13, 66 sq.* proponuntur, *C.*

obolis in mixto potis. creduntur et colorem gratiorem facere ciborumque adpetentiam, et calculosis prodesse cum passo potae. oculorum et vulnerum utilitatibus maxime conveniunt.

12. (65.) Spinae Arabicae laudes in odorum loco diximus, 107
5 et ipsa stringit spissatque destillationes omnes et sanguinis ex- 13,63
creationes mensumque abundantiam, etiamnum radice valentior.

(66.) Spinae albae semen contra scorpiones auxiliatur. co- 108
rona ex ea inpositia capitis dolores minuit. est huic similis quam Graeci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per
10 extremitates et araneosa lanugine obductis, qua collecta etiam vestes quaedam bombycinis similis fiunt in oriente. ipsa folia vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur.

(67.) Et acaciae spina fit in Aegypto alba nigraque arbore, 109
item viridis, sed longe melior prioribus. fit et in Galatia deter-
15 rima spinosiore arbore. Semen omnium lenticulae simile, minore tantum et grano et folliculo. colligitur autumno, ante collectum nimio validius spissat. sucus ex folliculis aqua caelesti perfusis, mox in pila tusis exprimitur organis, tunc densatur in sole mortariis in pastillos. fit et foliis minus efficax. ad coria per-
20 ficienda semine pro galla utuntur. foliorum sucus et Galaticae 110
acaciae nigerrimus inprobatur, item qui valde rufus. purpurea aut leucophaea et quae facillime diluitur vi summa ad spissandum refrigerandumque est, oculorum medicamentis ante alia utilis. lavantur in eos usus pastilli, ab alis torrentur, ab alis peruruntur.
25 capillum tingunt, sanant ignem sacrum, ulcera quae serpunt et umida vitia corporis, collectiones, articulos contusos, perniones, pterygia. abundantiam mensum in feminis sistunt volvamque et sedem procidentes, item oculos, oris ulcera et genitalium.

13. (68.) Vulgaris quoque haec spina ex qua *a*enae fulloniae 111
30 inplentur radicis usus habet. per Hispanias quidem multi et inter odores et ad unguenta utuntur illa aspalathum vocantes. est sine dubio hoc nomine spina silvestris in oriente, ut diximus, 12,110

---

1. oboli, *V.* 3. inutilitatibus, *C.* 4. spinae Arabicae] *Urlichs. vind. 521.* spina aegyptia (aegyptiae, *V.*) spinae arabicae, *C.* 5. spissat stringitque, *E*(?) omnes — 6. excreationes] *om. V.* 10. qua] a, *V.* 12. radice, *V.* opistotonis, *V.* 13. arbores, *V.* 14. viridi, *E.* melior] *ego.* meliorē, *E.* meliorem, *V.* teterrima, *E.* 15. spinosior, *C.* minore] *Sillig.* minor est, *V.* minor, *E.* 17. ex] et, *V.* folliculus, *V.* 22. vis, *E.* 23. utilis] *Dal.* utiles, *C.* 24. labantur, *V.* levantur, *E.* eos usus] eo sucus, *V.* pastillis, *V.* peruruntur] *om. E.* 27. alvam que, *V.* 29. qua aenae] *Sillig. coll. l. 27, 92.* qua enae, *V.* quae unae, *E.* follonis, *V.* 30. Hispanias] spinas, *V.*

112 candida, magnitudine et arboris iustae, (69.) sed et frutex humilior, aeque spinosus, in Nisyro et Rhodiorum insulis, quem ali erysisceptrum, ali sphagnon, Syri diaxylon vocant. optimus qui minime ferulaceus, rubens aut in purpuram vergens detracto
113 cortice. nascitur pluribus locis, sed non ubique odoratus. quam
12,110 vim haberet caelesti arcu in eum innixo diximus. sanat taetra oris ulcera et ozaenas, genitalia exulcerata aut carbunculantia, item rhagadia, inflationes potu discutit et strangurias. cortex sanguinem reddentibus medetur. decoctum eius alvum sistit. similia praestare silvestrem quoque putant.

114 (70.) Spina est appendix appellata, quoniam bacae puniceo colore in ea appendices vocantur. hae crudae per se et aridae in vino decoctae alvum citam ac tormina conpescunt. Pyrrhacanthae bacae contra serpentium ictus bibuntur.

115 (71.) Paliurus quoque spinae genus est. semen eius Afri zuram vocant, contra scorpiones efficacissimum, item calculosis et tussi. folia adstrictoriam vim habent. radix discutit panos, collectiones, vomicas, urinas trahit pota. decoctum eius in vino alvum sistit, serpentibus adversatur. radix praecipue datur in vino.

116 (72.) Aquifolia contusa addito sale articulorum morbis prosunt, bacae purgationi feminarum, coeliacis, dysintericis, cholericis. in vino potae sistunt alvum. radix decocta et inlita extrahit infixa corpori, utilissima et luxatis tumoribusque. Aquifolia arbor in domo aut villa sata veneficia arcet. flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit, item baculum ex ea factum in quodvis animal emissum, etiamsi citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese cupito propius adlabi, tam praecipuam naturam inesse arbori. Taxi arboris fumus necat mures.

117 (73.) Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura, ideoque et mora his, hoc est vel hominibus cibos, dedit. vim habent siccandi, adstringendi, gingivis, tonsillis, genitalibus accommodatissimi. adversantur serpentium sceleratissimis, haemorrhoidi et

---

1. et arboris] arboris, *E*. 2. nysirio, *V*[1]. asiriae, *V*[2]. 3. syri (syris, *V*) sceptrum, *C*. ali sphagnon] *Pint*. adipsapheoeon, *V*. alii atipsiphoe, *E*. diaxylon] *Sillig*. diazyron, *V*. diatiron, *E*. 4. aut] et, *E*. 6. arcum, *V*. innoxo, *V*. aetra, *V*[1]. a, *V*[2]. 7. ulcera — exulcerata] ulcerata, *V*. 8. potus, *V*. 9. sistit] sistit cortex, *C*. 13. citant, *V*. 15. quod, *E*. apri, *V*. 18. vomitas, *V*[1]. vocat, *E*. 20. aquifolia] *ego*. aliqui folia, *E*. folia aliqui, *V*. 23. utilissime, *E*. 24. flos, *E*. aqua, *V*. 27. sese cupito] *ego*. sese cubito, *V*. se recubitu, *E*. 30. dedit. vim] *d*. deditum, *V*. habet dedit vim, *E*. habet, *V*.

presteri, flos aut mora scorpionibus, vulnera sine collectionum
periculo iungunt, urinas eorum caules cient. teneri tunduntur 118
exprimiturque sucus, mox sole cogitur in crassitudinem mellis,
singulari remedio contra mala oris oculorumque, sanguinem
5 exscreantis, anginas, vulvas, sedes, coeliacos intellegitur potus
aut inlitus. oris quidem vitiis etiam folia commanducata prosunt,
et ulceribus manantibus aut quibuscumque in capite inlinuntur.
cardiacis vel sic per se inponuntur a mamma sinistra, item sto-
macho in doloribus oculisque procidentibus. instillatur sucus 119
10 eorum et auribus. sanat condylomata cum rosaceo cerato. cauli-
culorum ex vino decoctum uvae praesentaneum remedium est.
idem per se in cibo sumpti cymae modo aut decocti in vino
austero labantis dentes firmant. alvum sistunt et profluvia san-
guinis, dysintericis prosunt. siccantur in umbra, ut cinis crema-
15 torum uvam reprimat. folia quoque arefacta et contusa iumento-
rum ulceribus utilia traduntur. mora quae in his nascuntur vel 120
efficaciorem stomaticen praebuerint quam sativa morus. eadem
compositione vel cum hypocisthide tantum et melle bibuntur in
cholera et a cardiacis et contra araneos. inter medicamenta
20 quae styptica vocant nihil efficacius rubi mora ferentis radice
decocta in vino ad tertias partes, ut coluantur eo oris ulcera et
sedis foveanturque, tanta vis est ut spongeae ipsae lapidescant.
(74.) Alterum genus rubi in quo rosa nascitur gignit pilu- 121
lam castaneae similem, calculosis praecipuo remedio. alia est
25 cynorrhoda quam proximo dicemus volumine. 14. Cynosbaton 25, 17
ali cynapanxin, ali neurospaston vocant. folium habet vestigio sq.
hominis simile. fert et uvam nigram, in cuius acino nervom
habet, unde neurospastos dicitur tota, alia quam cappari quod
medici cynosbaton appellarunt. huius thyrsus ad remedia splenis
30 et inflationes conditus ex aceto manditur. nervos eius cum
mastiche Chia commanducatus os purgat. Ruborum rosa alo- 122
pecias cum axungia emendat, mora capillum tingunt cum omphacino oleo. flos mori messe colligitur. candidus pleureticis praecipuus ex vino potus, item coeliacis. radix ad tertias decocta

---

2. iugunt, *E.* iunguntur, *V.* teneri] eorum teneri, *V.* 5. ut intellegitur, *E.* 8. item] item in, *E.* 11. uvae] *Hard.* ue, *C.* 14. prosunt] *om. E.* aut, *V.* 16. quae] *om. V.* 17. saliva, *V.* 21. ut] *om. E.* 26. vestigium, *V.* 28. habent, *V.* tota] *om. E.* *dist. Urlichs. vind. 524.* quod] quam, *E.* 29. appellantur, V^1. appellant, V^2. 31. masticae thia, *V.* 33. messes, *E.* candidius, *E.*

alvum sistit et sanguinem, item dentes collutos decocto. eodem suco foventur sedis atque genitalium ulcera. cinis e radice reprimit uvam.

123 (75.) Idaeus rubus appellatus est, quoniam in Ida non alius nascitur. est autem tenerior ac minor, rarioribus calamis innocentioribusque, sub arborum umbra nascens. huius flos cum melle epiphoris inlinitur et ignibus sacris, stomachicisque ex aqua bibendus datur, cetera eadem praestat quae supra dicta.

124 (76.) Inter genera ruborum rhamnos appellatur a Graecis candidior et fruticosior. is floret ramos spargens rectis aculeis, non ut ceteri aduncis, foliis maioribus. alterum genus eius silvestre, nigrius et quadamtenus rubens, fert veluti folliculos. huius radice decocta in aqua fit medicamentum quod vocatur Lycium. semen secundas trahit. ille autem candidior adstringit magis, refrigerat, collectionibus et vulneribus adcommodatior. folia utriusque et cruda et decocta inlinuntur cum oleo.

125 (77.) Lycium praestantius spina fieri tradunt quam et pyxa-
12, 31 canthon Chironian vocant, qualem in Indicis arboribus diximus, quoniam longe praestantissimum existimatur Indicum. cocuntur in aqua tusi rami radicesque summae amaritudinis aereo vase per triduum, iterumque exempto ligno, donec mellis crassitudo fiat. adulteratur amaris sucis, etiam amurca et felle bubulo.
126 spuma eius ac flos quidam oculorum medicamentis adduntur. reliquo suco faciem purgat et psoras sanat, erosos angulos oculorum veteresque fluctiones, aures purulentas, tonsillas, gingivas, tussim, sanguinis excreationes fabae magnitudine devoratum aut, si ex vulneribus fluat, inlitum, rhagadia, genitalium ulcera, adtritus, ulcera recentia et serpentia ac putrescentia, in naribus clavos, suppurationes. bibitur et mulieribus in lacte contra profluvia.
127 Indici differentia glaebis extrinsecus nigris, intus rufis, cum fregeris, cito nigrescentibus. adstringit vehementer cum amaritudine, ad eadem omnia utile, sed praecipue ad genitalia.

128 (78.) Sunt qui et sarcocollam spinae lacrimam putent, pol-

---

2. canis, *V*. e] *om*. *V*. deprimit, *E*. 4. in] *om*. *E*. alias, *E*. 5. parioribus, *V*. calamis innocentioribusque] que, *V*. 10. et — floret] fruticosior et, *V*. 11. eius] est, *E*. 13. aqua] qua, *V*. 14. ille autem] V^2. autem ille, V^2. alter ille, *E*. 18. quales, *E*. in] *om*. *C*. 20. tus, *V*. 22. sucus, *V*. 23. quidem, *E*. adduntur] *d*. addunt, *V*. additur, *E*. 27. vulneribus] ulceribus, *V*. 28. naribus] auribus, *V*. 29. et] et a, *E*. in] *om*. *E*. proflua, *V*. profluvium, *E*. 31. citom, V^1. intus, *E*. 32. utile] *d*. utilem, *r*. ad] *om*. *V*.

lini turis similem, cum quadam acrimonia dulcem, cumminosam. sistit fluctiones, inlinitur infantibus maxime. vetustate et haec nigrescit, melior quo candidior.

(79.) Unum etiamnum arborum medicinis debetur nobile 129
5 medicamentum quod oporicen vocant. fit ad dysintericos stomachique vitia in congio musti albi lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis seminibus, punicis totidem, sorborum sextario, et pari mensura eius quod rhun Syriacam vocant, croci semuncia. coquitur usque ad crassitudinem mellis.

10 (80.) His subtexemus ea quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere anne arborum essent.

15. Chamaedrys herba est quae Latine trixago dicitur. ali- 130
qui eam chamaeropem, alii Teucriam appellavere. folia habet magnitudine mentae, colore et divisura quercuus. alii serratam
15 et ab ea serram inventam esse dixerunt, flore paene purpureo. carpitur praegnans suco in petrosis, adversus serpentium venena potu inlituque efficacissima, item stomacho, tussi vetustae, pituitae in gula cohaerescenti, ruptis, convulsis, lateris doloribus. lienem 131
consumit, urinam et menses ciet, ob id incipientibus hydropicis
20 efficax, manualibus scopis eius in tribus heminis aquae decoctis usque ad tertias. faciunt et pastillos terentes eam ex aqua ad supra dicta. sanat et vomicas et vetera ulcera, vel sordida cum melle. fit et vinum ex ea pectoris vitis. foliorum sucus cum oleo caliginem oculorum discutit, ad splenem ex aceto sumitur,
25 excalfacit et perunctione.

(81.) Chamaedaphne unico ramulo est, cubitali ferme, folia 132
tenuiora lauro, semen rubens adnexum foliis. inlinitur capitis doloribus recens, ardores refrigerat, ad tormina cum vino bibitur. menses sucus eius et urinam ciet potu partusque dif-
30 ficiles in lana adpositus.

(82.) Chamelaea similitudinem foliorum oleae habet. sunt 133
autem amara, odorata, in petrosis palmum altitudine non excedente. alvum purgat, detrahit pituitam, bilem foliis in dua-

---

1. cumminosam] gummosam cum vino tusa, *E. vid. Mus. Rhen. XV, 380.* 5. opericen, *E.* fuit, *V.* 8. rhun] *d.* run, *V.* dryn, *E.* croci — 9. ad] crocis, *V.* 11. amborum, *V.* 12. aliqui — 13. appellavere] *om. V.* 15. paene] ne, *V.* 16. capitur, *V.* 17. pituita, *E.* 18. cohaerescente, *E.* choherescente, *V.* 19. consumpsit, *V.* id] *om. V.* 22. dicti, *V.* 24. caligines, *V.* 26. cubitale, *V.* fere, *E.* 27. tenuiora lauro] *d. Ianus in Philol. 1857, 174.* tenuiora lauro folia, *V.* tenui in lauru folia, *E.* 28. ardoribus, *E.* 30. adpositu, *V.* 31. habent, *C.*

bus absinthi partibus decoctis, suco eo cum melle poto. foliis inpositis et ulcera purgantur. aiunt, si quis ante solis ortum eam capiat dicatque ad albugines oculorum se capere, adalligata discuti id vitium, quoquo modo vero collectam iumentorum pecorumque oculis salutarem esse.

134 (83.) Chamaesyce lentis folia habet nihil se adtollentia in aridis petrosis, claritati oculorum et contra subfusiones utilissimum * * et cicatrices, caligines, nubeculas inunctus. vulvae dolores sedat adposita in linteolo. tollit et verrucas omnium generum inlita. prodest et orthopnoicis.

135 (84.) Chamaecissos spicata est tritici modo, ramulis quinis fere, foliosa, cum floret, existimari potest alba viola radice tenui. bibunt ischiadici folia tribus obolis in vini cyathis duobus septem diebus, admodum amara potione.

(85.) Chamaeleucen apud nos farfarum sive farfugium vocant. nascitur secundum fluvios, folio populi, sed ampliore. radix eius inponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infundibulum bibitur inveteratae tussi.

136 (86.) Chamaepeuce laricis folio similis lumborum et spinae doloribus propria est. Chamaecyparissos herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumque pollet. Ampeloprasos in vinetis nascitur, foliis porri, ructu gravis, contra serpentium ictus efficax. urinam et menses ciet, eruptiones sanguinis per genitale inhibet potum inpositumque. datur et a partu mulieribus et contra canis morsus. ea quoque quae stachys vocatur porri similitudinem habet, longioribus foliis pluribusque et odoris iucundi colorisque in luteum inclinati. pellit menstrua.

137 (87.) Clinopodium alii cleopiceton, alii zopyrontion, alii ocimoides appellant, serpyllo similem, surculosam, palmi altitudine, in petrosis, orbiculato foliorum ambitu speciem lecti pedum

---

1. algentii paribus, *V.* potu, *C.* 3. dicato, *V.* 4. collecta, *V.* 5. salutarem esse] salutare, *V.* 6. chamaesyce] *Barb.* chamesici, *V.* chamesichi, *E.* 8. *lac. indicavit. Ianus.* nubeculas] muriculas, *E.* inunctus] *Ianus.* inuncta, *E.* iniunctus, *V.* 12. floret] fere, *E.* 14. amara] eam amara, *V.* 15. farfarum sive farfugium] *Hard. coll. indice huius libri.* farfarfugium, *V.* farrarifugium, *E.* 17. infurnibulum, *E.* 18. inveteratae] in vetere, *E.* 19. Chamaepeuce — 20. est] *om. V.* 20. propitia, *E.* chamaecyparisto, *E.* chamecypharisto, *V.* 21. pellet, *V.* 22. vineis, *V.* porro, *V.* 27. inclinat inpellit, *V.* 29. zopyronhion, *E.* zopironthion, *V.* alii] athi, *C.* 31. ambitus, *V.*

praebente. bibitur ad convulsa, rupta, strangurias, serpentium ictus item decocta et sucus.

(88.) Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus 138
claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Centunculum vo-
5 cant nostri, foliis ad similitudinem capitis paenularum, iacentem in arvis, Graeci clematidem, egregii effectus ad sistendam alvum in vino austero. idem sanguinem sistit tritus oxymelitis aut aquae calidae cyathis quinque denari unius pondere, sic et ad secundas mulierum efficax.

10 (89.) Sed Graeci clematidas et alias habent, unam quam 139
aliqui aetiten vocant, alii laginen, nonnulli tenuem scamoniam. ramos habet bipedalis, foliosos, non dissimiles scamoniae, nisi quod nigriora minoraque sunt folia. invenitur in vineis arvisque. estur ut olus cum oleo ac sale, alvum ciet. eadem dysintericis
15 cum lini semine ex vino austero sorbetur. folia epiphoris inpo- 140
nuntur cum polenta subposito udo linteolo. strumas inposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant, item haemorr*h*oida cum oleo viridi, phthisicos iuvant cum melle. lactis quoque ubertatem faciunt in cibis, et infantibus inlita ca-
20 pillum alunt, ex aceto edentium venerem stimulant.

(90.) Est alia clematis Aegyptia cognomine, quae ab aliis 141
daphnoides, ab aliis poly*gon*o*ides* vocatur, folio lauri, longa tenuisque, adversus serpentes et privatim aspidas ex aceto pota efficax.

16. (91.) Aegyptus hanc maxime gignit, quae et aron, de 142
25 qua inter bulbos diximus, magnae cum dracontio litis. quidam 19,96
enim eandem esse dixere. Glaucias satu discrevit, *dr*acontium silvestrem arum pronuntiando. aliqui radicem arum appellarunt, caulem vero dracontium, in totum alium, si modo hic est qui apud nos dracunculus vocatur. namque aros radicem nigram in
30 latitudinem rotundam habet multoque maiorem *ut* qua manus inpleatur, dracunculus subrutilam et draconis convoluti modo, unde et nomen.

(92.) Quin et ipsi Graeci inmensam posuere differentiam se- 143

---

1. praebentem, *E.* praebenti, *V.* ad] *om. V.* 2. decocta et] decoctae, *E.* 4. dilatis] *cod. Tol.* italis, *V.* itali, *E.* 5. capiti, *V.* 6. graeci] *om. V.* vulvam, *E.* 10. sed] si, *V.* clemotidas, *V.* crematidas, *E.* alias] *om. E.* 11. etiten, *V.* larginen, *V.* Scamonia, *V.* 12. pepedalis, *V.* pedales, *E.* 17. percurant] *d.* percurrant, *V.* percurrunt, *E.* 18. haemorroida, *E.* hemoroidam, *V.* 20. stimulari, *V.* 22. polycyonis, *E.* pylocontis, *V.* 24. aron de] haron de, V^2. harondo, V^1. harundo, *E.* 25. quae, *E.* 26. hacontium, *V.* acontium, *E.* 28. alium] *om. V.* 30. ut] *ego.* et, *C.* 33. Quin et ipsi] Et qui ipsis, *V.*

men dracunculi fervens mordaxque tradendo, tantumque ei virus
ut olfactum gravidis abortum inferret. aron miris laudibus tulere
primum in cibis feminam praeferentes, quoniam mas durior esset
et in coquendo lentior. pectoris vitia purgare, aridum potioni in-
144 spersum aut eligmate urinam et menses ciere, sic et in oxymelite 5
potum. stomacho interaneisque exulceratis ex lacte ovillo biben-
dum. ad tussim in cinere coctum dedere ex oleo. alii coxere
in lacte ut decoctum biberetur. Epiphoris elixum inposuere, item
145 suggillatis, tonsillis, ex oleo haemorrhoidum vitio infudere, lenti-
gini ex melle inlinentes. * laudavit et pro antidoto contra venena, 10
pleureticis, peripleumonicis quo tussientibus modo. semen intri-
tum cum oleo aut rosaceo infunditur aurium dolori. Dieuches
tussientibus et suspiriosis et orthopnoicis et pura excreantibus fa-
rinae permixtum pane cocto dedit. Diodotus phthisicis e melle
146 eligmate et pulmonis vitiis, ossibus etiam fractis inposuit. partus 15
omnium animalium extrahit naturae circumlitum. sucus radicis
cum melle Attico oculorum caligines, stomachi vitia discutit, tus-
sim decocti ius cum melle. ulcera omnium generum, sive phage-
daenae sint sive carcinomata, sive serpant, sive polypi in naribus,
147 sucus mire sanat. folia ambustis prosunt ex vino et oleo cocta. 20
alvum inaniunt ex sale et aceto sumpta, et luxatis cum melle
cocta prosunt, item articulis podagricis cum sale recentia vel
sicca. Hippocrates utralibet ad collectiones cum melle inposuit.
ad menses trahendos seminis vel radicis drachmae duae in vini
cyathis duobus sufficiunt. eadem potio, si a partu non purgentur, 25
148 et secundas trahit. Hippocrates et radicem ipsam adposuit. di-
cunt et in pestilentia salutarem esse in cibis. ebrietatem discutit.
serpentes nidore, cum crematur, privatimque aspidas fugat aut
inebriat ita ut torpentes inveniantur. perunctos quoque aro e
laureo oleo fugiunt. ideo et contra ictus dari potu in vino nigro 30
putant utile. in foliis ari caseus optime servari traditur.

---

1. ei] *cod. Tol.* et, *C.* 2. ut] *d.* et, *r.* infert, V^2. tulere] tere, *V.* 3. primus in cibus, *V.* dulcior, *E.* 4. et] sed, *C.* cogendo, *E.* quoquendo, *V.* et aridum, *E.* potione, *C.* 5. 6. *dist. ego.* 8. et, *V.* bibere, V^2. elixum] *om. V.* 9. tonsillas, *C.* infudit, *V.* lentigini] *ego.* lentigine. *V.* lentigines, *E.* 10. inlinens, *C.* 11. quotus sitientibus, *V.* 12. pro saceo, V^1. pro rosaceo, V^2. 13. tussitientibus, *V.* et] aut, *E.* farina, *E.* 14. e] *om. V.* 16. radix, *V.* 19. in] *om. E.* 20. et] *om. E.* 21. inanium, *V.* ex] in, *V.* 23. libet, *E.* ad] V^1. at, V^1. *om. E.* 25. purgantur, *E.* 27. in cibis] cibis, *V.* 30. potu] potui, *E. om. V.*

(93.) Dracunculus quem dixi hordeo maturescente effoditur 149
luna crescente. omnino habentem serpentes fugiunt. adeo per- 142
cussis prodesse potum aiunt, maiorem vim esse, si ferro non at-
tingatur. sucus eius et aurium dolori prodest. id autem quod 150
5 Graeci dracontium vocant triplici effigie demonstratum mihi est,
foliis betae, non sine thyrso, flore purpureo. hoc est simile aro.
alii radice longa veluti signata articulosaque monstravere, tribus
omnino cauliculis foliis*que* decoqui ex aceto contra serpentium
ictus iubentes. tertia demonstratio fuit folio maiore quam cor-
10 nus, radice harundinea, totidem, ut adfirmabant, geniculata nodis
quot haberet annos, totidemque esse folia. hi ex vino vel aqua
contra serpentes dabant.

(94.) Est et aris quae in eadem Aegypto nascitur, similis 151
aro, minor tantum minoribusque foliis et utique radice, quae
15 tamen olivae grandis magnitudinem inpleat, alba geminum cau-
lem, altera *unum* tantum emittens. medetur utraque ulceribus
manantibus, item ambustis ac fistulis collyrio inmisso. nomas si-
stunt decocto earum in aqua et posca tritarum rosaceo addito, sed
unum miraculum ingens contacto genitali cuiusque feminini
20 sexus animal in perniciem agi.

(95.) Myriophyllon, quod nostri milifolium vocant, caulis 152
est teneri, similis feniculo, plurimis foliis, unde et nomen accepit.
nascitur in palustribus, magnifici usus ad vulnera cum aceto.
bibitur ad difficultates urinae et vesicae aut suspiria praecipitatis-
25 que ex alto. eadem efficacissima ad dentium dolores. Etruria
hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem, a lateribus capil-
lamenti modo foliosam, eximi usus ad vulnera, boum nervos
abscisos vomere solidari ea rursusque iungi addita axungia ad-
firmans.

30 (96.) Pseudo*b*union napi folia habet, fruticans palmi altitu- 153
dine, laudatissima in Creta. contra tormina, stranguriam, laterum
praecordiorumque dolores bibuntur rami eius quini senive.

---

1. 2. effoditur luna crescente] *om. E.* 3. maiorem vim esse] *ego.* maiorem ut menses (messes, V^1)*C.* 5. draconium, *V.* dracoetium, *E.* 8. foliisque] *ego.* foliis,' *C.* 9. cornu, *V.* 10. radicis harundinae, *V.* geniculatae, *V.* 11. totidem quae, *V.* totidem, *E.* 13. et aris] et aeris, *E.* haec haris, *V.* 15. gemina, *V.* 16. alteram, *C.* unum] *om. C.* 17. combustis, *E.* vi misso, V^1. vi inmisso, V^2. 18. decocto earum] *ego.* decoctarum, *E.* decoctorum, *V.* posca] *ego.* posta, *V.* postea, *E.* 22. tener, *E.* 28. vomores, *V.* solidari] folia dari, *C.* 30. Pseudobunion] *Barb.* pseudounion, *E.* pseodounion, *V.* api, V^1. apii, V^2.

154 (97.) Myrris, quam alii myrizan, alii myrran vocant, simillima est cicutae caule foliisque et flore, minor tantum et exilior, cibo non insuavis. ciet menstrua et partus cum vino. aiunt eandem potam in pestilentia salutarem esse. subvenit et phthisicis in sorbitione data. aviditatem cibi facit, phalangiorum morsus restinguit. ulcera quoque in facie aut capite sucus eius in aqua triduo maceratae sanat.

155 (98.) Oenobreches folia lentis habet, longiora paulo, florem rubentem, radicem exiguam et gracilem. nascitur circa fontes. siccata in farinae modum et inspersa vino albo strangurias finit, alvum sistit. sucus eius peruncti cum oleo sudores movet.

156 17. (99.) In promisso herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere et de magicis. quae enim mirabiliores? primi eas in nostro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus, consectati Magos. Coracesia et calicia Pythagoras aquam glaciari tradit, quarum mentionem apud alios non repperio, nec apud eum alia de his.

157 (100.) Idem Minyada appellat et nomine alio Corinthiam, cuius decocto in aqua suco protinus sanari ictus serpentium, si foveantur, dicit. eandem effusam in herbam qui vestigio contigerint aut forte respersos insanabili leto perire, monstrifica prorsus natura veneni praeterquam contra venena.

158 (101.) Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba cuius radix e longinquo concipiat ignes ut naphtha, de qua in terrae
2,235 miraculis diximus. idem tradit, qui morbi humano corpori inciderint florente brassica, quamvis sanatos admonitionem eorum sentire, quotiens *ea herba floreat, qui* florente acciderint aut fru-
159 mento aut cicuta aut viola similem conditionem habere. nec me fallit hoc volumen eius a quibusdam Cleemporo medico adscribi, vero Pythagorae pertinax fama antiquitasque vindicant. et id ipsum auctoritatem voluminum adfert, si quis alius curae suae opus illo viro dignum iudicavit, quod fecisse Cleemporum, cum alia suo et nomine ederet, quis credat?

---

1. Myris, *V.* mirizam, *V.* smyrrhizjan, *E.* myram, *V.* miran, *E.* 2. cicuta, *V.* 8. Oenobreces, *V.* Onobreces, *E.* habent, *V.* 14. consecta, *V.* 15. Coracesia] *Hard.* coracesta, *C.* calycia, *E.* 18. minsada, *V.* corysidiam, *E.* 20. herba, *E.* 21. insanabile, *E.* leto] *om. E.* perire] *cod. Tol.* periere, *V.* operiere, *E.* 25. item, *V.* inciderit, *E.* 27. ea — qui] *ego partim Ianum secutus. om. C.* florente] florente brassica quamvis sanatos, *V.* 27. 28. frumentum aut cicutam aut violam, *E.* 29. a] *om. V.* 31. auctoritate, *V.* 32. quod] quod se, *V.*

(102.) Democriti certe chirocmeta esse constat. at in his 160
ille post Pythagoram Magorum studiosissimus quanto portento-
siora tradit! aglaop*h*otim herbam, quae admiratione hominum
propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Ara-
5 biae nascentem Persico latere, qua de causa et marmaritim
vocari. hac Magos uti, cum velint deos evocare. Achaemenida 161
colore electri sine folio nasci in Taradastilis Indiae, qua pota in
vino noxi per cruciatus confiteantur omnia per varias numinum
imaginationes, eandem hippophobada appellat, quoniam equae
10 praecipue caveant eam. Theo*m*brotion XXX schoenis a Choaspe 162
nasci, pavonum picturis similem, odore eximio. hanc a regibus
Persarum bibi contra omnia corporum incommoda *inmota* stabili-
tate mentis et iustitiae, eandem semnion a potentiae maiestate
appellari. Aliam deinde adamantida Armeniae Cappadociaeque
15 alumnam. hac admota leones resupinari cum hiatu lasso. nomi-
nis causam esse quod conteri nequeat. Arianida in Arianis gigni
igneam colore, colligi, cum sol in leone sit, huius tactu peruncta
oleo ligna accendi. Theronarca in Cappadocia et Mysia nascente 163
omnis feras torpescere nec nisi hyaenae urina adspersa recreari,
20 Aethiopida in Meroe nasci, ob id et Meroida appellari, folio la-
ctucae, hydropicis utilissimam e mulso potam, ophiusam in Ele-
phantine eiusdem Aethiopiae, lividam difficilemque aspectu, qua
pota terrorem minasque serpentium obversari ita ut mortem sibi
eo metu consciscant, ob id cogi sacrilegos illam bibere, adversari
25 ei palmeum vinum. Thalass*a*eglen circa Indum amnem inveniri, 164
quae ob id nomine alio potamau*g*is appellatur, hac pota lymphari
homines obversantibus miraculis. Theangelida in Libano Syriae,
Dicte Cretae montibus et Babylone et Susis Persidis nasci, qua
pota Magi divinent, gelotophyllida in Bactris et circa Borysthenen.

---

1. chirocmeta] *Salm.* et hirocmeta, *V.* hirocmeta, *E.* 3. aglaophotin, *Barb.* Naglaopotim, *V.* glaopotim, *E.* admirationem, *V.* 5. maritim, *E.* 6. hac] *Sillig.* ac, *V. om. E.* eos, *E.* sevocare, *V.* 7. nasci] *codd. Gel.* nascens, *C.* tradastilis, *V.* qua] *ego in Mus. Rhen. XV,* 380. quae. *C.* cuius radice in pastillos digesta in dieque, *v.* 8. cruciatus] *C.* cruciatus nocte, *v.* 9. hippophorbado, *V.* ippoporbada, *E.* 10. theobrotion, *V.* theobronthion, *E.* choasse, *E.* 11. nasci pavonis, *E.* aspi cavonum, *V.* 12. bibi — corporum] *om. E.* inmota stabilitate] *ego.* stabilitatem, *E.* siabilitatem, *V.* 13. mentis et iustitiae] *om. V.* tandem, *E.* semnion] *d.* seminion, *v.* 14. admanantida, *V.* 18. therocarna, *C.* 19. urina] *d.* urinam, *v.* 23. obversarit, *V.* ut] ve, *V.* 24. libere, *V.* 25. ei] *om. V.* induam rem, *V.* 26. potamaucis, *V.* potan maucis, *E.* haec, *V.* 28. suis, *V.*

haec si bibatur cum murra et vino, varias obversari species ridendique finem non fieri nisi potis nucleis pineae nucis cum pipere
165 et melle in vino palmeo. Hestiaterida a convictu nominari in Perside, quoniam hilarentur illa, eandem protomediam, qua primatum apud reges obtineant, casigneten quoniam secum ipsa nascatur, nec cum aliis ullis herbis, eandem dionysonymphadem, quoniam vino mire conveniat. Helianthes vocat in Themiscyrena regione et Ciliciae montibus maritimis, folio myrti. hac cum adipe leonino decocta, addito croco et palmeo vino, perungui Magos et Persarum reges ut fiat corpus aspectu iucundum, ideo
166 eandem heliocallida nominari. Hermesias ab eodem vocatur ad liberos generandos pulchros bonosque non herba sed conpositio e nucleis pineae nucis tritis cum melle, murra, croco, vino palmeo, postea admixto theombrotio et lacte. bibere generaturos iubet et a conceptu, puerperas partum nutrientes, ita fieri excellentes animi et formae bonis. atque harum omnium magica
167 quoque vocabula ponit. Adiecit his Apollodorus adsectator eius herbam aesc*hy*nomenen, quoniam adpropinquante manu folia contraheret, aliam crocida, cuius tactu phalangia morerentur, Cratevas oenotherin, cuius aspersu e vino feritas omnium animalium mitigaretur, anacam*p*serote*m* celeb*er* ar*t*e grammatica paul*o* ante, cuius omnino tactu redirent amores vel cum odio depositi. Et abunde sit hactenus attigisse insignia Magorum in herbis alia de his aptiore dicturis loco.

168 18. (103.) Eriphiam multi prodidere. scarabaeum haec in avena habet sursum deorsum decurrentem cum sono haedi, unde et nomen accepit. hac ad vocem nihil praestantius esse tradunt.

(104.) Herba lanaria ovibus ieiunis data lactis abundantiam facit. aeque nota lactoris vulgo est, plena lactis quod degustatum vomitiones concitat. eandem hanc aliqui esse dicunt, ali similem illi quam militarem vocant, quoniam vulnus ferro factum nullum non intra dies quinque sanat ex oleo inposita.

169 (105.) Celebratur autem et a Graecis stratiotes, sed ea in Aegypto tantum et inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni

---

1. observari, *V*. 3. hestitaterida, *E*. haestitaterida, *V*. 4. quia, *V*. 5. obtiniat, V^1. obtineat, V^2. casigentem, *V*. 7. hellanthesi, *V*. 13. e] ne, *V*. 17. apollodotus, *V*. 18. aescinomenen, V^2. aesesnomenen, V^1. ex quo nomen, *E*. 19. aliam] *d*. alia, *r*. morarentur, *V*. 20. onothorinin, *V*. onothuriden in, *E*. cuius — 21. ante] *om*. *E*. 21. anacamserote celebante, *V*. paulante, *V*. 22. odio] alio, *E*. deposita, *E*. 23. alio, *E*. 25. scarapheum, *E*. 27. et] ei, *V*. 29. iactoris, V^1. bactoris, V^2. 34. invedatione nihil, *V*.

maiora haberet folia. refrigerat mire et vulnera sanat ex aceto inlita, item ignes sacros et suppurationes. sanguinem quoque qui defluit a renibus pota cum ture masculo mirifice sistit.

19. (106.) Herba in capite statuae nata collecta in vestis 170
5 alicuius pannum et inligata in lino rufo capitis dolores adposita confestim sedare traditur.

(107.) Herba quaecumque e rivis aut fluminibus ante solis ortum collecta ita ut nemo colligentem videat adalligata laevo bracchio ita ut aeger quid sit illud ignoret tertianas arcere traditur.

10 (108.) Lingua herba nascitur circa fontes. radix eius combusta et trita cum adipe suis — adiciunt ut nigra sit et sterilis — alopecias emendat unguentium in sole.

(109.) Cribro in limite abiecto herbae intus extantes decerp- 171
tae adalligataeque gravidis partus adcelerant.

15 (110.) Herba quae gignitur super fimeta ruris contra anginas efficacissime pollet ex aqua pota.

(111.) Herba iuxta quam canes urinam fundunt evulsa ne ferro attingatur luxatis celerrime medetur.

(112.) Rumpotinum arborem demonstravimus inter arbusta. 172
20 iuxta hanc viduam vite nascitur herba quam Galli rodarum vocant. 14,12
caulem habet virgae ficulneae modo geniculatum, folia urticae in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum, praecipua contra tumores fervoresque et collectiones cum axungia vetere tusa ita ut ferro non attingatur. qui
25 perunctus est despuit ad suam dexteram terna. efficacius remedium esse aiunt, si tres trium nationum homines perungant dextrorsus.

(113.) Herba impia vocatur incana, rorismarini aspectu, 173
thyrsi modo vestita atque capitata. inde ali ramuli exsurgunt
30 sua capitula gerentes, ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant. ali potius ita appellatam, quoniam nullum animal eam attingat, existimavere. haec inter duos lapides 174
trita fervet praecipuo adversus anginas suco, lacte et vino admixto. mirum traditur numquam eo morbo temptari qui gustaverint. ita-
35 que et subus dari, quaeque medicamentum id noluerint haurire

---

1. refrigerant, *V*. 5. adposita] *om*. *E*. 7. e] in, *V*². 8. adalligata] contra (eo, *E*) tertianas adalligata, *C*. 11. sit] fuit, *V*. 13. adiecto, *C*. 20. rhodoram, *E*. 21. habent, *V*. 24. vetere] vero vetere (veteri, *E*)*C*. 25. terra, *V*. 26. tres trium] terrestrium, *V*. 28. ronis mari aspecto, *V*. 29. modum, *V*. 34. eo] ab eo, *E*. e, *V*. 35. subtus, *V*.

eo morbo interimi. sunt qui avium nidis inseri aliquid ex ea putent atque ita non strangulari pullos avidius devorantes.

175 (114.) Veneris pectinem appellant a similitudine pectinum cuius radix cum malva tusa omnia corpori infixa extrahit.

(115.) Veterno liberat quae exedum vocatur. Notia herba coriariorum officinis familiaris est alis alisve nominibus, efficacissimamque adversus scorpionem esse potam e vino aut posca repperio.

176 (116.) Philanthropon herbam Graeci appellant nasute, quoniam vestibus adhaerescat. ex hac corona inposita capitis dolores sedat. nam quae canaria appellatur lappa, cum plantagine et milifolio trita ex vino carcinomata sanat, ternis diebus soluta. medetur et subus effossa sine ferro addita in colluviem poturis vel ex lacte ac vino. quidam adiciunt effodientem dicere oportere: haec est herba argemon quam Minerva repperit subus remedium quae de illa gustaverint.

177 (117.) Tordylon ali semen sesilis esse dixerunt, ali herbam per se, quam et syreon vocaverunt. neque aliud de ea proditum invenio quam in montibus nasci, conbustam potu ciere menses et pectoris excreationes, efficaciore etiamnum radice, suco eius ternis obolis hausto renes sanari, addi radicem eius et in malagmata.

178 (118.) Gramen ipsum inter herbas vulgatissimum geniculatis serpit internodis crebroque ab his et ex cacumine novas radices spargit. folia eius in reliquo orbe in exilitatem fastigantur, in Parnaso tantum hederacia specie densius quam usquam fruticant, flore odorato candidoque. iumentis herba non alia gratior, sive
179 viridis sive in feno siccata, cum detur adspersa aqua, sucumque eius in Parnaso excipi tradunt propter ubertatem. dulcis hic est. in vicem eius in reliqua parte terrarum succedit decoctum ad vulnera conglutinanda, quod et ipsa herba tusa praestat tueturque ab inflammationibus plagas. adicitur decocto vinum ac mel, ab aliquis et turis, piperis, murrae tertiae portiones, rursusque
180 coquitur in aereo vase ad dentium dolores, epiphoras. radix decocta in vino torminibus medetur et urinae difficultatibus ulceribusque vesicae, calculos frangit. semen vehementius urinam

---

5. Notia] *Sillig coll. indice huius libri.* nodia, *C.* 6. familiaris] *Ianus.* eam hilaris, *C.* efficacissimas, *C.* 7. pota, *V.* 11. carania, *E.* 12. ex vinó] et vini, *E.* 16. que, *V.* qui, *E.* 17. Tordin, *V.* seseleos, *Dal.* silis, *E.* ilis, *V.* 18. sireum, *V.* 20. ternis] tenuis, *V.* 23. ex] *om. V.* 25. fruticanti, *V.* 27. siccatae, *V.* 31. inflationibus placat, *V.* decoctu, *V.* 32. murra et *V.* myrraeque, *E.* 33. cogitur, *E.*

inpellit, alvum vomitionesque sistit. privatim autem draconum morsibus auxiliatur. sunt qui genicula novem vel unius vel e duabus tribusve herbis ad hunc articulorum numerum involvi lana sucida nigra iubeant ad remedia strumae panorumve. ieiu- 181
5 num esse debere qui colligat, sic abire in domum absentis cui medeatur supervenientique ter dicere ieiuno ieiunum medicamentum dare atque ita adalligare triduoque id facere. quod e graminum genere septem internodia habet efficacissime capiti contra dolores adalligatur. quidam propter vesicae cruciatus decoctum
10 ex vino gramen ad dimidias a balineis bibi iubent.

(119.) Sunt qui et aculeatum gramen vocent trium generum. 182 cum in cacumine aculei sunt plurimum quini, dactylon appellant. hos convolutos naribus inserunt extrahuntque sanguinis ciendi gratia. altero, quod est aizoo simile, ad paronychia et pterygia
15 unguium et, cum caro unguibus increvit, utuntur cum axungia, ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus 183 dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis aut tegulis. huic caustica vis est. sistit ulcera quae serpunt. gramen capiti circumdatum sanguinis e naribus fluctiones sistit. camelos necare traditur in
20 Babylonis regione id quod iuxta vias nascitur.

(120.) Nec feno Graeco minor auctoritas, quod telin vocant, 184 ali carphos, aliqui buceras, ali aegoceras, quouiam corniculis semen est simile, nos siliciam. quomodo sereretur docuimus suo 18, 140 loco. vis eius siccare, mollire, dissolvere. sucus decocti femi-
25 narum pluribus malis subvenit, sive duritia sive tumor sive contractio sit vulvae, foventur, insidunt. infusum quoque prodest. furfures in facie extenuat. spleni addito nitro decoctum et inpo- 185 situm medetur, item ex aceto. sic et iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum
30 in novem cyathis sapae ut tertias partes biberent, dein calida lavarentur, et in balineo sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox *a* balineo relicum, pro summo auxilio. farinam feni 186 cum hordeo aut lini semine decoctam aqua mulsa contra vulvae

---

2. unus, *V*. 4. fanorum vel, *V*. 5. sic abire] *ego*. statim abire, *Sillig*. *coni*. si aliae, *V*. italia, *E*. 12. quini] V^1. quin id, V^2. quod in, *E*. actylon, *E*. 14. quo, *V*. paronyciae, *V*. parontia, E^1. paronscia, E^2. 16. ideoque, *V*. 17. sed] sed et, *E*. aut] at, *V*. 19. e naribus] *om*. *E*. 22. carpos, *E*. 23. siliciam] *Barb*. *cod*. *Tol*. silictam, *C*. serpetur, *V*. 25. subveni, V^1. subvenire, V^2. contractiove, *V*. 26. insidiunt, *V*. 30. ut] *Sillig*. aut, *C*. calida] *codd*. *Gel*. callide, *C*. 31. suadentibus, *V*. 32. a] in, *C*.

cruciatus obiecit idem inposuitque imo ventri. lepras, lentigines sulpuris pari portione mixta farinae curavit, nitro ante praeparata cute, saepius die inlinens perunguique prohibens. Theodorus feno miscuit quartam partem purgati nasturti acerrimo aceto ad
187 lepras. Timon semen feni acetabuli dimidi mensura cum sapae et aquae novem cyathis ad menses ciendos dedit potu, nec dubitatur quin decoctum eius utilissimum sit vulvis interaneisque exulceratis, sicuti semen articulis atque praecordiis. si vero cum malva decoquatur postea addito mulso, potus ante cetera volvis interaneisque laudatur, quippe cum vapor quoque decocti plurimum prosit, alarumque etiam graviolentiam decoctum feni emendat. farina porrigines capitis furfuresque cum vino et nitro
188 celeriter tollit. in hydromelite autem decocta addita axungia genitalibus medetur, item pano, parotidi, podagrae, chiragrae, articulis carnibusque quae recedunt ab ossibus, aceto vero subacta luxatis. inlinitur et lieni decocta in aceto et melle tantum. carcinomata subacta ex vino purgat, mox addito melle persanat. sumitur et sorbitio ex farina ad pectus exulceratum longamque tussim. diu decoquitur donec amaritudo desinat, postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum dicetur.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXV.

---

1 Cap. 1. (Sect. 1.) Ipsa quae nunc dicetur herbarum claritas, medicinae tantum gignente eas Tellure, in admirationem curae priscorum diligentiaeque animum agit. nihil ergo intemptatum inexpertumque illis fuit, nihil deinde occultatum quodque non prodesse posteris vellent. at nos elaborata his abscondere ac

1. item, *C.* 2. portionem extra, *V.* ante] autem, *V.* 3. prohibent, *V.* 4. purgato, *V.* ad] *om. E.* 6. ad] *om. E.* potui, *V.* 10. laudatur — quoque] *om. E.* 11. fenis, *E.* faenis, *V.* 15. carnibus, *V.* quae] *om. E.* 18. ex] et, *V.* e, *E.*

supprimere cupimus et fraudare vitam etiam alienis bonis. ita 2
certe recondunt qui pauca aliqua novere invidentes aliis, et neminem docere in auctoritatem scientiae est. tantum ab excogitandis novis ac iuvanda vita mores absunt, summumque opus ingeniorum diu iam hoc fuit ut intra unumquemque recte facta veterum perirent. at, Hercules, singula quosdam inventa deorum numero addidere, hominum utique vitam clariorem fecere cognominibus herbarum, tam benigne gratiam memoria referente. non aeque 3
haec cura eorum mira, si in his quae satu blandiuntur aut cibo invitant, culmina quoque montium invia et solitudines abditas omnesque terrae fibras scrutati invenere quid quaeque radix polleret, ad quos usus herbarum fila pertinerent, etiam quadripedum pabulo intacta ad salutis usus vertentes.

2. (2.) Minus hoc quam par erat nostri celebravere omnium 4
utilitatium et virtutum rapacissimi, primusque et diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis dumtaxat attigit, boum etiam medicina non omissa. post eum unus inlustrium temptavit Gaius Valgius eruditione spectatus inperfecto volumine ad divum Augustum, inchoata etiam praefatione religiosa ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper mederetur maiestas.

(3.) Antea condiderat solus apud nos, quod equidem inve- 5
niam, Pompeius Lenaeus Magni libertus, quo primum tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse animo adverto. namque Mithridates, maximus sua aetate regum quem debellavit Pompeius, omnium ante se genitorum diligentissimus vitae fuisse argumentis praeterquam fama intellegitur. uni ei excogitatum cotidie vene- 6
num bibere praesumptis remediis ut consuetudine ipsa innoxium fieret, primo inventa genera antidoti ex quibus unum etiam nomen eius retinet, illius inventum sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis, quoniam veneno viverent, ad illum Asclepiadis medendi arte clari volumina composita extant, cum sollicitatus ex urbe Roma praecepta pro se mitteret, illum solum mortalium certum est XXII linguis locutum, nec e subiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis LVI quibus

---

7. hominum] *Pint.* omnium, *C.* 8. memoriam, *V.* 9. aut] ac, *V.* 11. queque, *V.* neque, *E.* 12. file, *V.* 16. M.] *om.* *V.* 19. inchoato, *V.* 21. medetur, *V.* 22. inveni, *E.* 23. Lenaeus] ieneis, *V.* 29. inventa] invita, *V.* 30. inquentum, V^1. in quantum, V^2. Ponticarum] *Barb.* pontaeorum, E^1. ponticorum, *r.* 33. praecepti, *V.* 34. certum est XXII linguis locutum] *V.* mitridates XXII linguis locutum certum est, *E.* e] *ego.* de, *v. om. C.* 35. LVI] LIII,

7 regnavit. is ergo in reliqua ingeni magnitudine medicinae peculiariter curiosus et ab omnibus subiectis, qui fuere magna pars terrarum, singula exquirens scrinium commentationum harum et exemplaria effectusque in arcanis suis reliquit, Pompeius autem omni praeda regia potitus transferre ea sermone nostro libertum suum Lenaeum grammaticae artis iussit, vitaeque ita profuit non minus quam reipublicae victoria illa.

8 (4.) Praeter hos Graeci auctores prodidere quos suis locis diximus, ex his Cratevas, Dionysius, Metrodorus ratione blandissima sed qua nihil paene aliud quam difficultas rei intellegatur. pinxere namque effigies herbarum atque ita subscripsere effectus. verum et pictura fallax est coloribus, tam numerosis praesertim in aemulationem naturae, multumque degenerat transcribentium fors varia. praeterea parum est singulas earum aetatis pingi, cum quadripertitis varietatibus anni faciem mutent.

9 (5.) Quare ceteri sermone eas tradidere, aliqui ne effigie quidem indicata et nudis plerumque nominibus defuncti, quoniam satis videbatur potestates vimque demonstrare quaerere volentibus. nec est difficilis cognitio: nobis certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antoni Castoris, cui summa auctoritas erat in ea arte nostro aevo, visendo hortulo eius in quo plurimas alebat centesimum annum aetatis excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne aetate quidem memoria aut vigore concussis. neque aliud mirata magis antiquitas repperietur.

10 inventa iampridem ratio est praenuntians horas, non modo dies ac noctis, solis lunaeque defectuum. durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi veneficiis et herbis id cogi eamque unam feminarum scientiam praevalere. certe quid non repleverunt fabulis Colchis Media aliaeque, in primis Itala Circe dis

11 etiam adscripta? unde arbitror natum ut Aeschylus e vetustissimis in poetica refertam Italiam herbarum potentia proderet, multique Circeios, ubi habitavit illa, magno argumento etiamnunc durante in Marsis a filio eius orta gente, quoniam esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum et antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circae, gloriam

---

V^2. olui, V^1. 1. in] *om.* *E.* 2. qui fuere] *om.* *V.* 8. auctores] auctores medicinae, *E.* 12. est] est et, *E.* 13. aemulatione, *E.* multum, *E.* 17. indicta *V.* 18. potestas, *V.* 19. difficile cognitu, *E.* 24. concusis, V^1. concussus, V^2. 26. defectum, *V.* 28. unam] nam, *E.* scientia praevale, *V.* 29. itala (itali, V^2) cis circa aediis (aedes, V^2)*V.* 33. filio] folia, *V.* orta] *om.* *E.* 35. gloria, *V.*

herbarum Aegypto tribuit, cum etiam *nunc* quae *dic*atur Aegyptus
illa non esset, postea fluminis limo invecta. herbas certe 12
Aegyptias a regis uxore traditas Helenae suae plurimas narrat
ac nobile illud nepenthes oblivionem tristitiae veniamque adferens
5 et ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum. primus
autem omnium quos memoria novit Orpheus de herbis curiosius
aliqua prodidit, post eum Musaeus et Hesiodus polium herbam
in quantum mirati sint diximus, Orpheus et Hesiodus suffitiones 21, 44 145.
commendavere. Homerus et alias nominatim herbas celebrat, 13
10 quas suis locis dicemus. ab eo Pythagoras clarus sapientia primus
volumen de effectu earum composuit, Apollini, Aesculapio et in
totum dis immortalibus inventione et origine adsignata, composuit
et Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiae, Aethio-
piae, Aegypti Magis, adeoque ad haec attonita antiquitas fuit ut
15 adfirmaverit etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarum auctor 14
in prima earum tradit occisum draconis catulum revocatum ad
vitam a parente herba quam balim nominat, eademque Tylonem
quem draco occiderat restitutum saluti. et Iuba in Arabia herba
revocatum ad vitam hominem tradit. dixit Democritus, credidit
20 Theophrastus esse herbam cuius contactu inlatae ab alite qua
retulimus exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus, quae etiamsi 10, 40
fide carent, admirationem tamen implent coguntque confiteri
multum esse quod vero supersit. inde et plerosque ita video 15
existimare nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimarum
25 vires esse incognitas, quorum in numero fuit Herophilus clarus
medicina, a quo ferunt dictum quasdam fortassis etiam calcatas
prodesse. observatum certe est inflammari vulnera ac morbos
superventu eorum qui pedibus iter confecerint.

(6.) Haec erat antiqua medicina quae tota migrabat in Grae- 16
30 ciae linguas, sed quare non plures noscantur causa est quod
eas agrestes litterarumque ignari experiuntur, ut qui soli inter
illas vivant, praeterea securitas quaerendi obvia *in* medicorum
turba. multis etiam inventis desunt nomina, sicut illi quam

---

1. cum] *NE.* tum, *V.* nunc] *ego.* tum, *V.* t/////, *N. om. E.* dicatur] *ego coll. l.* 13, 69. rigatur, *C.* 2. herbis, *V.* 3. aegyptias] *NE.* aegyptis, V^1. aegypti, V^2. 4. rhephentes, *E.* De nephentes, *V.* ne///////s, *N.* 7. herbaru/ *N.* 8. sint] *Sillig.* sunt, *NC.* suffustines, *V.* ////fitione/, *N.* 10. quas] *d.* quae, *N.* qua, *E.* quam. *V.* 14. magiis, *N.* adaeque, V^1. aeque, V^2. ad///que, *N.* 16. tradit] *N.* tradidit, *C.* 18. salute, *NV.* 20. qua] *NV.* qui. *E.* 21. etiam in fidei, *V.* 24. vim, *E.* 26. a] in, *E.* 28. earum, *E.* 30. causa est] *codd. Gel.* causae si, *C.* 32. obvia in] *ego.* obviam, *V.* obvia, *E.*

18,160 retulimus in frugum cura scimusque defossam in angulis segetis
praestare ne qua ales intret. turpissima causa raritatis quod
etiam qui sciunt demonstrare nolunt, tamquam ipsis periturum
sit quod tradiderint aliis. accedit ratio inventionis anceps, quippe
etiam in repertis alias invenit casus, alias, ut vere dixerim, deus. 5
17 insanabile ad hosce annos fuit rabidi canis morsus pavorem aquae
potusque omnis adferens odium. nuper cuiusdam militantis in
praetorio mater vidit in quiete ut radicem silvestris rosae quam
cynorrhodon vocant blanditam sibi aspectu pridie in frutecto
mitteret filio bibendam. in Lacetania res gerebatur, Hispaniae 10
proxima parte, casuque accidit ut milite a morsu canis incipiente
expavescere aquas superveniret epistula orantis ut pareret reli-
gioni, servatusque est ex insperato et postea quisquis auxilium
18 simile temptavit. alias apud auctores cynorrhodi una medicina
erat spongiolae quae in medis spinis eius nascitur cinere cum 15
melle alopecias capitis expleri. in eadem provincia cognovi in
agro hospitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum caulem
pollicari crassitudine, versicoloribus viperarum maculis, quem
ferebant contra omnium morsus esse remedio, alium quam quos
24,143 in priore volumine eiusdem nominis diximus, sed huic alia figura, 20
19 aliud miraculum exerenti se terra ad primas serpentium ver-
nationes bipedali fere altitudine, rursusque cum isdem in terram
condenti, nec omnino occultato eo apparet serpens, vel hoc per
se satis officioso naturae munere, si tantum praemoneret tempus-
que formidinis demonstraret. 25
20 3. Nec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed
interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhenum
castris a Germanico Caesare promotis maritimo tractu fons erat
aquae dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent
compagesque in genibus solverentur. stomacacen medici voca- 30
bant et scelotyrben ea mala. reperta auxilio est herba quae
appellatur Britannica, non nervis modo et oris malis salutaris,
sed contra anginas quoque et contra serpentis. folia habet ob-
21 longa nigra, radicem nigram. sucus eius exprimitur et e radice.
florem vibones vocant, qui collectus prius quam tonitrum audia- 35

---

2. raritas, *V*. 5. causas, *V*. ut] vi, *V*. 10. latecania, *V*. res] *om*. *V*. 11. accedit, *V*. 19. remedio] *Gron*. remedia, *C*. 23. appareret, *C*. 24. satis] s, *N*. 28. castris] castra, *N*. 29. qna] *NE*, quo, *V*. 30. stomacen, *N*. stomagacen, *V*. 31. scelotyrben] N^2. sceloturben, N^1V. sceletorben, *E*. 33. anginas — contra] *om*. *N*. 35. tonitrum audiatur] *N*. tonitrua audiantur, *C*.

tur et devoratus securos in totum annum a metu anginae praestat. Frisi gens tum fida, in qua castra erant, monstravere illam, mirorque nominis causam, nisi forte confines oceano Britanniae velut *e* propinquo dicavere. non enim inde appellatam, quoniam
5 ibi plurima nasceretur, certum est etiamtum Britannia libera.

(7.) Fuit quidem et hic quondam ambitus nominibus suis 22
eas adoptandi, ut docebimus fecisse reges. tanta res videbatur 70 sqq.
herbam invenire, vitam iuvare, nunc fortassis aliquis curam hanc nostram frivolam quoque existimaturis, adeo delicis sordent etiam
10 quae ad salutem pertinent. auctores tamen quarum inveniuntur in primis celebrari par est effectu earum digesto in genera morborum. qua quidem in reputatione misereri sortis humanae 23
subit, praeter fortuita casusque et quae nova omnis hora excogitat, milia morborum singulis mortalium timenda. qui gravissimi
15 ex his sint discernere stultitiae prope videri possit, cum suus cuique ac praesens quisque atrocissimus videatur. et de hoc tamen iudicavere aevi experimenta, asperrimi cruciatus esse calculorum a stillicidio vesicae, proxumum stomachi, tertium eorum
quae in capite doleant, non ob alios fere morte conscita. A 24
20 Graecis et noxias herbas demonstratas miror equidem, nec venenorum tantum, quoniam ea conditio vitae est ut mori plerumque etiam optimis portus sit, tradatque M. Varro Servium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum veneno crura perunxisse et postea caruisse sensu omni aeque quam
25 dolore in ea parte corporis. sed quae fuit venia monstrandi qua 25
mentes solverentur, partus eliderentur, multaque similia? ego nec abortiva dico ac ne amatoria quidem, memor Lucullum imperatorem clarissimum amatorio perisse, nec alia magica portenta, nisi ubi cavenda sunt aut coarguenda, in primis fide eorum

---

1. securos in] *V.* securus in, *N.* in securus, *E.* annum — 2. tum] *N. om. C.* 2. nravere, *E.* 4. velut e] *Urlichs. vind.* 530. vefuti, *NC.* propinquo] *N.* propinque, *V.* propinquae, *E.* 6. nominis, *N.* 7. videbatur] *N.* ut debeatur, *V.* debeatur, *E.* 8. herbarum, *N.* curam] *codd. Gel.* cuoc, *N.* cum, *C.* 9. existimaris, *N.* 10. inveniuntur — 11. celebrari pars est, *V.* inveniuntur — celebrare par est, *E.* in est, *N.* 11. genera — 12. reputatione] *E.* genera — reputationem, *V.* generatione, *N.* 12. his ereris hortis, *V.* 13. quae nova] *N.* que et nova, *V.* quae nomina, *E.* 15. stuitiae, *N.* posset, *N.* 16. ac] *NV.* ad, *E.* de] *NE. om. V.* 17. aevi] *E.* aut, *NV.* 18. stillicio, *N.* stillici, *V.* 19. ob alios] *NE.* ab alio, *V.* 21. ea] e, *N.* 22. tradatque] *E.* ////datque, *N.* traditque, *V.* 23. venenum, *V.* veneno — 24. et] *om. N.* 27. memor] //////or, *N.* memoro, *C.* 28. magica — 29. ubi] *V.* magis, *E.*

damnata. satis operae fuerit abundeque praestatum, vitae salutares dixisse ac pro ea inventas.

26 4. (8.) Clarissima herbarum est Homero teste quam vocari a dis putat moly et inventionem eius Mercurio adsignat contraque summa veneficia demonstrationem. nasci eam hodie circa Pheneum et in Cyllene Arcadiae tradunt specie illa Homerica, radice rotunda nigraque, magnitudine cepae, folio scillae, effodi autem
27 difficulter. Graeci auctores florem eius luteum pinxere, cum Homerus candidum scripserit. inveni e peritis herbarum medicis qui et in Italia nasci eam diceret, adferrique e Campania memini aliquot diebus effossam inter difficultatis saxeas radicis XXX pedes longae ac ne sic quidem solidae, sed abruptae.

28 (9.) Ab ea maxima auctoritas herbae est quam dodecatheon vocant omnium deorum maiestatem commendantes. in aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. folia eius septem lactucis simillima exeunt a lutea radice.

29 (10.) Vetustissima inventu Paeonia est, nomenque auctoris retinet, quam quidam pentorobon appellant, ali glycysidem. nam haec quoque difficultas est quod eadem aliter alibi nuncupatur. nascitur opacis montibus caule inter folia digitorum quattuor ferente in cacumine veluti Graecas nuces quattuor aut quinque. inest his semen copiosum, rubrum nigrumque. haec medetur et Faunorum in quiete ludibris. praecipiunt eruere noctu, quoniam, si picus Martius videat eruentem in oculos impetum faciat.

30 (11.) Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum et dis inventoribus adscriptum. unum quippe Asclepion cognominatur, a quo is filiam Panaciam appel-
12,127 lavit. sucus est coactus ferulae qualem diximus radice multi corticis et salsi. hac evolsa scrobem repleri vario genere fru-
31 gum religio est ac terrae piamentum. ubi et quonam fieret
12,127 modo ac quale maxime probaretur inter peregrina docuimus.

---

1. fuit, *E.* 2. pro ea] *Pint.* postea, *C.* inventa, *V.* 3. Latissima, *E.* teste] *om. E.* 4. contra quem, *V.* 8. lutem pingere. *V.* 10. e] *Strack. om. C.* memini] *Ianus.* mihi, *C.* 11. inter] in, *V.* radices, *V.* 13. duodecatheon, *V.* 15. qua pota. *E.* 18. penteron, *V.* cycliodem, *V.* 19. nam] *om. E.* nuncupantur, *E.* 24. eruentem] *ego.* tuendo, *C.* 28. a quo is] *N.* quos, *V.* quoniam is, *E.* panaciam] *N.* panociam, *V.* panaceam, *E.* 29. coact/s, *N.* coetus, *V.* 31. religio — piamentum] *om. N.* quonam] *NE.* quoniam, *RV.* feret, *N.* 32. ac] *ego.* aut, *NC.*

id quod e Macedonia adfertur bucolicon vocant armentaris sponte erumpentem sucum excipientibus; hoc celerrime evanescit. et in alis autem generibus inprobatur maxime nigrum ac molle. id enim argumento est cera adulterati.

(12.) Alterum genus Heracleon vocant et ab Hercule inventum tradunt, ali origanum Heracleoticum aut silvestre, quoniam est origano simile, radice inutili, de quo origano diximus. 32 20, 170

(13.) Tertium panaces Chironium cognominatur ab inventore. folium eius simile lapatho, maius tamen et hirsutius, flos aureus, radix parva. nascitur pinguibus locis. huius flos efficacissimus, eoque amplius quam supra dicta prodest.

(14.) Quartum genus, panaces ab eodem Chirone repertum centaurion cognominatur, sed et Pharnaceon in controversia inventionis a Pharnace rege deductum. 33 seritur hoc, longioribus quam cetera foliis et serratis. radix odorata in umbra siccatur vinoque gratiam adicit. eius genera duo fecere aliqui, levis foli, alterum tenuius.

(15.) Heracleon siderion et ipsum ab Hercule inventum est, caule tenui digitorum quattuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri. 34 iuxta lacus et amnes invenitur omniaque vulnera ferro inlata efficacissime sanat.

(16.) Est Chironis inventum ampelos quae vocatur Chironia, de qua diximus inter vites, sicuti de herba cuius inventio adsignatur Minervae. 23, 27 22, 43 sq.

(17.) Herculi eam quoque adscribunt quae Apollinaris, ab alis altercum, apud Graecos vero hyoscyamos appellatur. 35 plura eius genera: unum nigro semine, floribus paene purpureis, spinosum. — talis nascitur in Galatia. — vulgare autem candidius est et fruticosius, altius papavere. terti semen irionis semini simile, sed omnia insaniam gignentia capitisque vertigines.

---

1. quod] cod, V^1. circod, V^2. e] *NV.* ae, *R. om. E.* macedonia] *NE.* moniaco, *r.* 2. erumpente, *N.* vanescit, *RV.* 3. probatur, *RV.* ac] *NE.* aut, *r.* 6. heracleoticum] *NE.* heraclem cum (tum, *R*)*r.* aut] *NV.* ide, *R. om. E.* 8. plinaces, *N.* pina est, *RV.* hirontum, RV^1. chirontum, V^2. chir//////, *N.* 14. pharnaceon] *N.* farnacion, *R.* pharnacion, *r.* a] e, *N.* pharnace] V^2. phar///ce, *N.* pharnaci, *r.* serior, *RV.* 14. 15. longioribus quam] *NE.* flos, *r.* 16. eius] ei///, *N.* huius, *C.* aliqui] *NRV.* alterum, *E.* 17. foli] *N.* folii, *E.* folio, *r.* tenuius] *NR.* tunius, *E.* tenuis, *V.* 22. ampelo, *RV.* 25. 26. ab alis] *ego.* apud (aput, V^1) arabilis (arbilis, *E*)*C.* 26. altercum] *d.* alterum, *r.* 27. floribus] *R.* foliis, *V.* folii, *E.* 29. altius, *E.* alterius, *r.* irionis] *Barb.* trionis *E.* triones, *r.* 30. semine, *E.* seni, *r.*

36 quartum genus molle, lanuginosum, pinguius ceteris, candidi seminis, in maritimis nascens. hoc recepere medici, item rufi seminis. nonnumquam autem candidum rufescit, si non ematuruit, inprobaturque, et alioqui nullum nisi cum inaruit legitur. natura vini ideoque mentem caputque infestans. usus seminis et per se et suco expresso. exprimitur separatim et caulibus foliisque, utuntur et radice, temeraria in totum, ut arbi-
37 tror, medicina. quippe etiam foliis constat mentem corrumpi, si plura quam quattuor bibant † etiam antiqui in vino febrim de-
15, 30 23, 94 pelli arbitrantes. oleum fit ex semine, ut diximus, quod ipsum auribus infusum temptat mentem, mireque ut contra venenum remedia prodidere iis qui id bibissent et ipsum pro remediis, adeo nullo omnia experiendi fine ut cogerent etiam venena prodesse.

38 . 5. (18.) Linozostis sive parthenion Mercuri inventum est. ideo apud Graecos Hermu poan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem. duo eius genera: masculus et femina, quae efficacior. caule est cubitali, interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cavis multis, semine in geniculis dependente, feminae copioso, mari iuxta genicula stante, rariore ac brevi contortoque, feminae soluto et
39 candido. folia maribus nigriora, feminis candidiora, radix supervacua, praetenuis. nascuntur in campestribus cultis. mirumque est quod de utroque eorum genere proditur: ut mares gignantur hunc facere, ut feminae illam. hoc contingere, si a conceptu protinus bibatur sucus in passo edanturve folia decocta ex oleo et sale, vel cruda ex aceto. quidam decocunt eam in novo fictili cum heliotropio et duabus vel tribus
40 spicis, donec cogatur. decoctum dari iubent et herbam ipsam in cibo altero die purgationis mulieribus per triduum, quarto die a balineo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum usum praedicavit has. ad hunc modum medicorum nemo novit. ille eas volvae cum melle vel rosaceo vel irino vel lilino admovit, item ad ciendos menses secundasque. idem prae-

---

4. nulla, *V.* ulla, *R.* 5. ideo, *RV.* 6. et per] inter, *E.* 10. arbitrant et, *E.* 13. cogeret, *C.* 15. Linozostis — § 42. Invenit] *om. RV.* parthenius, *Ea.* 18. est] *ego.* et, *a. om. E.* 20. geniculis] *E.* oculis, *a.* 21. stantia, *Ea.* 23. mirumque] *a.* mirum, *E.* 24. eorum] *om. a.* 26. folia] eo in lia, *Ea.* 28. vel] *a*[1] *supra scripsit.* aliis, *a. om. E.* 29. cogatur] *ego.* coquatur, *Ea.* 33. irino] linino, *a.* linino] *Ianus.* lirino, *E.* yrinino, *a.*

stare potu fotuque dixit. instillavit auribus olidis, suco inunxit. cum vino vetere albo folia inposuit epiphoris, stranguriae et ve- 41
sicis. decoctum eius dedit cum murra et ture. alvo quidem solvendae vel in febri decoquatur quantum manus capiat in duo-
5 bus sextariis aquae ad dimidias. bibitur sale et melle admixto nec non cum ungula suis aut gallinaceo mixtum salubrius. purgationis causa putavere aliqui utramque dandam sive cum malva decocta. thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum laedunt. reliquos usus dicemus suis locis.

10 (19.) Invenit et Achilles discipulus Chironis qua volneri- 42
bus mederetur. quae ob id Achilleos vocatur. hac sanasse Telephum dicitur. ali primum aeruginem invenisse utilissimam emplastris, ideoque pingitur ex cuspide decutiens eam gladio in volnus Telephi. ali utroque usum medicamento volunt. aliqui
15 et hanc panacem Heracliam, ali sideriten et apud nos millefoliam vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus quam fe-
niculi folis vestitam ab imo. ali fatentur quidem illam vulne- 43
ribus utilem, sed veram Achilleon esse scapo caeruleo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter ve-
20 stitam, ali quadrato caule, capitulis marrubi, foliis quercus, hac etiam praecisos nervos glutinari. faciunt et sideritim in mace-
ris nascentem, cum teratur, foedi odoris, etiamnum aliam simi- 44
lem huic sed candidioribus folis et pinguioribus, teneriorem cauliculis, in vineis nascentem, ali*am* vero binum cubitorum, ramu-
25 lis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo longo, betae semine, omnes volneribus praecipuas. nostri eam quae est latissimo folio scopas regias vocant. medetur anginis suum.

(20.) Invenit et Teucer eadem aetate Teucrion, quam qui- 45
dam hemioneon vocant, spargentem iuncos tenues, folia parva,
30 asperis locis austero sapore, numquam florentem, nec quae se-

---

1. olidis] *codd. Gel.* solidis, *Ea.* invinxit, *a.* *dist. ego.* 2. albo] *a.* alvo, *E.* 6. mixtum] *a.* decoctae, *E*(?). 7. decoctum, *E*(?) 10. invenies, *NEa.* et] *C. om. N.* 11. ob] *NE.* co, *r.* achilleu, *R.* ach//leo//, *N.* achilleus, *r.* 13. ex] *E.* ea, *N.* cia, *r.* eam] *NE. om. r.* 14. volunt] *NE.* voluntatem, *RV*[1]. volunt autem, *V*[2]. 15. sideritem, *E.* sid//riten, *N.* sideriaten, *r.* millefoliam] *NE.* millefolium, *r.* 17. folis] *N.* foliis, *E.* s, *r.* 20. capitolis, *V.* capitibus, *E.* ca/i//////, *N.* haec, *E.* ha///, *N.* 21. glutinari] *Urlichs. vind. 533.* glutinare, *C.* *dist. ego.* et] alia, *E.* 24. aliam] alioqui, *N.* alioque, *C.* 28. teucrion] *NE.* vorion, *r.* 29. hemionion, *Barb.* ///mioneon, *N.* hermioncon, *C.* iugos, *RV.* 30. austero sapore] *E.* aus/////m sapore, *N.* austere, *r.* nec quae] *N.* neque, *C.*

men gignit. medetur lienibus, constatque sic inventam: cum exta super eam proiecta essent, adhaesisse lieni eumque exina-
46 nisse. ob id a quibusdam splenion vocatur. narrant sues qui radicem eius edint sine splene inveniri. quidam ramis hysopi surculosam, folio fabae, eodem nomine appellant et colligi cum floreat iubent. adeo florere non dubitant, maximeque ex Ciliciae et Pisidiae montibus laudant.

47 (21.) Melampodis fama divinationis artibus nota *est*. ab hoc appellatur unum hellebori genus Melampodion. aliqui pastorem eodem nomine invenisse tradunt, capras purgari pasto illo animadvertentem, datoque lacte earum sanasse Proetidas furentes. quamobrem de omnibus eius generibus dici simul con-
48 venit. Prima duo sunt, candidum ac nigrum. hoc radicibus tantum intellegi tradunt plerique, ali folia nigri platano similia sed minora nigrioraque et pluribus divisuris scissa, albi betae incipientis, haec quoque nigriora et canalium dorso rubescentia, utraque caule palm*ari* ferulaceo, bulborum tunicis convoluto, radice fimbriata ceparum modo. nigro equi, boves, sues necantur, itaque cavent id, cum candido vescantur. tempestivum
49 esse tradunt messibus. plurimum autem nascitur in Oete monte et optimum, uno eius loco circa Pyram. nigrum ubique provenit, sed melius in Helicone, qui mons et aliis laudatur herbis. candidum probatur secundum Oet*a*eum Ponticum, tertio loco Eleaticum quod in vitibus nasci ferunt, quarto Parnasium quod adulteratur Aetolico ex vicino. nigrum ex his Melampodium vocant, quo et domus suffiunt purgantque, spargentes et
50 pecora, cum precatione sollemni. hoc et religiosius colligitur, primum enim gladio circumscribitur, dein qui succisurus est ortum spectat et precatur ut id liceat sibi concedentibus diis fa-

---

2. protecta. *RV*. lieni eumque] *EV*². lin / eumque, *N*. lieni (lient, *V*¹.) cumque, *r*. 4. edint] *NV*¹. ederint, *R*. edunt, *r*. hiesopi, *V*. hieropi, *R*. 5. eum, *E*. 6. floreat] *V*². flore ad, *r*. iuvent, *E*. flore, *RV*. ciliciae] *V*². cilicis, *V*¹. ciliciis, *r*. 8. melampolis, *RV*. devenatione, *RV*. nota est] notas, *C*. 10. 11. pastor illi, *E*. 11. animadvertentem] *d*². animadvertite, *R*. animadvertente, *r*. proecidas, *R*. parotidas, *E*. 14. alii, *E*. alia, *r*. nigra, *RV*. platani, *E*. 15. sed] et, *E*. s, *V*¹. plurie, *RV*¹. alibi, *RV*¹. alii, *V*². 16. incipientes, *RV*. 18. palmari] *Urlichs. vind. 535*. palmi, *C*. convolto, *RV*. 17. nigro] nigro modo, *E*. 20. in oete] *E*. nocte e, *r*. 21. opimum, *RV*. *dist. Urlichs. vind. 536*. 22. melius] *E*. *om. r*. alias, *RV*. 23. oetum, *E*. eteu, *V*². eteum, *r*. 25. vicino] *Salmas*. vinicio, *C*. 26. sufficiunt, *RV*. 27. et] est, *C*. 29. expectate, *RV*.

cere observatque aquilae volatus, fere enim secantibus interest
et, si prope advolavit, moriturum illo anno qui succidat augu-
rium est. nec album facile colligitur, caput adgravans maxime,
nisi praesumatur alium et subinde vinum sorbeatur celeriter-
5 que fodiatur. nigrum ali encymon vocant, ali polyrrhizon. pur- 51
gat per inferna, candidum autem vomitione, causasque morbo-
rum extrahit, quondam terribile, postea tam promiscuum ut
plerique studiorum gratia ad pervidenda acrius quae commen-
tabantur saepius sumptitaverint. Carneaden responsurum Ze-
10 nonis libris * * , Drusum quoque apud nos, tribunorum po- 52
pularium clarissimum, cui ante omnis plebs astans plausit, ob-
tumates vero bellum Marsicum inputavere, constat hoc medica-
mento liberatum comitiali morbo in Anticyra insula. ibi enim
tutissime sumitur, quoniam, ut diximus, sesamoides admiscent. 22, 133
15 Italia veratrum vocat. farina eorum per se et mixta radiculae
qua lanas diximus lavari sternumentum facit, amboque somnum. 19, 48
leguntur autem tenuissimae radices brevesque ac velut decur- 53
tatae et imae. nam summa, quae est crassissima, cepis similis,
canibus tantum datur purgationis causa. antiqui radicem cor-
20 tice quam carnosissimo seligebant, quod tenuior eximeretur me-
dulla — hanc umidis spongeis opertam turgescentemque acu
in longitudinem findebant, dein fila in umbra siccabant his uten-
tes — nunc ramulos ipsos ab radice quam gravissimi corticis
ita dantes. optimum quod acre gustu fervensque in frangendo
25 pulverem emittit. durare vim XXX annis ferunt.

(22.) Nigrum medetur paralyticis, insanientibus, hydropicis, 54
dum citra febrim, podagris veteribus, articularis morbis, trahit
ex alvo bilem, pituitas, aquas. datur ad leniter molliendam
alvum plurimum drachma una, modice quattuor obolis. mi-
30 scuere aliqui et scamonium, sed tutius salem. in dulcibus da-

---

5. fodietur, *RV*. alii encymon, *E*. alium vocimon, *R*. aliam vocymon, *V*. poliriton, *RV*. 6. vomnine, *RV*. 7. praesumiscum, *R*. praemiscum, V^1. praecipuum, V^2. 8. praevidenda, *R*. previdenda, *V*.
9. sumtitaverint, *d*. sumtitaverunt, *E*. summitaverunt, *r*. 10. *lac. indicavit Sillig*. tribus nurum, RV^1. tribunum, V^2. 11. omnis] *V*. omnes, *r*. plebs] *E*. placet, V^2. pliet, *r*. astans] arstane, *V*. asstare, *R*. stans, *E*. plausit] *E*. phous id, V^2. phousit. *r*. obtumates] *ego*. obtutes, *E*. obtumatem, V^1. obtimatem, V^2. optimates *R*.
12. verm bellom, V^1. verrem bello, V^2. 15. radicula, *E*. 17. febresque, E^1. febre vique, E^2. decorticatae, V^2. 18. et imae] etiam hae, *E*. 19. radice corticis, *RV*. 20. quod] quae, *E*. 25. vim] vim eius, *E*(?) 27. cytra, *V*. cyta, *R*. febri podagri, *RV*. 28. pituitis, *RV*. molliendo, *RV*. 29. una] *V*. upa, *E*. *om. R*. miscere, *RV*.

tum copiosius periculum infert, oculorum caliginem fotu discu-
55 tit. ob id quidam et inunxere trito. strumas, suppurata, du-
ritias concoquit et purgat, item fistulas tertio die exemptum.
verrucas tollit cum squama aeris et sandaraca. hydropicorum
ventri inponitur cum farina hordeacia et vino. pecorum et iu- 5
mentorum pituitas sanat surculo per aurem traiecto et postero
die eadem hora exempto, scabiem quadripedum cum ture, cera
ac pice vel cum pisselaeo.

56 (23.) Album optimum, quod celerrime movet sternumenta,
sed multum terribilius nigro, praecipue si quis apparatum po- 10
turorum apud antiquos legat contra horrores, strangulatus, in-
tempestivas somni vires, singultus infinitos aut sternumenta. sto-
machi dissolutiones, tardiores vomitus aut longiores, exiguos aut
nimios — quippe alia dare soliti quae concitarent vomitiones
ipsumque helleborum extrahere medicamentis aut clysteribus, 15
saepius etiam sanguine venis emisso — iam vero et cum pros-
57 pere cedat, terribili visu, variis coloribus vomitionum et post
vomitiones observatione alvi, balinearum dispensatione, totius
corporis cura, antecedente omnia haec magno terrore famae,
namque tradunt absumi carnem, si coquatur una. sed antiquo- 20
rum vitium erat quod propter hos metus parcius dabant, cum
58 celerius erumpat quo largius sumitur. Themison binas non
amplius drachmas datavit, sequentes et quaternas dedere claro
Herophili praeconio, qui helleborum fortissimi ducis similitudini
aequabat. concitatis enim intus omnibus ipsum in primis exire. 25
53 praeterea mirum inventum est quod incisum forficulis, ut diximus,
cribrant. cortex remanet — hoc inaniunt — medulla cadit —
haec in nimia purgatione data vomitiones sistit.

59 (24.) Cavendum est felici quoque cura ne nubilo die detur,
inpetibiles quippe cruciatus existunt. nam aestate potius quam 30
hieme dandum non est in dubio. corpus septem diebus ante
praeparandum cibis acribus, abstinentia vini, quarto et tertio die
vomitionibus, pridie cenae abstinentia. album et in dulci datur,
aptissime vero in lente aut pulte. nuper invenere dissectis ra-
phanis inserere helleborum rursusque conprimere raphanos, ut 35

---

3. eximium, *RV*. 7. cum] aut, *E*. 8. ac] *Barb*. haric, *R*. haro, *r*. pide, *E*[1]. vel] velut, *C*. 13. tardiores] *E*. *om*. *r*. 15. extrahere] *Strack*. extraherent, *C*. 17. terribilis, *RV*. 18. observationem, *RV*. 20. carnes, *RV*. 22. quod, *E*. thebison, *RV*. 25. omnium, *RV*. in — 26. incisum] *E*. *om*. *r*. 27. huc, *RV*. 30. quippe] quoque, *E*. 32. vini — 33, abstinentia] *om*. *E*. 34. lente aut] laene ut, *E*. disse et his, *RV*.

transeat vis, atque lenimento dare. reddi post quattuor fere horas incipit. totum opus septenis peragitur horis. medetur ita 60
morbis comitialibus, ut diximus, vertigini, melancholicis, insa- 52
nientibus, lymphatis, elephantiasi albae, lepris, tetano, tremulis,
5 podagricis, hydropicis incipientibusque tympanicis, stomachicis, spasticis cynicis, ischiadicis, quartanis, quae aliter non desinant, tussi veteri, inflationibus, torminibus redeuntibus.

(25.) Vetant dari senibus, pueris, item mollis ac feminei 61
corporis animive, exilibus aut teneris, et feminis minus quam
10 viris, item timidis, aut si exulcerata sint praecordia vel tumeant, minime sanguinem excreantibus causarisve latere, faucibus. medetur extra corporis eruptionibus, pituitae cum axungia salsa inlinitum, item suppurationi veteri. mures pulentae admixtum necat. Galli sagittas in venatu helleboro tingunt circumciso-
15 que vulnere teneriorem sentiri carnem adfirmant. muscae quoque necantur albo trito et cum lacte sparso. eodem et phthiriasis emendatur.

6. (26.) Ipsi Mithridati Cratevas adscripsit unam, Mithri- 62
datiam vocatam — huic folia duo a radice acantho similia, cau-
20 lis inter utraque sustinens roseum florem — (27.) alteram Le- 63
naeus, scordotim sive scordion, ipsius manu adscriptam, magnitudine cubitali, quadriangulo caule, ramosam, querna similitudine foliis lanuginosis. reperitur in Ponto, campis pinguibus umidisque, gustus amari. est et alterius generis, latioribus fo-
25 liis, mentastro similis, plurimosque utraque ad usus per se et inter alia in antidotis.

(28.) Polemonia*m* ali Philetaeriam a*b* certamine regum in- 64
ventionis appellant, Cappadoces autem chiliodynamiam, radice crassa, exilibus ramis quibus in summis corymbi dependent,
30 nigro semine, cetero rutae similis, nascitur in montosis.

(29.) Eupatoria quoque regiam auctoritatem habet, caulis 65
lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis et aliquando amplioris, folis per intervalla quinquefoli aut cannabis per *extr*emitatis in-

---

3. melangonicis, *RV*. 6. quinicis sciadicis, *RV*. desinat, *RV*. 8. mollibus *RV*. 11. causariis vel, *ER*. 16. trito] *d*. tritum, *r*. 19. vocatam huic — acantho] *E*. vocant hoc, *r*. 20. rose in, *E*. altera, *RV*. Lenaeus] *codd. Gel.* lenius, *C*. 22. querna] *Hard.* quernae, *C*. 25. plurimosque] *d*. plurimoque, *r*. 27. polemonis, *E*. polemoni, *V*. polemon, *R*. philecheria, *d*. filetellam, *E*. filecheriam, *r*. ab] *ego*. a, *E*. ar, *r*. 28. chiliodynamam, *d*. chylodinamiam, *V*. chilodynamiam, *r*. 33. extremitates, *Gron*. temitalis, *C*.

cisis quinquepertito, nigris et ipsis plumosisque, radice supervacua. semen dysintericis in vino potum auxiliatur unice.

66 (30.) Centaurio curatus dicitur Chiron, cum Herculis excepti hospitio pertractanti arma sagitta excidisset ei in pedem, quare aliqui Chironion vocant. folia sunt lata et oblonga, serrato ambitu, densa ab radice caules ternum cubitorum geniculati. in his capita ceu papaverum. radix vasta, rubescens, tenera fragilisque, ad bina cubita, madida suco, amara cum
67 quadam dulcedine. nascitur in collibus pingui solo, laudatissima in Arcadia, Elide, Messenia, Pho*l*oe, Lycaeo, et in Alpibus vero plurimisque aliis locis. in Lycia quidem et ex ea Lycium faciunt. vis in vulneribus tanta *est* ut cohaerescere etiam carnes tradant, si coquantur simul. in usu radix, tantum duabus drachmis bibenda quibus dicetur. si febris sit, in aqua trita, ceteris in vino medetur. et obvius morbis decoctae sucus.

68 (31.) Est alterum centaurium cognomine lepton, minutis foliis, quod aliqui libadeon vocant, quoniam secundum fontes nascitur, origano simile, angustioribus et longioribus foliis, anguloso caule pal*m*um alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui et supervacua, suco efficax. ipsa herba autumno legitur, sucus e fronde. quidam caules concisos madefaciunt diebus XVIII atque ita exprimunt. hoc centaurium nostri fel terrae vocant propter amaritudinem summam, Galli exacum, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum.

69 (32.) Tertia est centauris cognomine triorchis. qui eam secat rarum est ut non vulneret sese. haec sucum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam inpugnarique colligentes tradit a triorche accipitrum genere, unde et nomen accepit. inperiti confundunt haec omnia et primo generi adsignant.

70 7. (33.) Clymenus a rege herba appellata *est*, hederae foliis, ramosa, caule inani, articulis praecincta, odore gravi et semine hederae, silvestribus et montuosis nascens. quibus morbis pota medeatur dicemus, sed hic indicandum est, dum me-

---

4. ei] *d.* et, *RV. om*, *E.* pede, *RV.* 10. Pholoe] *Barb.* phorus e, *E.* phorpoe, *r.* Lycaeo] *Barb.* liceao, *E.* lyceo, *R.* liceo, *V.* 11. Lycia] scia, *E.* licia, *V.* 12. est] vis, *E.* sic, *r.* 13. tradat, *RV.* coquatur, *RV.* 15. obvius] *d.* obvium, *r.* 19. palmum] *Barb.* paulum, *C.* fruticantu, *E.* fruticum, *r.* flore] vere, *E.* lychnidis] *Barb.* lychenidis, *C.* 20. suco] *E.* suo, *r.* 21. succus e fronde, *E.* succos effronte, *r.* 22. terrae] *E. om. r.* 23. exacum] exea, *E.* 24. e] *E. om. r.* exsiccat, *E.* 26. sese] *E.* si (sed, *R*) sese, *r.* 28. unde] *d.* ū *R. om. r.* nomine, *RV.* accipit, *EV.* 29. primo] pro, *E.* 30. est] si, *C.*

deatur, sterilitatem pota etiam viris fieri. Graeci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se inplexis velut in polyporum cirris. et sucus autem in usu, vi summa in refrigerando.

(34.) Gentianam invenit Gentius rex Illyriorum, ubique nascentem, *in* Illyrico tamen praestantissimam, folio fraxini, sed magnitudine lactucae, caule tenero pollicis crassitudine, cavo et inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis plurima. usus in radice et suco. radicis natura est excalfactoria, sed praegnantibus non bibenda. 71

(35.) Invenit et Lysimachus quae ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. folia habet ut salicis viridia, florem purpureum, fruticosa, ramulis erectis, odore acri. gignitur in aquosis. vis eius tanta est ut iumentis discordantibus iugo inposita asperitatem cohibeat. 72

(36.) Mulieres quoque hanc gloriam adfectavere, in quibus Artemisia uxor Mausoli adoptata herba quae antea parthenis vocabatur. sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putent, quoniam privatim medeatur feminarum malis. est autem absinthi modo fruticosa, maioribus foliis pinguibusque. ipsius duo genera: altior latioribus foliis, altera tenera tenuioribus et non nisi in maritimis nascens. sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellent, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi erumpentis cum uva maturescit, odore non iniucundo, quem quidam botryn, ali ambrosiam vocant. talis in Cappadocia nascitur. 73 74

(37.) Nymphaea nata traditur nympha zelotypia erga Herculem mortua — quare Heracleon vocant aliqui, ali rhopalon a radice clavae simili — ideoque eos qui biberint eam XII diebus coitu genituraque privari. laudatissima in Orchomenia et Marathone. Boeoti mallon vocant et semen edunt. nascitur in aquosis, foliis magnis in summa aqua et alis ex radice, flore lilio simili et, cum defloruit, capite papaveris in caule. secatur 75 76

---

1. potam, *RV*. 2. cum] *E*. in, *r*. 4. in] *om*. *C*. 8. cubitorum — 9. lenta] *E*. *om*. *r*. 11. bibendum, *RV*. 13. ut] V^2. et, V^1R. *om*. *E*. 17. quoque] *om*. *E*. 18. artemesta, V^1R. artemia est, V^2. 19. harchemete, V^1. harchemede, V^2. ilithyia] *E*(?) litida, *r*. putant, *ER*. 20. est] *om*. *E*. 22. tenerioribus, *C*. 24. appellant, *R*. apellant, *V*. 25. iucundo, *E*. botryon, *RV*. 28. *sq*. *dist*. *Strack*. opalon, *RV*. 31. vocant et] *E*. ucantem, *V*. micantem, *R*. 32. aqua] *E*. qua, *r*.

autumno radix nigra, in sole siccatur, adversatur ea alvi malis. Est et alia nymphaea in Thessalia, amne Penio, radice alba, capite luteo, rosae magnitudine.

77 (38.) Invenit et patrum nostrorum aetate rex Iuba quam appellavit Euphorbeam medici sui nomine. frater is fuit Musae 5
19, 128 a quo divum Augustum conservatum indicavimus. idem fratres instituere a balineis frigida multa corpora adstringere. antea non erat mos nisi calida tandum lavari, sicut apud Homerum
78 etiam invenimus. sed Iubae volumen quoque extat de ea herba et clarum praeconium. invenit eam in monte Atlante, specie 10 thyrsi, foliis acanthinis. vis tanta est vel e longinquo: sucus excipitur incisa conto, subitur excipulis ventriculo haedino. umor lactis videtur defluere. siccatus cum coiit, turis effigiem habet. qui colligunt clarius vident. contra serpentes medetur, quacumque parte percussa vertice inciso et medicamento addito 15
79 ibi. Gaetuli qui legunt taedio lacte adulterant, sed discernitur igni, id enim quod sincerum non est fastidiendum odorem habet. Multum infra hunc sucum est qui in Gallia fit ex herba chamelaea granum cocci ferente. fractus hammoniaco similis est, etiam levi gustu os accensum diu detinens et magis ex intervallo, 20 donec fauces quoque siccet.

80 8. (39.) Celebravit et Themiso medicus vulgarem herbam plantaginem tamquam inventor volumine de ea edito. duo eius genera: minor angustioribus foliis et nigrioribus, linguae pecorum simillimis, caule anguloso in terram inclinato, in pratis nascens. 25 altera maior, foliis laterum modo inclusa, quae quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocavere. huius et caulis cubitalis est et uva api. in umidis nascitur multo efficacior. mira vis in siccando densandoque corpore, cauteri vicem optinens. nulla res aeque sistit fluctiones quas Graeci rheumatismos vocant. 30

81 (40.) Iungitur huic buglossos boum linguae similis, cui praecipuum quod in vinum deiecta animi voluptates auget, et

---

1. autumno — siccatur] *om. E.* autumni, *RV.* ea alvi malis] *Ianus.* et alium, *E. om. r.* 2. et] *om. E.* issalia, *R.* his alia, *V.* 5. suo, *RV.* frater is] *R.* fratris, *r.* fuit] sui et *E.* 7. a balineis] *R.* ab alienis, *V.* ab aligenis, *V.* multo, *RV.* 8. mos] *E. om. r.* 10. 11. specie thyrsi] *Salm.* spectetur si, *E.* specie tunsi, *r.* 11. 12. *dist. ego.* 12. excipiatur incisae] *ER*(?) excipulus, *RV.* 13. cum coiit] *E.* cuncto (cuncti, *R*) sic, *r.* 16. tedio, *ER.* 22. themison, *E*(?) themisso, *r.* 24. minora, *RV.* foliis et nigrioribus] *om. E.* 25. similis, *EV.* 26. quae] queque, *EV.* 27. caulis] *E. om. r.* 28. uva api] *ego.* uapi, *C.* mira] *om. E.*

vocatur euphrosynum. (41.) iungitur et cynoglossos canina*m* linguam imitata, topiaris operibus gratissima. aiunt quae tres thyrsos seminis mittat eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse, quae quattuor ad quartanas. Est et alia similis ei
5 quae fert lappas minutas. eius radix pota ex aqua ranis et serpentibus adversatur.

(42.) Est et buphthalmus similis boum oculis, folio feniculi, 82
circa oppida nascens, fruticosa caulibus qui et manduntur decocti. quidam calchan vocant. haec cum cera s*te*atomata discutit.
10 (43.) Invenere herbas et universae gentes, Scythia primam eam quae Scythice vocatur, circa *Ma*eotim nascens, praedulcem alias utilissimamque ad ea quae *asth*mata vocant. magna et ea commendatio, quod in ore eam habentes sitim famemque non sentiunt.

15 (44.) Idem praestat apud eosdem hippace, distincta, quod 83
in equis quoque eundem effectum habe*a*t, traduntque his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame sitique.

(45.) Ischaemonem Thracia invenit, qua ferunt sanguinem sisti non aperta modo vena sed etiam praecisa. serpit e terra
20 milio similis, foliis asperis et lanuginosis. farcitur in nares quae in Italia nascitur et sanguinem eadem adalligata sistit.

(46.) Vettones in Hispania eam quae Vettonica dicitur in 84
Gallia, in Italia autem serratula, a Graecis cestros aut psy*ch*rotrop*h*on, ante cunctas laudatissima. exit anguloso caule cubi-
25 torum duum e radice spargens folia fere lapathi, serrata, semine purpureo. folia siccantur in farinam plurimos ad usus. fit vinum ex ea et acetum stomacho et claritati oculorum, tantumque gloriae habet ut domus in qua sata sit tuta existimetur a periculis omnibus.

30 (47.) In eadem Hispania inventa est Cantabrica per divi 85

---

1. caninas, *E.* caninan, *V.* cannina, *R.* 2. linguam] V^2 *in ras.* lingua, *R.* linguas, *E.* lingutis, *F.* imittata, V^2. imittat, V^1. imitato, *E.* imitat, *R.* aiunt quae] aiuntque, *V.* aiunt quod, *E.* aiuntque quae, *R.* 3. mitat, *R.* inmittat, *E.* 4. et] *om. ER.* ei] *E.* et, *r.* 5. ferat, *E.* lampas, *RV.* 8. circa] contra circa, *C.* 9. chalcan, *E.* cera steatomata] *codd. Barb.* cerasia (erasia, *E*) fatomata (flatomata, *V.* flathomata, *R*)*C.* 11. Maeotim] *Pint.* boeotiam, *C.* 12. asthmata] *Salm.* spartama, *E.* sparmatam, *r.* 15. hippace] *d.* ipsace, *E.* hipace, *r.* 16. habere, *E.* habent, *r.* 17. etiam] *E.* sedam, *R.* redam, *V.* 18. scemonem, *RV.* thracia] *R.* traicla, *V.* trahyda, *E.* 20. farcitur] *E.* parcitum, *R.* parcitam, V^1. parcituram, V^2. 23. pychrotropon, *E.* phycrotropon, *r.* 25. e] a, *ER.* lappatis, *RV.* 28. gloria, *RV.* sata sit tuta] *E.* sit ita, *R.* sitit, V^1. sit, V^2. periculis] V^2. piculis, V^1. piaculis, *r.* 30. est] sit, *E.* sic, *r.*

Augusti tempora a Cantabris reperta. nascitur ubique caule iunceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi veluti calathi, in his semen perquam minutum. Nec alias defuere Hispaniae herbis exquirendis, ut in quibus etiamnunc hodie in more sit la*u*tiore convictu potionem e centum herbis mulso additis credere salu- 5 berrimam suavissimamque. nec quisquam genera earum iam novit aut multitudinem, numerus tamen constat in nomine.

86 (48.) Nostra aetas meminit herbam in Marsis repertam. nascitur et in Aequicolis circa vicum Nervesiae, vocatur consiligo.
26,38 prodest, ut demonstra*b*imus suo loco, deploratis in phthisi. 10

87 (49.) Invenit nuper et Servilius Democrates e primis medentium quam appellavit Hiberida, quamquam ficto nomini inventione eius adsignata carmine. nascitur maxime circa vetera monumenta parietinasque et inculta itinerum. floret semper, folio nasturti, caule cubitali, semine vix ut aspici possit. radici 15 odor nasturti. usus aestate efficacior et recenti tantum. tun-
88 ditur difficulter. coxendicibus et articulis omnibus cum axungia modica utilissima, viris plurimum quaterni*s* horis, feminis minus dimidio adalligata, ut deinde in balineis descendatur in calidam et postea oleo ac vino perunguatur corpus, diebusque vicenis 20 interpositis idem fiat, si qua admonitio doloris supersit. hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. inponitur non in ipsa inflammatione, sed inminuta.

89 (50.) Animalia quoque invenere herbas, in primisque chelidoniam. hac enim hirundines oculos pullorum in nido resti- 25 tuunt dantque visum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis. genera eius duo: maior fruticosa, folio pastinacae erraticae ampliore, ipsa altitudine duum cubitorum, colos albicans, flos luteus. minori folia hederae rotundiora, minus candida. sucus
90 croci mordax, semen papaveris. florent adventu hirundinum, 30 discessu *in*arescunt. sucus florentibus exprimitur, et in aereo vase cum melle Attico leniter cinere ferventi decoquitur, singulari remedio contra caligines oculorum. utuntur et per se suco et in collyriis quae chelidonia appellantur ab ea.

---

4. more sit] *cod. Tol.* mores sit, *RV.* numeroso et, *E.* lautiore] *ego.* laetiore, *E.* lactiore, *r.* 9. et] *E. om. r.* vernesiae, *R.* nernesiae, *V.* 10. domonstravimus, *C.* thisi, *V.* his, *R.* 12. nomine, *ER.* inventioni, *C.* 13. assignato, *C.* 18. quaternum, *C.* moris, *RV.* 22. occultos — 23. ipsa] *om. V.* 23. ipsas inflammationes, *E.* 25. oculos] *ego.* ocules, V^2. oculis, *r.* 25. 26. restituunt dantque] V^2. restidaiuntque, V^1. restituuntque in, *E.* restituunt, *R.* 28. altitudine] *E.* amplitudine, *r.* 31. inarescunt] *ego.* marescunt, *V.* marcescunt, *r.* 33. et per] *E.* per, *r.*

(51.) Invenerunt et canes qua fastidium vincunt eamque 91
in nostro conspectu mandunt, sed ita ut numquam intellegatur
quae sit. etenim depasta cernitur. Notata est haec animalis
eius malignitas in alia herba maior. percussus enim a serpente
5 mederi sibi quadam dicitur, sed illam homine spectante non
decerpit.

(52.) Simplicius cervae monstravere elaphoboscon, de qua 92
diximus, item helxine*n* a partu dictam, (53.) ostendere, ut in- 22,79
dicavimus, dictamnum vulneratae pastu statim telis decidentibus. 8,97
10 non est alibi quam in Creta, ramis praetenue, puleio simile,
fervens et acre gustu. foliis tantum utuntur, flos nullus aut
semen aut caulis, radix tenuis ac supervacua. et in Creta autem
non spatiosa nascitur, mirêque capris expetitur. Pro eo est et 93
pseudodictamnum multis in terris nascens, folio simile, ramulis
15 minoribus, a quibusdam chondris vocatum. minoris effectus
statim intellegitur. dictamnum enim minima potione accendit
os. qui legere eas in ferula aut harundine condunt praeligantque
ne potentia evanescat. sunt qui dicant utramque nasci multi-
fariam, sed deteriores in agris pinguibus, veram quidem di-
20 ctamnum non nisi in asperis. Est et tertium genus dictamnum 94
vocatum, sed neque facie neque effectu simile, folio sisymbri,
ramis maioribus, praecedente persuasione illa quicquid in Creta
nascatur infinito praestare ceteris eiusdem generis alibi genitis,
proxime quod in Parnaso. alioqui herbiferum esse et Pelium
25 montem in Thessalia et Telethrium in Euboea et totam Arcadiam
ac Laconicam tradunt, Arcades quidem non medicaminibus uti
sed lacte circa ver, quoniam tum maxime sucis herbae turgeant
medicenturque ubera pascuis. bibunt autem vaccinum, quoniam
boves omnivori fere sunt in herbis. potentia earum per quadri-
30 pedes etiamnum duobus claris exemplis manifesta fit. circa
Abderam et limitem qui Diomedis vocatur equi pasti inflammantur
rabie, circa Potnias vero et asini.

(54.) Inter nobilissimas aristolochiae nomen dedisse gra- 95

---

1. inveniunt, *RV*. canas quae, *E*. dicunt, *E*. 5. sibi quamdiu, *E*. quadam sibi, *R*(?) 8. helxinen] *Salm*. helxine, *E*. helsine, *r*. 9. pastae, *E*. telis] *om*. *E*. 11. acre] ere, *V*. nullus aut] nullum erat, *E*. 14. terris — ramulis] ter, *E*. 17. ferula aut] ferula vel, *E*. ferula vi aut, *r*. praeligatque nec, *RV*. 18. multiforia, *RV*. 19. pinguibus] *d*. pinguis, *r*. quidam, V^1. que, V^2. 21. facile, *RV*. 23. nascitur, *ER*. 24. esse] *E*. esset, *r*. 27. ver] uter, *E*. 29. omnibori, *E*. omnivofi, *r*.

vidae videntur, quoniam esset ἀρίστη λεχούσαις. nostri malum terrae vocant et quattuor genera eius servant: unum tuberibus radicis rotundis, foliis inter malvam et hederam, nigrioribus mollioribusque, alterum masculae, radice longa, quattuor digitorum longitudine, baculi crassitudine, tertium longissimae, tenuitate vitis novellae, cuius sit praecipua vis, quae et clematis
96 vocatur, ab alis Cretica. omnes colore buxeo, caulibus parvis, flore purpureo. ferunt baculas parvas ut cappari. valent radice tantum. est et quae plistoloc*h*ia vocatur, quarti generis, tenuior quam proxime dicta, densis radicis capillamentis, iunci plenioris
97 crassitudine. hanc quidam polyrrhizon cognominant. odor omnium medicatus, sed oblongae radici tenuiorique gratior, carnosi enim est corticis, unguentis quoque nardinis conveniens. nascuntur pinguibus locis et campestribus. effodere eas messibus tempestivum, *d*esquamato terreno servantur. maxime tamen laudatur Pontica et in quocumque genere ponderosissima quaeque, medicinis aptior rotunda, contra serpentes oblonga, in summa tamen gloria est, si modo a conceptu admota vulvis
98 in carne bubula mares figurat, ut traditur. Piscatores Campaniae radicem eam quae rotunda est venenum terrae vocant, coramque nobis contusam mixta calce in mare sparsere. advolant pisces cupiditate mira statimque exanimati fluvitant. Quae polyrrhizos cognominatur convulsis, contusis, ex alto praecipitatis radice pota ex aqua utilissima esse traditur, semine pleuriticis et nervis, confirmare, excalfacere, eadem satyrion esse.

99 (55.) Verum et effectus ususque dicendi sunt ordiendumque a malorum omnium pessimo est, serpentium ictu. medentur ergo Britannica herba, panacis omnium generum radix e vino, Chironi et flos et semen potum inlitumve ex vino et oleo, privatim quae cunila bubula appellatur, Polemonia vel Philetaeris radicis drachmis quattuor in mero; Teucria, sideritis, scor-
100 dotis ex vino, privatim ad angues, pota et inlita sive suco sive folio sive decocto, centauri maioris radix drachma in vini albi cyathis tribus, Gentiana praecipue adversus angues duabus drach-

---

1. esset] *om. E.* ἀρίστη λεχούσαις] *R*(?) ariste lecusaey, *V.* aristhereos aes, *E.* 5. tenitatis, *E.* 7. certica, *RV.* 8. parent, *E.* 9. plistolocia, V^2. plistolicia, V^1. plistolotia, *R.* plistocia, *E.* 11. pobryzon, *RV.* 15. tesquamato, *E.* ita e squama, *r.* terrenu, V^1. terreni, V^2. terrenum, *R.* 18. est] *E.* est et, *r.* 21. nobis] ut, *E.* 26. et] *E. om. r.* 27. a] *E. om. r.* 30. que, *C.* cunicula, *E.* conicula, *r.* 33. radice, *C.*

mis cum pipere et ruta, vini cyathis sex, sive viridis sive sicca. et Lysimachiae odorem fugiunt. datur ex vino percussis chelidonia, morsibus inponitur Vettonica praecipue, cui vis tanta perhibetur ut inclusae circulo eius serpentes ipsae sese interimant flagellando. datur ad ictus semen eius denari pondere cum tribus cyathis vini vel farina drachmis tribus sextario aquae — farina et *in*ponitur — Cantabrica, dictamnum, aristolochia radicis drachma in vini hemina, sed saepius bibenda. prodest et inlita ex aceto, similiter plistolochia, quin omnino suspensa supra focum fugat e domibus serpentes 9. (56.) argemonia quoque radice eius denari pondere in vini cyathis tribus pota. plura de ea convenit dici ceterisque, qu*ando* primum nominabuntur, in eo autem genere medendi primum nominari quamque in quo maxime valebit. folia habet qualia anemone, divisa api modo, caput in cauliculo papaveris silvestris, item radicem, sucum croci colore acrem et acutum. nascitur in arvis. apud nos tria genera eius faciunt et id demum probant cuius radix tus redoleat. 101 102

(57.) Agaricum ut fungus nascitur in arboribus circa Bosporum colore candido. dantur oboli quattuor contriti cum binis cyathis aceti mulsi. id quod in Gallia nascitur infirmius habetur, praeterea mas spissior amariorque — hic et capitis dolores facit — femina solutior, initio gustus dulcis mox in amaritudinem transit. 103

(58.) Echios utriusque generis puleio similis, foliis coron*ar*ia, drachmis duabus ex vini cyathis quattuor, item altera, quae lanugine distinguitur spinosa, cui et capitula viperae similia sunt, haec ex vino et aceto. quidam echion personatam vocant cuius folio nullum est latius, grandis lappas ferentem. huius radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoscyamum contusum cum folis ex vino datur peculiariter contra aspidas. 104

(59.) Nulla tamen Romanae nobilitatis plus habet quam hiera botane. aliqui aristereon, nostri verbenacam vocant. haec 105

---

2. chelidonia — 3. inponitur] *E. om. r.* 4. ipse, *V.* ipsi, *E.* 6. sextarios, *RV*[1]. 7. *dist. Ianus.* inponitur] *ego.* ponitur, *C.* 8. sed] *om. E.* 12. poto, *V.* inpoto, *E.* quando] *ego.* quo, *E.* qm, *R.* quoniam, *V.* 17. *dist. Ianus.* nos tria] nostri iam, *E.* 21. infirmus, *RV.* 22. praeterea — 23. facit] *om. R.* 22. propterea, *V.* spissior amariorque] *d.* spissiora maiorque, *V.* maiorque spissiorque, *E.* 23. gustu, *E.* 25. ethios, *RV.* coronaria] *Dal. in marg.* corinata, *V.* coronata, *r.* 27. spinoso, *RV.* 29. folia, *RV.* 33. aristereon] *E.* (*quod et in indice vol. 1, 53, 11 ex codd. omnibus scribendum erat.*) aristereum, *r.*

22,5 est quam legatos ferre ad hostes indicavimus. hac Iovis mensa verritur, domus purgantur lustranturque, genera eius duo sunt:
106 foliosa quam feminam putant, mas rarioribus folis. ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi, folia minora quam quercus angustioraque, divisuris maioribus, flos glaucus, radix longa, tenuis. nascitur ubique in planis aquosis. quidam non distingunt et unum omnino genus faciunt, quoniam utraque eosdem effectus habeat. utraque sortiuntur Galli et praecinunt responsa, sed Magi utique circa hanc insaniunt, hac perunctos inpetrare quae velint, febres abigere, amicitias conciliare nul-
107 lique non morbo mederi. colligi debere circa canis ortum ita ne luna aut sol conspiciat, favis ante et melle terrae ad piamentum datis, circumscriptam ferro effodi sinistra manu et in sublime tolli, siccari in umbra separatim folia, caulem, radicem. aiunt, si aqua spargatur triclinium qua maduerit, laetiores convictus fieri. adversus serpentes conteritur ex vino.

108 (60.) Est similis verbasco herba quae saepe fallit pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. haec abiecta blattas in se contrahit ideoque Romae blattaria vocatur.

(61.) Molemonium sucum lacteum mittit concrescentem gummis modo umidis locis. datur denari pondus in vino.

109 (62.) Quinquefolium nulli ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur, Graeci pentapetes aut pentaphyllon aut *cha*m*aeze*lon vocant. cum effoditur, rubram habet radicem. haec inarescens nigrescit et angulosa fit. nomen a numero foliorum. et ipsa herba incipit et desinit cum vite. adhibetur et purgandis domibus.

(63.) Adversus serpentes bibitur et eius radix quae sparganion vocatur ex vino albo.

110 (64.) Dauci genera quattuor fecit Petronius Diodotus, quae persequi nihil attinet, cum sint differentiae duae, probatissimi in Creta, mox in Achaia et ubicumque in siccis nati, feniculi similitudine, candidioribus foliis et minoribus hirsutisque, caule

---

1. ferme, *RV*. 2. sunt] *om. V*. 3. ramulis] *RV*. 4. angulosas] *R*. angulosis, *V*. 7. sed unum, *R*. et vinum, *V*. utraque] *d*. utrasque, *r* 8. eosdemque, *E*. 12. favis] faucibus, *C*. ad piamentum] et ////////, *E*. 14. sublimen, *V*. 15. aiunt, *R*. adlunt, *E*. 20. lemonium, *E*. 21. gummi, *E*. cummis, *RV*[1]. 23. pentapetes — 24. effoditur] *om. E*. 24. chamaezelon] *Sillig*. cameleon, *R*. camelen, *V*. 25. inarescens nigrescit] inarescit, *E*. fit — 26. ipsa] *om. E*. 32. certa, *RV*.

pedali recto, radice suavissimi gustus et odoris. hoc in saxosis 111
nascitur meridianis. reliqua genera ubique nascuntur terrenis
collibus limitibusque, nec nisi pingui solo, foliis coriandri, caule
cubitali, capitibus rotundis, saepe pluribus quam ternis, radice
5 lignosa et, cum inaruit, supervacua. semen huius cumino simile,
prioris milio, album, acre, odoratum omnibus et fervens. secun-
dum priore vehementius est, ideoque parce sumi debet. si 112
iam maxime tertium genus facere libeat, est simile staphylino,
quod pastinacam erraticam appellant, semine oblongo, radice
10 dulci. omnia haec et hieme et aestate sunt intacta quadripedi
nisi post abortus. ex alis usus seminis, ex Cretico radicis est.
Magis ad serpentes bibitur e vino drachma una, datur et quadri-
pedibus percussis.

(65.) Theronarca alia quam magica et in nostro orbe na- 113
15 scitur fruticosa foliis subviridibus, flore roseo, serpentes necat.
cuicumque admota ferae et haec torporem adfert.

(66.) Persolata, quam nemo ignorat, Graeci arcion vocant,
folia habet maiora etiam cucurbitis et hirsutiora nigrioraque
et crassiora, radicem albam et grandem. haec ex vino bibitur
20 denariorum duum pondere. (67.) item cyclamini radix contra 114
serpentes omnes. folia habet minora quam hedera, nigrioraque
et tenuiora, sine angulis, in quibus albicant maculae, caule exiguo,
inani, floribus purpureis, radice lata ut rapum videri possit,
cortice nigro. nascitur in umbrosis, a nostris tuber terrae 115
25 vocatur, in omnibus serenda domibus, si verum est ubi sata
sit nihil nocere mala medicamenta. amuletum vocant, narrantque
et ebrietatem repraesentari addita in vinum. radix et siccata,
scillae modo concisa reponitur. decoquitur eadem ad crassitu-
dinem mellis. suum tamen venenum ei est, traduntque, si prae-
30 gnas radicem eam transgrediatur, abortum fieri.

(68.) Est et altera cyclaminos cognomine cissanthemos, 116
geniculatis caulibus supervacuis a priore distans, circa arbores
se volvens, acinis hederae, sed mollibus, flore candido, specioso,

---

4. rotundis saepe pluribus] *E. om. r.* 6. acrem, *RV.* 7. vehementius — tertium] *E.* vehementium, *r.* 11. cretico radicis] ereti dulcis, *E.* est.] *Gron.* et, *C.* 12. serpentes — vino] serpentes est, *E.* 14. theonurcsa, *E.* thenroniarca, *r.* ali, *RV.* 15. foliis subviridibus] *E.* sub folis (foliis, V^2) viribus, *r.* 16. hac, *RV.* 17. persolidata, *RV.* 23. inane, *RV.* purpureus, RV^1. 26. amuleum, *RV.* narrant quae, *R.* narrant, *E.* 27. radix et] radix, *E.* 30. eam] *om. E.*

radice supervacua. acini tantum in usu, gustu acres *et* lenti. siccantur in umbra tusique dividuntur in pastillos.

(69.) Mihi et tertia cyclaminos demonstrata est cognomine chamaecissos, uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur.

117 (70.) Sed inter prima celebratur peucedanum, laudatissi-
m*um* in Arcadia, mox Samothrace. caulis e*i* tenuis, longus, feniculo similis, iuxta terram foliosus, radice nigra, crassa, gravi odore, sucosa. gignitur in montibus opacis, foditur exitu autumni. placent tenerrimae et altissimae radices. hae conciduntur in quaternos digitos osseis cultellis funduntque sucum in umbra, capite prius et naribus rosaceo perunctis, ne vertigo sentiatur.
118 et alius sucus invenitur caulibus adhaerens incisisque manans. probatur crassitudine mellea, colore rufo, odore suaviter gravi, fervens gustu. hic in usu et radix et decoctum eius plurimis medicamentis, suco tamen efficacissimo, qui resolvitur amaris amygdalis aut ruta. contra serpentes bibiturque et ex oleo perunctos tuetur.

119 10. (71.) Ebuli quoque, quam nemo ignorat, fumo fugantur serpentes.

(72.) Privatim adversatur scorpionibus polemoniae radix, vel adalligata tantum, item *ph*alangio ac ceteris minoribus venenatis, scorpionibus aristolochia, agaricum obolis quattuor in vini mixti cyathis totidem, verbenaca et phalangio cum vino aut posca, item quinquefolium, daucum.

120 (73.) Verbascum Graeci phlomon vocant. genera habet prima duo: album in quo mas intellegitur, alterum nigrum in quo femina. tertium genus non nisi in silvis invenitur. sunt folia brassicae latiora, pilosa, caulis erectus, cubitali amplior. semen nigrum inutile, radix una, crassitudine digiti. nascuntur et in campestribus. silvestri folia elelisphaci, alta, ramis
121 lignosis. (74.) sunt et phlomides duae hirsut*ae*, rotundis foliis,

---

1. acres et] *Urlichs. vind. 540.* acre sed (sec, E^1)*C.* 4. chamaecisus, *E.* camechisos, *r.* 5. necabantur, *RV.* 6. laudatissima, *C.* 7. ei] *Gron.* et, *C.* 10. concidantur, *RV.* 11. osseis] *E.* offensis, *r.* 12. capit, *V.* cap̄, *a.* 13. incisique, *C.* manans] *a.* manat, *r.* 14. probatur] *a.* probaturae, *R.* probatur e, *V.* crassitudinem melle ac, *a.* rubro, *a.* 16. amaris] amarissimam in, *a.* 17. contra serpentes uriturque, *a.* bibiturque, *r.* 19. quem, *a.* fungatur, *RV.* 22. falangio, *C.* ac] *d*(?) a, *r.* 26. pylomon, *a.* philomon, *r.* 31. et] *R. om. r.* elelispatia, *a.* alelisphacia, *r.* 32. plomides, *C.* irsute, *a.* hirsuti, *r.*

humiles. tertia lychnitis vocatur, ab alis *thry*allis, foliis ternis aut cum plurimum quaternis crassis pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. aiunt in foliis eius quam feminam diximus ficus omnino non putrescere. distingui genera haec paene supervacuum est, cum sint omnia eiusdem effectus. contra scorpiones bibitur radix cum ruta ex aqua, magna amaritudine.

(75.) Est effectu pari thely*ph*onon herba. ab aliis scorpion 122
vocatur propter similitudinem radicis cuius tactu moriuntur scorpiones. itaque contra eorum ictus bibitur. — scorpionem mortuum si quis helleboro candido linat, revivescere aiunt. — thely*ph*ono*n* omnem quadripedem necat inposita verendis radice, folio quidem intra eundem diem, quod est simile cyclamino. ipsa geniculata nascitur in opacis. Scorpionibus adversatur et Vet*t*onicae sucus ac plantaginis.

(76.) Sunt et ranis venena, rubetis maxime, vidimusque 123
Psyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ociore etiam quam aspidum pernicie. auxiliatur phrynion in vino pota. aliqui neurada appellant, ali pol*yr*i*z*on, floribus parvis, radicibus multis, nervosis, bene olentibus. (77.) item alisma, quam ali 124
damas*on*ion, ali lyron appellant. folia erant plantaginis, nisi angustiora essent et magis laciniosa convexaque in terram, alias etiam venosa similiter, caule simplici, tenui, cubitali, capite thyrsi, radicibus densis, tenuibus ut veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. nascitur in aquosis. alterum genus eiusdem 125
in silvis, nigrius, maioribus foliis. in usu radices utriusque adversus ranas et lepores marinos drachmae pondere in vini potu. lepori marino adversatur et cyclaminos. veneni vim canis quoque rabidi morsus habent, contra quos erit cynorrhodum, de quo diximus, plantago, et ad omnes bestiarum morsus pota at- 17 sq.
que inlita, Vet*t*onica ex mero vetere.

---

1. lichnitis, *a.* lycnitis, *r.* grialis, *R.* griallis, *r.* foliis] *ad.* floris, *r.* 5. est cum] duximus mecum, *a.* 6. ruta] *a.* rutae, *V.* rute, *R.* 6. 7. *dist. ego.* Est effectu] *ego. om. a.* sed effectu, *r.* parit. Theligonon, *d*, parit. Hactigonon, *a.* parit hetygonon, *r.* 8. tactum, *V.* tactus, *a.* moriuntur — contra] *om. a.* 9. ictus] *om. a.* 10. 11. thelygonos, *R.* theligonos, *r.* 14. vetonicae, *C.* 15. rubetis] *Barb. a.* ultimis, V^1. rultimis, *r.* 16. cande factis, V^2. candida factis, *a.* 17. phrynion] *Barb. d.* phrion, *a.* phyrion, *r.* 18. naurida, *a.* neuram, *d.* natura, *r.* polyrizon] *ego.* potireton, *RV.* potiret. cn, *a.* parvis] *a.* parvum, *r.* 19. olentibus] *a.* olentium, *r.* alcima, *C.* 20. damasion, *C.* erant] *a.* ae, *R.* e, *V.* 22. venenosa, *a.* implici, *a.* simpliciter, *r.* 25. in usu radices] *ego.* visu radices, *a.* in usus in radice, *r.* 26. potum lepore, *Va.* 30. ex] *a.* xe, *r.*

126 (78.) Peristereos vocatur caule alto foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris, unde et nomen. hanc habentes negant latrari a canibus.

127 (79.) Proxima ab his malis venena sunt quae sibimet ipsis homines excogitant. contra haec omnia magicasque artes erit primum illud Homericum moly, dein Mithridatia ac scordotis et centaurium. Potu omnia mala medicamenta exigit per alvum Vet*t*onicae semen in mulso aut passo, vel farina drachma in vini veteris cyathis quattuor, vomere cogendi atque iterum
128 bibere. is qui cotidie gustent eam nulla nocitura mala medicamenta tradunt. Poto veneno aristolochia subvenit eadem mensura qua contra serpentes, quinquefoli sucus, agaricum, postquam vomuerint, denari pondere ex aquae mulsae cyathis tribus.

129 (80.) Antirrinum vocatur sive pararinon ly*ch*nis agria simile lino, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium. ex hoc perunctos venustiores fieri nec ullo malo medicamento laedi posse, aut si quis id in bracchiali habeat, arbitrantur Magi.
130 (81.) similiter ea quam eupliam vocant traduntque ea perunctos commendatioris esse famae. Artemisiam quoque secum habentibus negant nocere mala medicamenta aut bestiam ullam, ne solem quidem. bibitur et haec ex vino adversus opium. Alga privatim potens traditur, potatur et adversus ranas.

131 (82.) Pericarpum bulbi genus est. duae eius species: cortice rubro alterum, alterum nigro papaveri simile, sed vis maior quam priori, utrique autem excalfaciendo. ideo contra cicutam datur, contra quam et tus et panaces, Chironium praecipue. hoc et contra fungos.

132 11. (83.) Verum et generatim membratimque singulis corporum morbis remedia subtexemus orsi a capite. Alopecias emendat nymph*a*eae e lacte radix, siue *e*a trita inlinantur. Po-

---

3. haec, *V*. hec, *a*. 4. ab] *a*. *om*. *r*. ipsis] *a*. ipsi, *r*. 6. ac] *a*. de, *r*. 7. centaurium] *a*. sentarium, *r*. mala] *a*. male, *r*. exigit] *a*. exigi, *r*. 10. nullam, *Va*. 12. agricum, *RV*. 13. vomuerint] *ad*. vomerint, *R*. moverint, *V*. 15. pararinon] *a*. perarinon, *r*. lignis, *C*. 18. *dist*. *ego*. id] *a*. *om*. *r*. braciali habeat, *a*. brachia libeat (habeat, V^2)*r*. 19. traduntque ea] *ad*. traduntque (tradunt, *V*) eaque, *r*. 20. commendatiores, *a*. esse famae] fieri, *a*. 21. aut] *a*. ve, V^1. vel, *r*. 22. solam, RV^2. 23. alga] *ego*. algam, *C*. potatur et] *a*, potave, *r*. 25. alterum] *om*. *Va*. papaveri] *d*. papavere, *r*. 27. datur] dicunt, *a*. 29. Verum — 30. subtexemus] *om*. *a*. 31. mundat, *a*. nymphaeae e lacte] *ego*. nymphea (nympea, *V*. Nimphe, *a*.) elacitae (ea cute, *a*)*r*. sive ea] *ego*. seuna, *a*. siveua (sive, V^2)*r*. trita] *Ianus*. trite, *a*. tritae, *r*.

lythrix distat a callitriche quod iuncos albos habet et folia plura maioraque. frutice quoque maior est, defluentem capillum confirmat et densat, (84.) item lingulaca circa fontes nascens, 133
cuius radix admixta combusta teritur cum adipe suis nigrae, id
5 quoque excipitur, ut eius suis quae numquam peperit. sol deinde plurimum confert inlitae. similis usus est cyclamini radicis. porriginem veratri radix tollit in oleo decocta vel in aqua. Capitis dolori medetur panacis omnium generum radix in oleo 134
contrita, aristolochia, hiberis adalligata hora vel diutius, si pati
10 possit, comitante balinei usu. medetur et daucum. purgat autem et cyclaminos cum melle in nares addita, et ulcera capitis sanat inlita. medetur et peristereos.

(85.) Cacalia sive leontice vocatur semen margaritis minutis simile dependens inter folia grandia, in montibus fere. 135
15 huius grana XV in oleo macerantur atque ita adversus capillos caput inungitur.

(86.) Fit et ex callitriche sternumentum. folia sunt lenticulae, caules iunci tenuissimi radice minima. nascitur opacis et umidis, gustatu fervens.

20 (87.) Hysopum in oleo contritum phthiriasi resistit et prurigini in capite. est autem optimum Cilicium e Tauro monte, 136
dein Pamphylium ac Zmyrnaeum, stomacho contrarium. purgat cum fico sumptum per inferna, cum melle vomitionibus. putant et serpentium ictibus adversari, tritum cum melle et
25 sale et cumino.

(88.) Lonchitis non, ut plerique existimaverunt, eadem est 137
quae xiphion aut phasganion, quamquam cuspidi similis semine, habet enim folia porri rubentia ad radicem et plura quam in caule, capitula personis comicis similia, parvam exserentibus
30 linguam, radicibus praelongis. nascitur in sitientibus, (89.) e 138
diverso xiphion et phasganion in umidis. cum primum exit, gladi praebet speciem, caule duum cubitorum, radice ad nucis

---

1. polythrix] *Hard.* polytria, *C.* 3. confirmant et densant, *a.* lingulata, *Va.* ligulatia, *r.* 4. adipe] *ad.* adipem, *V.* apem, *R.* 5. suis] *ad.* vis, *r.* 7. oleum — aqua, *RV.* aqua vel oleo decocta, *a.* 10. usu] *d*(?) usus, *r.* autem et] *a.* autem, *r.* 13. cacalia] *Barb.* calcalla, *C.* leantice, *RV.* antice, *a.* 15. adversus capillos] *a.* adverso capillo, *r.* 16. inungitur] *a.* ungitur, *r.* 18. iunci tenuissimi] *ego.* iunci (iuncis, *V.* si uncis, *a*) tenuissimis, *C.* 20. thyriasi, *RV.* parthynariasi, *a.* et] *a. om. r.* 22. ac] *ad.* ae, *V.* aet, *R.* 23. inferna] *a.* in farina, *r.* vomitionibus — 24. melle] *a. om. r.* 27. exiphion, *a.* exiphio, *r.* gaphasganion, *a.* pasganion, *R.* sparganion, *V.* 29. caulum, *C.* 31. parsganion, *R.* prasganion, *V.*

abellanae figuram fimbriata, quam effodi ante messes oportet, siccari in umbra. superior pars eius cum ture trita, aequo pondere admixto vino, ossa fracta capite extrahit aut quicquid in corpore suppurat, vel si calcata sint ossa, serpentis eadem contra
139 venena efficax. Caput in dolore veratro in oleo vel rosaceo 5 decocto tritoque ungui convenit, peucedano ex oleo vel rosaceo et aceto. tepidum hoc prodest et doloribus qui plerumque ex dimidia parte capitis sentiuntur et vertigini. perungunt et radice eius sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est.
140 (90.) Psyllion ali cynoid*es*, ali chrysal*l*ion, ali Sic*e*licon, 10 ali cynomyiam appellant, radice tenui supervacua, sarmentosum fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem pulici, unde et nomen. hoc in bacis, ipsa herba in vineis invenitur. vis ad refrigerandum et discutiendum ingens. semen in usu. fronti inponitur in dolore et temporibus 15
141 ex aceto et rosaceo aut posca. ad cetera inlinitur. acetabuli mensura sextari*um* aquae densat ac contrahit. tunc terere oportet et crassitudinem inlinere cuicumque dolori et collectioni inflammationique. Vulneribus capitis medetur aristolochia. fracta extrahens ossa et in alia quidem parte corporis sed maxime 20 capite, similiter plistolochia. *T*hryseli*n*um est non dissimile apio. huius radix commanducata purgat capitis pituitas.
142 12. (91.) Oculorum aciem centaurio maiore putant adiuvari. si addita aqua foveantur, suco vero minoris cum melle culices, nubeculas, obscuritatis discuti, cicatrices extenuari, al- 25 bugines quidem etiam iumentorum sideritide. nam chelidonia supra dictis omnibus mire medetur. Panacis radicem cum polenta epiphoris inponunt. hyoscyami semen et bibunt obolo, tantundem meconi adicientes vinumque ad epiphoras inhibendas. inungunt et Gentianae sucum quem collyris quoque acri- 30
143 oribus pro meconio miscent. facit claritatem et Euphorbeum

---

4. si] *ad.* sic, *r.* 5. vel] cum, *a.* 6. vel] *om. a.* 10. Spyllinon, *a.* spyllion, *r.* cynoida, *R.* cinoida, *V.* cinoid, *a.* crisanion, *a.* crysalion, *r.* silicon, a. sicilicon, *r.* 11. cylomya, *R.* cilompa, *V.* cynomiram, *a.* 12. granis] *ad.* grana, V^2. grane, *r.* canino] *ad.* caenino, *V.* cecino, *r.* 16. *dist. Sillig.* 17. sextarium] *Ianus.* sextario, *R.* sextari, *r.* ac] ad, *a.* a, *r.* terere] V^2. terrae, V^1. terre, *r.* 21. Thryselinum] *Barb.* Rhyssellium, *E.* Rhisellium, *R.* Rhysellium, *V.* 24. addito, *RV.* aquae, *V.* minoribus, *C.* 26. sideturrite, *E.* 27. radice, *RV.* 28. et] *om. E.* 29. adiicientes, *E.* adiacentes, *r.* 30. inungunt] *d.* iniungunt, *E.* intungunt, *r.* suco, *RV.* quoque] *om. E.*

inunctis. instillatur plantaginis sucus lippitudini. caligines aristolochia discutit, hiberis adalligata capiti. quinquefolium epiphoras et si qua in oculis vitia sunt emendat. verbascum epiphoris inponitur, peristereos ex rosaceo vel aceto. ad hypo-
5 chysis et caliginem cyclamen in pastillos diluunt, peucedani sucum, ut diximus, ad claritatem et caligines cum meconio et 117
rosaceo. psyllion inlitum fronti epiphoras suspendit.

13. (92.) Anagallida aliqui acoron vocant. duo genera 144
eius: mas flore phoeniceo, femina caeruleo, non altiores palmo,
10 frutice tenero, foliis pusillis rotundis, in terra iacentibus. nascuntur in hortis et aquosis. prior floret caerulea. utriusque sucus oculorum caliginem discutit cum melle et ex ictu cruorem et argema rubens, magis cum Attico melle inunctis. pupillas dilatat, et ideo hac inunguntur ante quibus paracentesis
15 fit. iumentorum quoque oculis medentur. sucus caput purgat per nares infusus, ita ut deinde vino coluatur. bibitur et contra angues suci drachma in vino. mirum quod feminam pecora 145
vitant aut, si decepta similitudine — flore enim tantum distant — degustavere, statim eam quae asyla appellatur in remedia
20 quaerunt. a nostris felis oculus vocatur. praecipiunt aliqui effossuris ante solis ortum, priusquam quicquam aliud loquantur, salutare eam, sublatam exprimere, ita praecipuas esse vires. De Euphorbeae suco satis dictum est. lippitudini, si tumor erit, 78
absinthium cum melle tritum, item Vettonicae farina conveniet.

25 (93.) Aegilopas sanat herba eodem nomine quae in hordeo 146
nascitur, tritici folio, semine contrito cum farina permixta inpositaque vel suco. exprimitur hic e caule foliisque praegnantibus dempta spica et in trimestri farina digeritur in pastillos.

(94.) Aliqui et mandragora utebantur. postea abdicatus 147
30 est in hac curatione. epiphoris, quod certum est, medetur et oculorum dolori radix tusa cum rosaceo et vino. nam sucus multis oculorum medicamentis miscetur. mandragoran alii Cir-

---

1. lippitudinem, *E.* 2. quinque (quinqui, *V*) foliorum, *RV.* 5. in] *E.* i, *r.* 7. spyllion, *d.* spilion, *r.* 8. acorum, *RV.* 16. colluatur, *E.* colatur, *r.* 17. feminam] *d.* femina, *r.* 18. similitudinem, *RV.* 19. statim] statim moriuntur, V^2. eam quae] eadem quae (que, *RV*)*C.* asyla] *E.* casula, *r.* 20. felis oculus] *ego.* feris oculis, *C.* vocantur, *RV.* 22. praecipua as, V^1. praecipuas has, V^2. 24. item] *E.* item cum, *r.* farinam, *RV.* 25. Aegilotas, *R.* Aegilota, *V.* Aegilata, *E.* 30. est in] *E.* et in, *r.* 32. medicamentis miscetur] *E.* medicatur, V^2. medicetur, *r.* circeon, *d.* circaeo, *E.* circeo, *r.*

caeon vocant. duo eius genera: candidus qui et mas, niger qui femina existimatur, angustioribus quam lactucae foliis, hirsutis et caulibus, radicibus binis ternisve rufulis, intus albis,
148 carnosis tenerisque, paene cubitalibus. ferunt mala abellanarum nucum magnitudine et in his semen ceu pirorum. hoc albo ali arsena, ali morion, ali hippophlomon vocant. huius folia alba, alterius latiora ut lapathi sativae. effossuri cavent contrarium ventum et tribus circulis ante gladio circumscribunt, postea fodiunt ad occasum spectantes. sucus fit et e malis et caule deciso cacumine et e radice punctis aperta aut decocta. utilis haec vel surculo. concisa quoque in orbiculos servatur
149 in vino. sucus non ubique invenitur sed, ubi potest, circa vindemias quaeritur. odor gravis ei, set radicis et mali gravior ex albo. mala matura in umbra siccantur. sucus ex his sole densatur, item radicis tusae vel in vino nigro ad tertias decoctae. folia servantur in muria, efficacius albi. rore tactorum sucus pe-
150 stis est. sic quoque noxiae vires. gravedinem adferunt etiam olfactu, quamquam mala in aliquis terris manduntur, nimio tamen odore obmutescunt ignari, potu quidem largiore etiam moriuntur. vis somnifica pro viribus bibentium. media potio cyathi unius. bibitur et contra serpentes et ante sectiones punctionesque, ne sentiantur. ob haec satis est aliquis somnum odore quaesisse. bibitur et pro helleboro duobus obolis in mulso. efficacius helleborum ad vomitiones et ad bilem nigram extrahendam.

151 (95.) Cicuta quoque venenum est, publica Atheniensium poena invisa, ad multa tamen usus non omittendi. semen habet noxium, caulis autem et viridis estur a plerisque et in patinis, levis hic et geniculatus ut calami, nigricans, altior saepe binis cubitis, in cacuminibus ramosus, folia coriandri teneriora, gravi odoratu, semen aneso crassius, radix concava, nullius usus. semini et foliis refrigeratoria vis, sic et necat. incipiunt algere
152 ab extremitatibus corporis. remedio est, priusquam ad vitalia

---

5. in] *om. E.* 6. assena, *RV.* modrion, *RV.* 7. et fossura, *E.* 8. gladios, *RV.* 9. postea] *E.* folia postea, *r.* 11. vel] *E.* velut, *r.* 13. ei set] eius et, *C.* ex albo] *E.* et alvum, *r.* 14. *dist. Urlichs. vind. 545.* 15. ad] *om. E.* decoctum, *RV.* 16. muri, *RV.* albi] *Urlichs vind. 546.* albus, *C.* *dist. Urlichs l. l.* tactorum] *ego* tantum, *C.* succus, *E.* sucum, *r.* 19. potae, *V.* pote, *R.* 22. nec, V^2. satiantur, *RV.* somnio, *EV.* 28. a] *E.* at, *r.* platanis, *E.* 29. geniculatis et, *RV.* latiore, *RV.* 32. sic et] ciet, *E.* algiri, V^1. algeri, *r.*

perveniat, vini natura excalfactoria. sed in vino pota inremediabilis existit. sucus exprimitur foliis floribusque, tum enim maxime tempestivus est, melior semine trito. expressus et sole densatus in pastillos necat sanguinem spissando. haec altera
5 vis, et ideo sic necatorum maculae in corporibus apparent. ad 153
dissolvenda medicamenta utuntur illo pro aqua. fit ex eo et ad refrigerandum stomachum malagma. praecipuus tamen est ad cohibendas epiphoras aestivas oculorumque dolores sedandos circumlitu. miscetur collyriis et alias omnis rheumatismos co-
10 hibet. folia quoque tumorem omnem doloremque et epiphoras sedant. Anaxilaus auctor est mammas a virginitate inlitas sem- 154
per staturas. quod certum est, lac puerperarum mammis inposita extinguit veneremque testibus circa pubertatem inlita. remedio quibus bibenda censetur non equidem praeceperim.
15 vis maxima natae Susis Parthorum, mox Laconicae, Creticae, Asiaticae, in Graecia vero Megaricae, deinde Atticae.

(96.) Cremnos agrios gremias tollit oculorum inpositus, tu- 155
morem quoque polenta addita.

(97.) Nascitur vulgo molybdaena, id est plumbago, etiam
20 in arvo, folio lapathi, crassa, hispida. hac commanducata si oculus subinde lingatur, plumbum, quod est genus vitii, ex oculo tollitur.

(98.) Capnos trunca, quam pedes gallinacios vocant, nascens in parietinis et saepibus, ramis tenuissimis sparsisque,
25 flore purpureo, viridis, suco caliginem discutit, itaque in medicamenta oculorum additur.

(99.) Similis et nomine et effectu sed alia est capnos fru- 156
ticosa, praetenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. nascitur in hortis et segetibus hordeacis. claritatem
30 facit inunctis oculis delacrimationemque ceu fumus, unde nomen. eadem evolsas palpebras renasci probibet.

---

1. pota] *E.* ruta, *r.* 2. existimatur, *E.* 3. melior] *om. E. dist. ego.* 4. pastillos] *d.* pastillo, *r.* sanguine, *E.* 4. 5. altera vis] alterius, *E.* 7. est] *om. E.* 9. circumlitu] *Ianus.* circumlitus, *E.* circumlitum, *r.* alias] *Sillig. coni.* alios, *C.* 10. epiforam, *RV.* 13. extingunt, *R.* extingüt, *V.* 14. remedio] *ego.* remedia, *RV.* remedia libertate, *E.* praeceperim. vis] *Sillig. coni.* praeceperimus, *C.* 15. suis, *C.* 16. negaticae, *RV.* 17. Cremnos] *C.* (*quod et in indice vol. I, 53, 32 scribendum erat.*) 19. molybena, *C.* 20. in arvo] *E.* martio, *r.* 21. est] *E. om. r.* 23. trunca] *Ianus.* truma, *E.* truna, *r.* 24. seminibus, *E.* 27. simili est, *R.* simile est, *V.* 28. flores ei purpureo, *R.* flor (flos, V^2) ei purpereo (purpureus, V^2) *V.* 30. seu, *RV.*

157 (100.) Acoron iridis folia habet, angustiora tantum et longiore pediculo, radices nigras minusque venosas, cetero et has similes iridis, gustu acres, odore non ingratas, ructu faciles. optumae Daspetiac*ae* *e* Galatia, mox Creticae, sed plurimae in Colchide iuxta Phasin amnem et ubicumque in aquosis. recentibus virus maius quam vetustis, Creticae candidiores Ponticis.
158 siccantur v*ere* in umbra digitalibus frustis. Nec non inveniuntur qui oxymyrsinae radicem acoron vocant, ideoque quidam hanc acorion vocare malunt. vis ei ad calfaciendum extenuandumque efficax, contra suffusiones et caligines oculorum, suco eiusdem poto contra serpentes.

159 (101.) Cotyledon parvula herba est in cauliculo tenero, pusillo *folio*, pingui, concavo ut coxendices. nascitur in maritimis petrosisque viridis, radice olivae modo rotunda. oculis medetur suco. Est aliud genus eiusdem sordidis foliis, latioribus densioribusque circa radicem vel*ut* oculum cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. usus ad eadem
160 quae iridi. (102.) aizoi duo genera: maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui buphthalmon appellant, ali zoophthalmon, ali sterget*hr*on, quod amatoris conveniat, ali *hypo*geson, quoniam in subgrundis fere nascitur, sunt qui ambrosiam potius vocant et qui amerimnon, Itala sedum magnum aut oculum aut digitillum. alterum minusculum, quod eri*tha*les vocant, ali trithales, quia ter floreat, ali erysithales, aliqui isoet*e*s, Italia sedum, *at*que aizoum utrumque, quoniam vireat semper, aliqui
161 sempervivum. maius et cubiti altitudinem excedit, crassitudine plus quam pollicari. *fo*lia in cacumine linguae similia, carnosa, pinguia, larga suco, latitudine pollicari, alia in terram convexa, alia stantia, ita ut ambitu effigiem imit*e*ntur oculi.

---

1. idis, *E.* 3. iridis] *E.* ederis, *r.* 4. Daspetiacae] *Ianus.* daspetiace, *V.* daepetiace, *R.* despe//ie, *E.* e] *om. C.* primae, *E.* 7. vere] *ego.* utris, *C.* frusiris, *RV.* 13. folio] *Barb. om. C.* 16. velut] vel, *C.* cingentibus] *E.* con (eius, *R*) cingentibus, *r.* 17. caule, sed pergracili] *E.* caules, *r.* 18. iridi] iniui, *E.* aizoi] *E.* alzio, *r.* genera] genera eius, *V.* 20. stergeton, *C.* hypogeson] stergeton, *C.* 22. oculum] *d.* oculorum, *r.* 23 eritiles, *RV.* eri///-des, *E.* 24. trichales, *E.* tricteles, *r.* qua, *RV.* erysisthales, *V.* erisistales, *R.* chrysothales, *E.* isoetes, Italia] *Sillig coni.* semitalia, *E.* is (his, V^2) et similia, *r.* 25. atque] *ego.* qui, *E.* sed qui, *r.* atzoum, *R.* atzovum, *V.* 25. 26. aliqui sempervivum] E^1. *om. r.* 26. altitudine, *RV.* 27. folia] alia, *C.* 29. ita ut] *E.* ut, V^2. it, *r.* ambitus, V^2. imitatur, *R.* imitantur, *r.*

quod minus est in muris parietinisque et tegulis nascitur, fruticosum a radice et foliosum usque ad cacumen, foliis angustis, mucronatis, sucosis, palm*um* alto caule. radix inutilis.

(103.) Huic simil*is* est quam Graeci andrach*l*en agrian vo- 162
5 cant, Italia *in*lecebram, pusillis latioribus foliis et breviore cacumine. nascitur in petris et colligitur cibi causa. Omnium harum vis eadem refrigerare et adstringere. medentur epiphoris 163
folia inposita vel sucus inunctis. purgat enim ulcera oculorum expletque et ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat. eae-
10 dem capitis doloribus medentur suco vel folio temporibus inlitis, adversantur phalangiorum ictibus, aconito vero maius aizoum praecipue. a scorpionibus quoque habentem id feriri negant. medentur et aurium dolori, item sucus inunctus hyoscyami mo- 164
dicus, item Achilleae et centauri minoris et plantaginis, peuce-
15 dani cum rosaceo et meconio, acori sucus cum rosa. omnis autem strigili calefactus infunditur, cotyledon etiam purulentis cum medulla cervina calefacta, ebuli radicis tritae sucus linteo colatus, mox in sole densatus et cum opus sit rosaceo dilutus et calefactus. Parotidas verbenaca, item plantago sanat, item si-
20 deritis cum axungia vetere.

(104.) Narium oz*a*en*am* emendat aristolochia cum cypero. 165

(105.) Dentibus remedio sunt panacis radix commanducata, praecipue Chironiae, item sucus collutis, radix hyoscyami ex aceto manducata, item Polemoniae. commanducatur et planta-
25 ginis radix, aut coluuntur in aceto decoctae suco, et folia esse utile, vel si sanguine gingivae putrescant. vel semen eiusdem apostemata et collectiones gingivarum sanat. Et aristolochia 166
gingivas dentesque confirmat, verbenaca cum radice commanducata et decoct*a*e ex vino aut aceto sucus collutus, item quin-
30 quefoli radicis decoctae ad tertias vino aut aceto. prius quam decoquatur aqua marina aut salsa lavatur. decoctum diu tenendum in ore. quidam cinere quinquefoli fricare malunt. Et ver-

---

1. quo, *E.* muri, *RV.* 2. foliosum] susum, *E.* 3. palmum] *Urlichs vind.* 547. palmo, *C.* 4. simile, *C.* andrechien, *E.* andraciem, *r.* agriam, *Barb.* enagriam, *E.* agarian, *r.* 5. illecebram, *Barb.* elecebrant, *V.* ecelebrant, *r.* pusillos, *RV.* et] *om. E.* 8. purgat] perungat, *E.* 9. expletque] expersque, *E.* 9. 10. eadem capiti, *RV.* 12. fieri, *RV.* 13. inunctus] *E. om. r.* hyoscyamos, *RV.* modica, *E.* 15. meconi. *RV.* cum] et cum, *E.* 16. sqq. *dist. ego.* 21. ozen, *E.* ozena, *r.* 22. panaci, *RV.* 23. collutibus, *RV.* 24. conmanducatur, *Sillig.* commanducantur, *C.* 26. inutile, *E.* sanguinem gingiva, *RV.* 28. verbenace, *E.* 29. decocta, *C.* 30. radices, *E.* 31. decoquantur, *E.* diu] *om. E.*

basci radix decoquitur in vino ad colluendos dentes, et hysopo coluuntur et peucedani suco cum meconio vel radicum anagallidis magis feminae suco ab altera nare quam doleat infuso.

167 (106.) Erigeron a nostris vocatur senecio. hanc si ferro circumscriptam effodiat aliquis tangatque ea dentem et alternis ter despuat ac reponat in eundem locum ita ut vivat herba, aiunt dentem eum postea non doliturum. herba est trixaginis specie et mollitia, cauliculis subrubicundis. nascitur in tegulis et in muris. nomen hoc Graeci dederunt, quia vere canescit. caput eius numerosa dividitur lanugine, qualis est spinae, inter
168 divisuras exeunte, quare Callimachus eam acanthida appellavit, ali pappum. nec deinde Graecis de ea constat. ali erucae foliis esse dixerunt, ali roboris, *sed* minora multo, radice ali supervacua, ali nervis utili, ali potu strangulante. e diverso quidam regio morbo cum vino dederunt et contra omnia vesicae vitia, item cordis et iocineris. extrahere renibus harenam di-
169 xere. ischiadicis drachmam cum oxymelite ab ambulatione propinavere, torminibus quoque et in passo utilissimam, praecordis etiam cibo ex aceto eam praedicantes serentesque in hortis. nec defuere qui et alterum genus facerent nec quale esset demonstrarent, contra serpentes in aqua bibendam edendamque comitialibus dantes. nos eam Romanis experimentis per usus digeremus. lanugo eius cum croco et exiguo aquae frigidae trita inlinitur epiphoris, tosta cum mica salis strumis.

170 (107.) Ephemeron folia habet lili, sed minora, caulem parem, florem caeruleum, semen supervacuum, radicem unam digitali crassitudine, dentibus praecipuam concisam in aceto decoctamque ut tepido coluantur. et ipsa etiam radix sistit, cavis exesi inprimitur. chelidoniae radix ex aceto trita continetur ore, erosis veratrum nigrum inprimitur, mobiles utrolibet decocto in aceto firmantur.

171 (108.) Labrum Venerium vocant in flumine nascentem. est ei vermiculus qui circa dentes nec*ti*tur aut cavis dentium cera includitur. cavendum ne avulsa herba terram tangat.

---

4. vocatus, *RV*. si] *E*. sine, *r*. 5. circumscripta, *RV*. et] *E*. eta, *V*. eza, *R*. 6. ita] V^2. item, *r*. 10. numerore, V^1. numerose, RV^2. 13. sed] *om*. *C*. 19. serentesque] *E*. serpentes, *V*. *om*. *R*. 20. qualem essent, *RV*. 24. tosta] *R*. tota, *r*. 25. lilii, *E*. illis, *r*. 26. digitalem, *E*. 30. utrolibet decocta, *E*. 32. venenarium, *C*. 33. vermiculum, *RV*. nectitur] *Urlichs vind.* 547. necatur, *C*. 34. vulsa, *EV*. tangant, *RV*.

(109.) Ranunculum vocamus quem Graeci batrachion. ge- 172
nera eius IIII: unum pinguioribus quam coriandri foliis et ad latitudinem malvae accedentibus, colore livido, caule alto gracili et radice alba. nascitur in limitibus umidis et opacis. al-
5 terum foliosius, pluribus foliorum incisuris altius caulibus. tertium minimum est, gravi odore, flore aureo. quartum simile 173
huic flore luteo. omnibus vis caustica, si cruda folia inponantur, pusulasque ut ignis faciunt. ideo ad lepras et psoras is utuntur et ad tollenda stigmata, causticisque omnibus miscent.
10 alopeciis inponunt celeriter removentes. radix in dolore commanducata diutius rumpit dentes, eadem sicca concisa sternutamentum est. nostri herbari strumum eam vocant, quoniam 174
medetur strumis et panis parte in fumo suspensa, creduntque ea rursus sata rebellare quae curaverint vitia, quo scelere et
15 plantagine utuntur. Oris ulcera intus sucus plantaginis emendat et folia radicesque commanducata, vel si rheumatismo laboret os, ulcera faetoremque quinquefolium, ulcera psyllium.

(110.) Conposita quoque contra faetores, vel maxime pu- 175
dendum vitium, trademus. ergo folia myrti et lentisci pari pon-
20 dere, gallae Syriacae dimidium pondus simul terere et vino vetusto sparsa mandere matutino ex usu est, vel hederae bacas cum casia et murra pari pondere ex vino. Naribus utilissimum est draconti semen contritum ex melle, etiamsi carcinomata in is sint. suggillata hysopo emendantur, stigmata in facie man-
25 dragoras inlinitus delet.

---

1. qua, *RV*. 3. alto] *Dal.* albo, *E.* alio, *r.* 5. altius] *E.* alitus, *r.* caulibus] *om. E.* 8. igni, *V.* igi, *R.* sporas, *C.* 9. causticisque] *E.* causticis uriae (virie, *R*)*r.* 10. emoventes, *RV.* 11. sternumentum, *RV*[1]. 16. commanducatae, *V.* commanducate, *R.* laboret] *E.* habet, *r.* 17. psyllum, *E.* pusillum, *r.* 18. 19. pudentium vitulum] *RV.* 21. ex usu] et usus, *E.* 24. sit, *RV.* in] *R. om. r.*

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XXVI.

---

1 Cap. 1. (Sect. 1.) Sensit facies hominum et novos omnique aevo priore incognitos non Italiae modo verum etiam universae prope Europae morbos, tunc quoque non tota Italia nec per Illyricum Galliasve aut Hispanias magno opere vagatos, aut alibi quam Romae circaque, sine dolore quidem illos ac sine 5 pernicie vitae, sed tanta foeditate ut quaecumque mors praeferenda esset.

2 (2.) Gravissimum ex his lichenas appellavere Graeco nomine, Latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum lascivia, ut est procax multorum natura in alienis miseris, mox 10 et usurpato vocabulo mentagram, occupantem multis et totos utique voltus, oculis tantum inmunibus, descendentem vero et in colla pectusque ac manus foedo cutis furfure.

3 (3.) Non fuerat haec lues apud maiores patresque nostros, et primum Ti. Claudi Caesaris principatu medio inrepsit in Italiam 15 quodam Perusino equite Romano quaestorio scriba, cum in Asia adparuisset, inde contagionem eius inportante. nec sensere id malum feminae aut servitia plebesque humilis aut media, sed proceres veloci transitu osculi maxime, foediore multorum qui perpeti medicinam toleraverant cicatrice quam morbo. causti- 20 cis namque curabatur, ni usque in ossa corpus exustum esset,

4 rebellante taedio. adveneruntque ex Aegypto genetrice talium vitiorum medici hanc solam operam adferentes magna sua praeda, siquidem certum est Manilium Cornutum e praetoris legatum Aquitanicae provinciae HS $\overline{CC}$ elocasse in eo morbo curandum 25 sese. acciditque saepius ut nova genera morborum gregatim sentirentur. quo mirabilius quid potest reperiri? aliqua gigni repente vitia terrarum in parte certa membrisque hominum cer-

---

3. neq] ne, *E*. 4. magnopere, *ER*. 5. ac] aut, *E*. 9. latini, *V*². 11. occupantem] *d*. occupante, *r*. et totos] *ego*. et intus (intutus, *V*². intuitus, *ER*²) totos (totus, *V*)*C*. 12. manibus descendente, *E*. 16. persino, *RV*. equiti, *ER*. 23. operam] *ER*² *in marg*. morem, *r*. 26. sese] esse, *ER*²*V*². genera] *R*¹*V*¹. contra genera, *r*.

tis vel aetatibus aut etiam fortunis, tamquam malo eligente, haec in pueris grassari, illa in adultis, haec proceres sentire, illa pauperes?

(4.) L. Paullo Q. Marcio censoribus primum in Italia*m* car- 5
5 bunculum venisse annalibus notatum est, peculiare Narbonensis provinciae malum, quo duo consulares obiere condentibus haec nobis eodem anno, Iulius Rufus atque L*a*ecanius Bassus, ille medicorum inscientia sectus, hic vero pollici laevae manus evulso acu ab semetipso tam parvo ut vix cerni possit. nasci- 6
10 tur in occultissimis corporum partibus et plerumque sub lingua duritia rubens vari modo, sed capite nigricans, alias livida, in corpus intendens neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo gravatos in triduo aufert, aliquando et horrorem adferens circaque pusulas parvas, rarius
15 febrem, stomachum faucesque cum invasit, ocissime exanimans.

(5.) Diximus ele*ph*antiasim ante Pompei Magni aetatem non 7
accidisse in Italia, et ipsam a facie saepius incipientem, in nare 20,144
prima veluti lenticula, mox inarescente per totum corpus maculosa varis coloribus et inaequali cute, alibi crassa, alibi tenui,
20 dura alibi ceu scabie aspera, ad postremum vero nigrescente et ad ossa carnes adprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Aegypti peculiare hoc malum et, cum in re- 8
ges incidisset, populis funebre, quippe in balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. et hic quidem
25 morbus celeriter in Italia restinctus est, sicut et ille quem gemursam appellavere prisci inter digitos pedum nascent*em*, etiam nomine oblitterato.

(6.) Id ipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios du- 9
rare, sicuti colum. Ti. Caesaris principatu inrepsit id malum,
30 nec quisquam id prior imperatore ipso sensit, magna civitatis ambage, cum in edicto eius excusantis valetudinem legeret nomen incognitum. quid hoc esse dicamus aut quas deorum iras? parum enim erant homini certa morborum genera, cum supra

---

4. italia, *C.* 5. notatum] constitutum, *E.* 6. obire, *E.* 7. atque] V^2. adque, V^1. et Q., *r.* lecanius, *C.* 8. illesi, *E.* inscitia, R^2 *in marg.* inscitiam, *E.* secutus, EV^2. 9. evulsa, *E.* evulsu, *V.* posset, *R.* 11. vari] *Pint.* varii, R^1V. variis, *r.* alias] R^2. alias in, *E.* alia, *r.* 13. gravato, *E.* 14. auferens, *E.* 15. paucisque, ER^2 *in marg.* cum] *d. om. r.* 16. elefantiasim, *C.* 21. et] *om.* R^1V. 25. est] *om.* R^1V. 26. nascenti, *C.* 29. Ti.] titi, V^2. pti, *E.* p̄ti, R^2. 31. in] V^1. *om. r.* 32. 33. iras? parum] iaasperum, E^1. inasparum, E^2.

trecenta essent, nisi etiam nova timerentur? neque ipsi autem
10 homines pauciora sibi opera sua negotia inportant. Haec apud
priscos erant quae memoravimus remedia, medicinam ipsa quo-
dammodo rerum natura faciente, et diu fuere. 2. Hippocratis
certe, qui primus medendi praecepta clarissime condidit, referta 5
herbarum mentione invenimus volumina, nec minus Diocli
Carysti, qui secundus aetate famaque extitit, item Praxagorae
11 et Chrysippi ac deinde Erasistrati Cei, Herophilo quidem, quam-
quam subtilioris sectae conditori, ante omnis celebratam rationem
eam, paulatim usu efficacissimo rerum omnium magistro, peculia- 10
riter utique medicinae, ad verba garrulitatemque descendente.
sedere namque in scholis auditioni operatos gratius erat quam
ire per solitudines et quaerere herbas alias aliis diebus anni.
12 3. (7.) Durabat tamen antiquitas firma magnasque confessae
rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades aetate Magni Pompei 15
orandi magister nec satis in arte ea quaestuosus, ut ad alia
quam forum sagacis ingenii, huc se repente convertit atque,
ut necesse erat homini qui nec id egisset nec remedia nosset
oculis usuque percipienda, torrenti ac meditata cotidie oratione
blandiens omnia abdicavit totamque medicinam ad causas revo- 20
13 cando coniecturae fecit, quinque res maxume communium auxi-
liorum professus, abstinentiam cibi, alias vini, fricationem cor-
poris, ambulationem, gestationis, quae cum unusquisque semet
ipsum sibi praestare posse intellegeret, faventibus cunctis ut
essent vera quae facillima erant, universum prope humanum 25
genus circumegit in se non alio modo quam si caelo demissus
advenisset.
14 (8.) Trahebat praeterea mentis artificio animos iam vina
promittendo aegris dandoque tempestive, iam frigidam aquam,
et quoniam causas morborum scrutari prius Herophilus instituerat, 30
vini rationem inlustraverat Cleophantus apud priscos, ipse co-

---

3. memoravimus] *Urlichs chrest. p. 243.* memoramus, *C.* remedia] *d.* media (m *in ras.*)*E.* et media, *r.* medicina, *C.* 7. famaque] namque, *ER*² *in marg.* 8. Erasistrati Cei] *Urlichs chrest. p. 244.* crassistratico, *E.* erasistratico, *r.* 9. celebratum, *E.* 11. descendentem, *V*¹. defendentem, *r.* 12. seddere namque, *ER*² *in marg.* sed frenam (frena, *V*²) que (q̄, *R*)*r.* operatus, *E.* 14. firmas, *RV.* 15. reliquas donec, *V*². donec reliquas, *E.* 16. orandae, *E.* eas, *E.* 17. quam forum] eorum, *ER*² *in marg.* 19. torrentia, *E.* 20. causam, *E.* 21. coniectura, *E.* 24. intellegerent, *RV.* 26. demissus] *cod. Tol.* emissus, *R.* dimisus, *V.* admissus, *E.* 28. animos iam] *Ianus.* animalia, *C.* vino, *E.* vinum, *R.* 29. tam, *ER*².

gnominari se frigida danda praeferens, ut auctor est M. Varro,
alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos
quorum iactatu aut morbos extenuaret aut somnos adliceret, iam
balneas avidissima hominum cupidine instituendo et alia multa
5 dictu grata atque iucunda, magna auctoritate nec minore fama,
cum occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque 15
servato, ne quis levibus momentis tantam conversionem factam
existimet. id solum possumus indignari, unum hominem e levis-
sima gente sine opibus ullis orsum vectigalis sui causa repente
10 leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abro-
gavere multi. Asclepiaden adiuvere multa in antiquorum cura 16
nimis anxia et rudia, ut obruendi aegros veste sudoresque omni
modo ciendi, nunc corpora ad ignes torrendi solesve adsiduo
quaerendi, in urbe nimbosa, immo vero tota Italia im*it*atrice,
15 tum primum pensili balinearum usu ad infinitum blandiente.
praeterea in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit, ut 17
in anginis, quas curabant in fauces organo demisso. damnavit
merito et vomitiones tunc supra modum frequentes. arguit et
medicamentorum potus stomacho inimicos, quod est magna ex
20 parte verum. itaque nos in primis quae sunt stomacho utilia
signamus.

4. (9.) Super omnia adiuvere eum magicae vanitates in 18
tantum evectae ut abrogare herbis fidem cunctis possent: Aethio-
pide herba amnes ac stagna siccari, condiendis tactu clausa
25 omnia aperiri, Achaemenide coniecta in aciem hostium trepidare
agmina ac terga verti, latacen dari solitam a Persarum rege
legatis, ut quocumque venissent omnium rerum copia abundarent,
ac multa similia. ubinam istae fuere, cum Cimbri Teutonique 19
terribili Marte ulularent, aut cum Lucullus tot reges Magorum
30 paucis legionibus sterneret? curve Romani duces primam semper
in bellis commerciorum habuere curam? cur Caesaris miles ad
Pharsaliam famem sensit, si abundantia omnis contingere unius
herbae felicitate poterat? non satius fuit Aemilianum Scipionem
Carthaginis portas herba patefacere quam machinis claustra per
35 tot annos quatere? siccentur hodie Meroide Pomptinae paludes

---

1. cognominaveris e, *RV*. 3. iactura, *R*¹. iactatura, *V*. 5. dicta, *R*¹*V*, gravia, *ER*². 8. e levissima] *d.* flevissima, *r.* 10. legis, *V*. *om. E.* 11. adiuvare, *E.* adiuvene, *V*¹. 14. *dist. ego.* imitatrice] *ego.* imperatrice, *C.* 15. blandientem, *ER.* 20. verum] vetitum, *ER*². ut alia, *R*¹*V*. 24. condendis, *E.* 28. ubinam istae] *d.* ubinimiste, *r.*

tantumque agri suburbanae reddatur Italiae. nam quae apud eundem Democritum invenitur compositio medicamenti quo pulchri bonique et fortunati gignantur liberi cui umquam Persarum
20 regi tales dedit? mirum esset profecto hucusque prouectam credulitatem antiquorum saluberrimis ortam initiis, si in ulla re modum humana ingenia novissent atque non hanc ipsam
29,6 sqq. medicinam ab Asclepiade repertam probaturi suo loco essemus evectam ultra Magos etiam. Haec est omni in re animorum condicio, ut a necessariis orsa primo cuncta pervenerint ad nimium. igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus adicientes ut quasque ratio dictabit.

21 (10.) Sed in lichenis remediis atque tam foedo malo plura undique acervabimus quamquam non paucis iam demonstratis. medetur ergo plantago trita, quinquefolium, radix albuci ex aceto, ficulni caules aceto decocti, hibisci radix cum glutino et aceto acri decocta ad quartas. defricant etiam pumice, ut rumicis radix trita ex aceto inlinatur et flos visci cum calce subactus.
22 Laudatur et tithymalli cum resina decoctum, lichen vero herba omnibus his praefertur, inde nomine invento. nascitur in saxis, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus. haec delet et stigmata, teritur cum melle. Est aliud genus lichenis, petris totum adhaerens ut muscus, qui et ipse inlinitur. hic et sanguinem sistit volneribus instillatus et collectiones inlitus. morbum quoque regium cum melle sanat ore inlito et lingua. qui ita curentur aqua salsa lavari iubentur, ungui oleo amygdalino, hortensis abstinere. Ad lichenas et thapsiae radice utuntur trita cum melle.

23 (11.) Anginae argemonia medetur sumpta ex vino, hysopum cum fico decoctum et gargarizatum, peucedanum cum coagulo vituli marini aequis partibus, proserpinaca cum muria ex menis et oleo trita vel sub lingua habita. item sucus de quinquefolio potus cyathis tribus. hic et omnibus faucium vitiis medetur
24 gargarizatus, verbascum privatim tonsillis in aqua potum, 5. (12.) strumis plantago, chelidonia cum melle et axungia, quinquefolium, radix persollatae item cum axungia — operitur folio suo inposita — item artemisia, radix mandragorae ex aqua.

---

1. agris, *C.* reddantur, *ER*². 4. dedita, *C.* esse, *E.* provectam] *V.* profectam, *r*(?) 6. morum, *RV.* 9. pervenerit, *E.* 10. demonstratum, *R V.* demonstrarum, *R*². 11. adiciemus, *E.* 13. acervavimus, *C.* 20. parvo, longis] *ER*². longo parvis, *r.* 22. petras, *R*¹*V.* 29. fico] *V*¹. vino, *r*(*R ex corr.*) 30. ex] et, *E.* 31. et] set, *V*¹. sed, *V*².

sideritis latifolia clavo sinistra manu circumfossa adalligatur, custodienda sanatis, ne rursus sata herbariorum scelere, ut in 21,144
quibusdam diximus, rebellet, quod et in his quos artemisia sana- 25,174
verit praedici reperio, item in his quos plantago. damasione, 25
5 quae et alcea vocatur, sub solstitio collecta inponitur ex aqua caelesti, folium tritum vel radix tusa cum axungia ita ut inposita folio suo operiatur. sic et ad omnis cervicis dolores tumoresque quacumque in parte.

(13.) Bellis in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus ru- 26
10 bente. hanc cum artemisia inlitam efficaciorem esse produnt.

(14.) Condurdum quoque herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo conprimere dicitur strumas, item verbenaca cum plantagine. digitorum vitiis omnibus et privatim pterygiis quinquefolium medetur.

15 (15.) In pectoris vitiis vel gravissimum est tussis. huic 27
medetur panacis radix in vino dulci, sucus hyoscyami — etiam sanguinem excreantibus, nidor quoque accensi tussientibus — item scordotis mixto nasturtio et resina cum melle tunsa arida — facit et per se faciles excreationis — item centaurium maius
20 vel sanguinem reicientibus, cui vitio et plantaginis sucus medetur, et Vettonica obolis tribus in aqua contra purulentas con- 28
traque cruentas exscreationes, persollatae radix drachma ponderis cum pineis nucleis undecim, peucedani sucus. pectoris doloribus acorum subvenit, et ideo antidotis miscetur, tussi daucum, item
25 Scythica herba. ea demum omnibus pectoris vitiis, tussi et purulenta excreantibus obolis tribus in passi totidem, verbascum cuius est flos aureus. 6. huic tanta vis ut iumentis etiam non 29
tussientibus modo sed ilia quoque trahentibus auxilietur potu, quod et de gentiana reperio. Radix caccaliae conmanducata
30 et in vino madefacta non tussi tantum sed et faucibus prodest. hysopi quinque rami cum duobus rutae et ficis tribus decocti thoracem purgant, tussim sedant.

(16.) Bechion tussilago dicitur. duo eius genera: silvestris 30
ubi nascitur subesse aquas credunt, et hoc habent signum aqui-
35 leges. folia sunt maiuscula quam hederae quinque aut septem,

---

1. lata folia, *E.* circumfusa, *R¹V.* 2. sata] sata die, *ER².* 3. diximus] *om.* *ER².* 4. damisionem, *ER².* 5. alcea] *v. cf. Diosc. 3, 159.* alcam, *V.* alia, *R¹.* alia nam, *R².* alcanam, *E.* 9. flore] *om. R¹V.* 10. hanc] ac, *E.* 11. quoque] *om. ER.* 16. panaces, *R¹V.* dulce, *R¹V.* 17. sanguine, *RV.* 25. ea demum] ex, *R¹V¹.* ea demum ex, *V².* 31. fecis, *E.* 33. tusilago, *E.* tusselego, *V.*

subalbida a terra, superne pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. quidam eandem esse arcion et alio nomine chamaeleucen putant. huius aridae cum radice fumus per harundinem haustus et devoratus veterem sanare dicitur tussim, sed in singulos haustus passum gustandum est. 5

31 (17.) Altera a quibusdam salvia appellatur, similis verbasco. conteritur et colata calfit atque ita ad tussim laterisque dolores bibitur, contra scorpiones eadem et dracones marinos efficax. contra serpentes quoque ex oleo perungui ea prodest. Hysopi fasciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tussim, lateris, 10 pectoris dolores, verbascum cum ruta ex aqua, Vettonicae farina bibitur ex aqua calida.

32 7. (18.) Stomachum conroborat scodotis suco, centaurium, gentiana ex aqua potae, plantago aut per se in cibo sumpta aut cum lente alicaeve sorbitione. Vettonica alias gravis stomacho 15 vitia tamen sanat pota vel foliis conmanducata, item aristolochia pota, agaricum manducatum siccum, ut ex intervallo merum sorbeatur, nymphaea Heraclia inlita, peucedani sucus. Psyllion ardoribus inponitur, vel cotyledon trita cum polenta vel aizoum.

33 (19.) Molon scapo est striato, foliis mollibus, parvis, radice 20 quattuor digitorum in qua extrema alii caput est. vocatur a quibusdam syron. ex vino stomacho et dyspnoeae medetur, centaurium maius ecligmate, plantago suco vel cibo, Vettonicae tusae pondo libra, mellis Attici semuncia ex aqua calida cotidie bibentibus, aristolochia vel agaricum obolis ternis ex aqua calida 25 34 aut lacte asini potum. Cissanthemos ad orthopnoeas bibitur, item hysopum et asthmaticis, peucedani sucus in iocineris doloribus et pectoris laterisque, si febres non sint. sanguinem quoque expuentibus subvenit agaricum victoriati pondere tritum et in 35 mulsi quinque cyathis datum. idem et amomon facit. Iocineri 30 privatim Teucria bibitur recens drachmis quattuor in poscae hemina, Vettonicae drachma una in aquae calidae cyathis tribus, ad cordis vitia in frigidae cyathis duobus. Quinquefolii sucus

---

1. calida, *E*. 2. radice] sine radice, *R*¹*V*. artion, *R*. archion, *E*. 3. radice] *d*. radices, *r*. 6. a] *om*. *R*¹*V*. 7. calfacit, *R*¹*V*. 10. fasciculus] *d*. fasciculis, *r*. 11. vettonica, *E*. vetonica, *R*¹*V*. 13. sucus, *R*. 14. pota, *V*². 19. azoum, *R*¹*V*. 20. capo, *C*. 22. syron] *d*. siron, *E*. sinon, *R*². syro, *R*¹. siro, *V*. et] *om*. *EV*. dispnoea, *ER*. difnoea, *r*. §25. aristolochia — § 58 vetustis] *desunt in* *R*¹. 27. hastumanticis, *E*. artumanticis, *R*². astumaatis, *V*. 31. teucria] terehia, *V*. 32. heminam, *V*. drachma una] dagmae, *V*. aqua, *ER*². calida, *E*.

iocineris et pulmonis vitiis sanguinemque reicientibus et cuicumque vitio sanguinis intus occurrit. iocineri anagallides mire prosunt. capnon herbam qui edere bilem per urinam reddunt, acoron iocineri medetur, thoraci et praecordis *d*aucum.

(20.) Ephedra ab alis *an*abasis vocata nascitur ventoso fere 36
tractu scandens arborem et ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa qui sint iunci geniculati, radice pallida. datur ex vino nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina et sorbitione facta in quam vinum addi convenit. item gentiana madefacta pridie contrita denari pondere in vini cyathis tribus.

(21.) Gaeum radiculas tenues habet nigras, bene olentes. 37
medetur non modo pectoris doloribus aut lateris sed et cruditates discutit iucundo sapore. verbenaca vero omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iocineribus, thoraci, peculiariter 38
autem pulmonibus et quos ab his phthisis temptet radix herbae consiliginis quam nuper inventam diximus. suum quidem et 25,86
pecoris omnis remedium praesens est pulmonum vitio vel traiecta tantum in auricula. bibi debet ex aqua haberique in ore adsidue sub lingua. superficies eius herbae an sit in aliquo usu adhuc incertum est. renibus prodest plantaginis cibus, Vettonicae potus, agaricum potum ut in tussi. 34

(22.) Tripolion in maritimis nascitur saxis ubi alludit unda, 39
neque in mari neque in sicco, folio *i*satis crassiore, *caule* palm*um* alto, in mucrone diviso, radice alba, odorata, crassa, calidi gustus. datur hepaticis in farre cocta. haec herba eadem videtur quibusdam quae polium de qua suo loco diximus. 21,44. 145 sqq.

(23.) Gromphaena, alternis viridibus roseisque per caulem
foliis in posca sanguinem reicientibus medetur, (24.) iocineri 40
autem herba malundrum, nascens in segete ac pratis, flore albo odorata. eius cauliculus conteritur ex vino vetere. (25.) item herba calcetum e vin*ac*eis contrita inponitur. faciles praestat vomitiones radix Vettonicae, hellebori modo quattuor drachmis in passo aut mulso, hysopum tritum cum melle, utilius praesumpto nasturtio aut irione, molemonium denari pondere et sill*y*bus,

---

1. vitii, *V*. reicientibus et cuicumque] *om*. *ER*². 4. caucum, *V*. caucem, *r*. 5. amabasis, *V*. abambasis, *r*. 7. que, *ER*². 10. contrito, *V*. 12. et] *om*. *V*. 17. pecoris omnis] coris sumnis, *V*. 18. oricula, *EV*. 21. ut] *om*. *V*. 22. tripholion, *V*. abludit, *EV*. 23. isatis] *Barb*. satis, *C*. caule palmum alto] *Sillig*. p. a. c. *Barb*. palmo alto, *C*. 26. pollium, *V*. 27. viribus, *R*²*V*. 29. malandrum, *ER*². 31. carcetum, *R*². vinaceis] *Sillig*. ucneis, *V*. vineis, *r*. 34. molium, *V*. sillibus, *C*.

lacteus sucus qui densatur in cummim sumitur cum melle supra
41 dicto pondere praecipueque bilem trahit. Rursus sistunt vomitionem cuminum silvestre, Vettonicae farina, sumuntur ex aqua. abstergent fastidia cruditatesque digerunt daucum, Vettonicae farina ex aqua mulsa, plantago decocta caulium modo. Singultus hemionium sedat, item aristolochia, suspiria clymenus. Pleuriticis et peripleumonicis centaurium maius, item hysopum bibitur, pleuriticis peucedani sucus.

42 (26.) Halus autem, quam Galli sil vocant, Veneti cotoneam medetur lateri, item renibus convolsisque et ruptis. similis est cunilae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis et sitim sedans, radicis alibi albae, alibi nigrae.

(27.) Eosdem effectus in lateris doloribus habet chamaerops myrteis circa caulis geminos foliis, capitibus Graeculae rosae, ex vino pota. Ischiadicos dolores et spinae levat agaricum
34 potum ut in tussi, item stoechadis aut Vettonicae farina ex aqua mulsa.

43 8. (28.) Plurimum tamen homini negotii alvus exhibet, cuius causa maior pars mortalium vivit. alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit, eoque mores venere ut homo maxime cibo pereat. pessimum corporum vas instat ut creditor et saepius die appellat. huius gratia praecipue avaritia expetit, huic luxuria condit, huic navigatur ad Phasim, huic profundi vada exquiruntur. et nemo vilitatem eius aestimat consummationis foeditate. ergo numero-
44 sissima est circa hanc medicinae opera. Sistit eam scordotis recens drachma cum vino trita vel decocta potu, Polemonia quae et dysintericis ex vino datur, verbasci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine, nymphaeae Heracliae semen cum vino potum, radix superior e xiphio drachmae pondere ex aceto, semen plantaginis in vino tritum vel ipsa ex aceto cocta aut alica ex suco eius sumpta, item cum lenticula cocta vel aridae

---

6. hemionium] *Barb.* hermionium, *R*². hermionum, *E.* hermonium, *V.* climenus, *C.* 9. sil] *Schneider ad Veget. p. 109.* sic, *C.* cotonia, *V.* 10. lateri] ea terri, *V.* 11. bubulae] *om. V.* dulci, *V.* 13. effec, *R*². in] *om. ER*². chamerops, *V.* chameropis, *r.* 14. myrteis] *d.* myrtei, *r.* geminis, *R*². 15. potus, *ER*². sciadicos, *C.* 16. stoechadis] *Barb.* thoecadis, *R*². theocadis, *r.* 18. alius, *V.* 20. conficit] capiat, *V.* 23. expetit] *Gron.* expetitur, *C.* huic] *V*². huc, *r.* condit] *Gron.* conditur, *C.* 25. utilitatem, *ER*². 27. potui, *V.* qua, *V.* 31. 32. aut alica] athalica, *V.* 32. aridiae, *V.*

farina inspersa potioni cum papavere tosto et trito, vel sucus infusus aut potus, Vettonica in vino ferro calefacto. eadem coeliacis in vino austero datur, his et hiberis inponitur uti di- 25,88
ctum est. Tenesmo radix nymphaeae Heracliae e vino bibitur, 145
5 psyllium in aqua, acori radicis decoctum. aizoi sucus alvom sistit et dysinterias et taenias rotundas pellit. symphyti radix pota in vino alvom et dysinteriam sistit, item dauci. aizoum foliis contritis ex vino torminibus resistit, alcimae siccae farina torminibus pota cum vino.

10 (29.) Astragalus folia habet longa incisuris multis, obliquis 46
circa radicem, caules tres aut quattuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villosas, inplicatas, rubras, praeduras. nascitur in petrosis, apricis et isdem nivalibus, sicut Pheneo Arcadiae. vis ei ad spissanda corpora. alvom sistit radix in vino pota,
15 quo fit ut moveat urinam repercusso liquore, sicut pleraque quae alvom sistunt. sanat et dysintericos in vino rubro tusa, difficile autem tunditur. eadem gingivarum suppurationi utilissima est fotu. colligitur exitu autumni, cum folia amisit, siccatur in umbra.

20 (30.) Et ladano sistitur alvos utroque, quod in segetibus 7
nascitur, contuso et cribrato — bibitur ex aqua mulsa — item nobili e vino. ledon appellatur herba ex qua fit in Cypro barbis caprarum adhaerescens. nobilius in Arabia. fit iam et in Syria atque Africa, quod toxicum vocant. nervos enim in arcu cir-
25 cumdatos lanis trahunt adhaerescente roscida lanugine. plura 48
de eo diximus inter unguenta. hoc gravissimum odore est 12,73. sqq
durissimumque tactu. plurimum enim terrae colligit, cum probetur maxime purum, odoratum, molle, viride, resinosum. natura ei molliendi, siccandi, concoquendi, somnum adliciendi. capillum
30 fluentem cohibet nigritiamque custodit, auribus cum hydromelite aut rosaceo infunditur, furfures cutis et manantia ulcera sale

---

2. potus] succus, *ER*². 5. cori, *EV*. 6. teneas, *ER*². tieneas *V*². eneas, *V*¹. 7. pota — et] *VR*¹. *om. r.* dysinteria, *ER*². 8. re sistit — 9. pota] *om. V*. 8. alcimae] *Sillig. coni.* alcmae, *ER*². 10. 11. obliqua circa, *R*². obliqui scire, *V*. 13. haeneo, *V*. 14. pissando, *V*. 15. molleat, *ER*². 16. sistit, *ER*². 17. tunditur eadem] *om. V*. suppuratione, *EV*. 18. collitur, *V*. autumni] *d.* autem ni, *V*. aut cumini, *r*. 20. laudario, *V*. sistit ut, *ER*. 21. *dist. ego.* 22. ex qua] quod ex aqua, *ER*. 24. taxicum, *V*. 25. ranis, *ER*. trahuntur, *C*. 26. odore est] *d.* odorem, *V*. honorem, *r*. 29. omnium, *ER*². adliciendi] *d.* adlicendi, *r*. 31. ulcera] aut cera *EV*.

addito sanat, tussim veterem cum storace sumptum, efficacissimum ad ructus.

49 (31.) Alvum sistit et chondris sive pseudodictamnum. hypocisthis, orobothron quibusdam dicta, malo granato inmaturo
24,81 similis, nascitur ut diximus, sub cist*h*o, unde nomen. haec arefacta in umbra sistit alvum ex vino nigro austero utraque. duo enim genera eius, candida et rufa. usus in suco, spissat, siccat, et rufa magis stomachi rheumatismos emendat, pota tribus obolis sanguinis excreationes cum amylo, dysinterias pota et infusa, item verbenaca ex aqua data aut carentibus febri ex vino Aminneo, cochleariibus quinque additis in cyathos tres vini.

50 (32.) Laver quoque nascens in rivis condita et cocta torminibus medetur, (33.) potamogiton vero ex vino disintericis etiam et coeliacis, similis betae foliis, minor tantum hirsutiorque, paulum semper eminens extra aquam. usus in foliis: refrigerant, spissant, peculiariter cruribus vitiosis utilia et contra ulcerum
51 nomas cum melle vel aceto. Castor hanc aliter noverat, tenui folio velut equinis saetis, thyrso longo et levi, in aquosis nascentem. radice sanabat strumas et duritas. potamogiton adversatur crocodilis, itaque secum habent eam qui venantur eos. alvom sistit et Achillea. eosdem effectus praestat et statice, septem caulibus veluti rosae capita sustinens.

52 (34.) Ceratia uno folio, radice nodosa et magna, in cibo coeliacis et dysintericis medetur. Leontopodion ali leuceoron, ali dorypetron, alii thorybethron vocant, cuius radix alvom sistit purgatque bilem, in aquam mulsam addito pondere denariorum duorum. nascitur in campestri et gracili solo. semen eius potum lymphatica somnia facere dicitur. Lagopus sistit alvom
53 e vino pota aut in febri ex aqua. eadem inguini adalligatur in tumore. nascitur in segetibus. multi super omnia laudant ad deploratos dysintericos quinquefolium decoctis in lacte radicibus potis, et aristolochiam victoriati pondere in cyathis vini

---

1. efficacissimum] *hoc loco om. V. Vid. infra.* 3. sistit — 6. alvum] *hoc loco om. V. Vid. infra.* 3. chondris] *d.* condris, *V.* condrys, *E.* condry, R^2. hypocisthis] *d.* hypociss, *E.* hypocistis, *r.* 4. orobotron, ER^2. oborothron, *V.* dicta] *d.* dictam, *r.* 5. cisto, *C.* 6. utroque, ER^2. 7. suco spissat] R^2. sucos (sucus, *V*) spissa, *r.* 9. amylon, *ER.* 10. vino] *pone hanc v. in V repetuntur quae leguntur inde a v. 1* efficacissimum. 11. amminneo, R^2. amineo, *E.* quoque, *V.* 14. minori, ER^2. 19. adversantur, *V.* adversatur et, *E.* 21. eos] *om.* ER^2. 24. alii lecheoron, *E.* alii licheoron, R^2. alii cheoron, *V.* 25. thorybetron, *V.* thoribethoron, *E.* thoribenthron, R^2. 30. tumori, *EV.*

tribus. quae ex supra dictis calida sumentur, haec candente
ferro temperari aptius erit. e diverso purgat alvom sucus centauri 54
minoris drachma in hemina aquae cum exiguo salis et aceti
bilemque detrahit, maiore tormina discutiuntur. Vettonica alvom
5 solvit drachmis quattuor in hydromelitis cyathis novem, item
Euphorbeum vel agaricum drachmis duabus cum sale modico
potum ex aqua aut in mulso obolis tribus. Solvit et cyclaminos
ex aqua pota aut balanis subditis, item chamaecissi balanus.
Hysopi manipulus decoctus ad tertias cum sale et pituitas trahit
10 vel tritus in oxymelite et sale, pellitque ventris animalia. pituitam et bilem detrahit peucedani radix.

(35.) Alvom purgant anagallides ex aqua mulsa, item epi- 55
thymum, qui est flos e thymo satureiae simili. differentia, quod
hic herbaceus est, alterius thymi albus — quidam hippopheon
15 vocant — stomacho minus utilis vomitiones movet, sed tormina
et inflationes discutit. sumitur et ecligmate ad pectoris vitia
cum melle et aliquando iride. alvom solvit a quattuor drachmis 56
ad sex cum melle et exiguo salis atque aceti. quidam aliter
epithymum tradunt sine radice nasci, tenuis similitudine pallioli,
20 rubens, siccari in umbra, bibi ex aqua acetabuli parte dimidia,
detrahere pituitam bilemque, alvo leniter soluta. (36.) Et nym- 57
phaea in vino austero solvit et pycnocomon, erucae foliis crassioribus et acrioribus, radice rotunda lutei coloris terram olente, caule quadriangulo, modico, tenui, flore ocimi. invenitur in
25 saxosis locis. radix eius in aqua mulsa ℥ II pondere et alvom et bilem et pituitam exinanit. semen somnia tumultuosa facit una drachma in vino potum, *discutit* panos, strumam, detrahit bilem.

(37.) Polypodi, quam nostri filiculam vocant, similis filicis 58
30 radix in usu pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti

---

1. candentes, *V.* 3. aqua, *V.* 4. vettonicae, *E.* vetonicae, *V.* 5. in] *om. V.* 6. modicum, *ER*². 9. hysopi manipulus] *om. V.* sale — trahit] *om. ER*². 10. vel] inlitus vel, *d*(?)*v.* tritus in] *Sillig.* tritum in (cum, *ER*²)*C.* 12. purgat, *ER*². anagallis, *R*². 14. quidem, *E.* quid, *V.* hippopheon] *d.* hyppopheon, *V.* hippopleon, *R*². hipopleon, *E.* 15. minus] *om. V.* utiles, *EV.* 16. inflationes] *d.* inflammationes, *r.* 18. mellis, *E.* et] *om. ER*². salis] salisque, *R*². 19. tenuis] *ego.* tenui, *C.* 21. *dist. Sillig.* 22. pycnocomon] *d.* picnosomon, *V.* pigmocomon, *E.* pygmocomon, *R.* 25. locis] *om. V.* 27. discutit panos, strumam] *ego.* et capnos strumam *V.* et carnostru, *r.* et capnos strumam discutit, *v.* et panos discutit, *Hard.* *dist. Sillig.* 29. filicis] *R*². felicis, *E.* felici, *r.*

minumi, acetabulis cavernosa ceu polyporum cirri, subdulcis, in petris nascens aut sub arboribus vetustis. exprimitur sucus aqua madefactae, et ipsa minute concisa inspergitur oleri vel betae vel malvae vel salsamento aut cum pulticula coquitur ad alvom vel in febri leniter solvendam. detrahit bilem et pituitam, sto- 5 machum offendit. aridae farina indita naribus polypum consumit. florem et semen non fert.

59 (38.) Scamonium quoque dissolutione stomachi bilem detrahit, alvom solvit, praeterquam si adiciantur aloes drachmae duae obolis eius duobus. est autem sucus herbae ab radice 10 ramosae pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida,
60 nausiosa. nascitur pingui et albo solo. radix circa canis ortum excavatur, ut in ipsam confluat sucus qui sole siccatus digeritur in pastillos. siccatur et ipsa vel cortex. laudatur natione Colophonium, Mysium, Prienense, specie autem nitidum et quam 15 simillimum taurino glutini, fungosum tenuissimis fistulis, cito liquescens, virus redolens, cumminosum, linguae tactu lactescens, quam levissimum, cum diluatur albescens. hoc evenit et adulterino quod fit ervi fariña et tithymalli marini suco fere in
61 ludaea, quod etiam strangulat sumptum. deprehenditur gustu, 20 tithymallus enim linguam excalefacit. usus bimo, nec ante nec postea utile. dedere et per se ex aqua vel mulsa et sale quaternis obolis, sed utilissime cum aloe ita ut incipiente purgatione mulsum bibatur. fit et decoctum radicis in aceto ad crassitudinem mellis, quo leprae inlinuntur et caput unguitur in dolore 25 cum oleo.

62 (39.) Tithymallum nostri herbam lactariam vocant, ali lactucam caprinam, narrantque lacte eius inscripto corpore, cum inaruerit, si cinis inspargatur, apparere litteras, et ita quidam adulteras adloqui maluere quam codicillis. genera eius multa: 30 primus cognominatur characias, qui et masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, sucosis, quinque aut sex, cubitali longitudine, a radice foliis paene oleae, in cacuminibus coma

---

1. ceu] *om. V.* 3. minute] *R.* minuta, *V. om. E.* 5. leviter, *C.* 6. ostendit, *ER*². 7. florem et] *R.* floret, *r.* 8. dissolutione] *ego.* dissolutionem, *ER*²*v.* dissolutiones, *r.* stomachi] *C.* stomachi facit, *v.* 17. cummino sub, *E.* summinosum, *V.* tactu] *om. E.* 18. adluiterino, *E.* adviterino, *V.* 19. farinae, *V.* 21. nec ante] *R.* ne et cante, *r.* 22. vel] et, *E. om. R.* et] ex, *E.* 29. inspargatur] *R*². inspergatur, *E.* spargatur, *r.* 30. charazias] *Dioscor. 4, 162.* charachias, *ER*². chazarias, *R*¹. zacharias, *V.* 32. sucossis, *V.* rugosis, *E.* 33. radicis, *VR.* paene oleae] *R.* peneleae, *V.* penele, *E.*

iunci. nascitur in asperis maritimis, legitur semen autumno cum 63
coma, siccatum sole tunditur et reponitur. sucus vero incipiente
pomorum lanugine defractis ramulis excipitur farina ervi aut
fici*s* ut cum is arescat. quinas autem guttas singulis excipi
5 satis est, traduntque etiam totiens purgari hydropicos fico sumpta 64
quot guttas *ea* lactis exceperit. Sucus cum colligitur, ne attingat
oculos cavendum est. fit et e foliis tunsis priore minus efficax.
fit et decoctum e ramis. est et semen in usu cum melle decoctum
ad catapotia solvendae alvi gratia. semen et dentium cavis cera
10 includitur. coluuntur et radicis decocto e vino aut oleo. inlinunt
et lichenas suco, bibuntque eum ut purget vomitione et alvo
soluta, alias stomacho inutilem. trahit pituitam sale addito in 65
potu, bilem aphronitro, si per alvom purgari libeat, in pusca, si
vomitione, in passo aut aqua mulsa. media potio tribus obolis
15 datur. ficos a cibo sumpsisse melius est. fauces urit leniter,
est enim tam ferventis naturae ut per se extra corpori inposita
pusulas ignium modo faciat et pro caustico in usu sit.

(40.) Alterum genus tithymalli myrtiten vocant, alii car*yiten*, 66
foliis myrti acutis et pungentibus, sed mollioribus, et ipsum in
20 asperis nascens. colliguntur comae eius hordeo turgescente
siccataeque in umbra diebus novem in sole inarescunt. fructus
non pariter maturescit, sed pars anno sequente, et nux vocatur.
inde cognomen Graeci dedere. demetitur messium maturitate 67
lavaturque, deinde siccatur et datur cum papaveris nigri duabus
25 partibus ita ut sit totum acetabuli modus, minus hic vomitionibus
quam superior, ceterum idem. aliqui sic et folium eius dedere,
nucem vero ipsam in mulso aut passo vel cum sesima. trahit
pituitam et bilem per alvom. oris ulcera sanat, ad nomas oris
folium cum melle estur.

30 (41.) Tertium genus tithymalli paralium vocatur sive tithy- 68
mallis folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine

---

1. legitimis, *ER*². 3. ramis, *R*¹*V*. 4. ficis] *codd. Gel.* fic//, *E.* fici, *r.* 5. etiam] *om. R*¹*V*. 6. ea] *Ianus.* ex, *C.* 7. minus] domus, *R*²*a*. 8. usu cum] *R*²*a*. sucum, *r.* decoctum] *a.* decocto, *r.* 10. radicis] *d.* radices, *r.* e] *R*². in, *a. om. r.* 11. vomitiones, *C.* 14. vomicione, *a.* vomitionem, *r.* 16. ut] et, *V.* inposita] *a.* inpositum, *r.* 17. faciat] *d.* facit, *r.* 18. caryiten] *Barb.* caro et in, *R*¹*V*. caro set in, *R*². carso et in, *a.* 19. pinguentibus, *V.* pinguibus, *a.* 23. demetitur] *d.* dimittitur, *a.* demittitur, *r.* messium] *a.* cum (com, *V*¹) messium, *r.* 24. levaturque, *a.* lavatumque, *V.* 26. ceterum idem] *ego.* centum idem, *a.* ceteri idem (item, *R*)*r.* 27. resima, *V.* resina, *R*¹. 31. semine] *d.* semen, *r.*

albo, quod colligitur incipiente uva et siccatum teritur sumiturque acetabuli mensura ad purgationes.

69 (42.) Quartum genus helioscopion appellant, folis porcillacae, ramulis stantibus a radice quattuor aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, suci plenis. hoc circa oppida nascitur semine albo columbis gratissimo. nomen accepit, quoniam capita cum sole circumagit. trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo, ceteri usus qui characiae.

70 (43.) Quintum cyparittian vocant propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici, nascentem in campestribus. eadem vis quae helioscopio aut characiae.

(44.) Sextum platyphyllon vocant, alii corymbiten, alii amygdaliten a similitudine. nec ullius latiora sunt folia. pisces necat, alvom solvit radice vel foliis vel suco in mulso aut aqua mulsa drachmis quattuor. detrahit privatim aquas.

71 (45.) Septimum dendroides cognominant, alii cobion, alii leptophyllon, in petris nascens, comosissimum ex omnibus, maximis cauliculis rubentibus, et semine copiosissimum, eiusdem effectus cuius characias.

72 (46.) Apios ischas sive raphanos agria, iuncos duos aut tres spargit in terra rubentes, foliis rutae. radix cepae, sed amplior, quare quidam raphanum silvestrem vocant. intus habet mammam candidam, extra cortices nigros. nascitur in montosis asperis,
73 aliquando et in herbosis. effoditur vere tusaque in fictili mergitur, deiectoque quod supernatat reliquus sucus purgat utraque parte sesquiobolo in aqua mulsa. sic et hydropicis datur acetabuli mensura. inspargitur et aridae radicis farina potioni. aiunt superiorem partem eius vomitione biles extrahere, inferiorem per alvum aeque.

74 (47.) Tormina discutit quodcumque panaces, Vettonica praeterquam a cruditate, peucedani sucus et inflationes, ructus gignens, item acori radix daucumve, si lactucae modo sumatur. ladanum Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit, gentianae

---

3. helioscopion] *Diosc.* 4, *165.* heliocopion, *V.* eliocopion, *R.* alii copion, *a.* 5. hic, *V.* 7. interna, R^1V. 9. quintum] *a.* quintumque, *r.* 10. nascente, *C.* 12. vocant] *a.* vocant appellant, *r.* 16. cubion, R^1V. 17. cumosissimum, *V.* commosissimum, *a.* maxime, R^1a. 19. charachia, *V.* carachia, *R.* caracia, *a.* 20. apios ischas] *Barb.* Napios ischas, *R.* Napios ischa, *V.* napion iscas, a^1. aptos scillas, a^2. agria] R^2. agrias, *a.* agaria, *r.* aut] *a. om. r.* 24. et in] R^2a. et, *r.* 29. alvum] *om. a.* aeque] *ego.* a, *R.* aqua, *r.* 32. item] *R. om. r.* daucum vel, *C.*

farina ex aqua tepida fabae magnitudine, plantago mane sumpta duabus lingulis et tertía papaverís in vini cyathis quattuor non veteris. datur et in somnum euntibus addito nitro vel polenta, sí multo post cibum detur. colo infunditur hemina suci vel
5 in febri.

(48.) Agaricum potum obolís tribus in víni veteris cyatho 75
uno lieni medetur, e panace omnium generum radix in mulso, sed Teucria praecipue pota arída et decocta quantum manus capiat in aceti heminis tribus. ad *fl*emina inlinitur eadem ex
10 aceto aut, si tolerari non possit, ex fico vel aqua. Polemonia bibitur ex vino, Vettonica drachma in oxymelitis cyathis tribus, 25,101
aristolochia ut contra serpentes. Argemonia septem diebus in 76
cibo sumpta lienem consumere dicitur, agaricum in aceto mulso obolis duobus. nymphaeae Heracliae radix in vino pota et ipsa
15 consumit. cissanthemus drachma bis die sumpta in vini albi cyathis duobus per dies XL lienem dicitur paulatim emittere per urinam. prodest et hysopum cum fico decoctum, lonchitidis radix decocta priusquam semen demittat, peucedani quoque radix et lieni et renibus. Lien acori potu consumitur, praecordiis 77
20 et ilibus utilissimae radices, clymeni semen potum diebus XXX pondere denari in vino albo, Vettonicae farina ex melle et aceto scillite pota, radix lonchitidis in aqua. Teucrium inlinitur, item scordium cum cera, agaricum cum farina e feno Graeco.

(49.) Vesicae malis contraque calculos, gravissimís crucia- 78
25 tibus, ut diximus, auxilio est Polemonia ex vino pota, item aga- 25,23
ricum, plantago folis vel radice potis ex passo, Vettonica ut in iocinere diximus, item ramiti pota atque inlinita, eadem ad stran- 35
gurias efficacissima. quidam ad calculos Vettonicam et verbenacam et millefolium aequis portionibus ex aqua pro singulari remedio
30 bibere suadent. Strangurias discuti et dictamno certum est, item 79
quinquefolio decocto ad tertias in vino. hoc et enterocelicis dari atque inlini utilissimum est. xiphi quoque radix superior

---

1. submota, *V*. 4. si multo] *Ra*. simul quo, V^1. simulque, V^2. 6. auribus, *V*. veteris] *om*. *a*. 7. liene, *V*. 8. decocta] *a*. decocto, *r*. 9. flemina] *ego*. heminam, *RV*. eminam, *a*. 12. septem] R^2a. vel, *r*. 17. cum fico] in vino, *a*. loncitidis, *a*. lincythidis, R^1. loncythidis, R^2. lonchithidis, V^1. colochinthidis, V^2. 18. radix] *a*. radix decocta. *R*. radix decocta priusquam semen demittat. peucedani quoque radix, *V*. 19. Lien] lienis, R^1V. alienis, *r*. 28. quidem ad calculos, *Va*. ad calculos quidam, *R*. 30. discuti] R^2. discutit. *r*. 31. et] est, *V*. interocelicis, *C*. 32. est. xiphi] Exsiphi, R^2. Exiphi, *a*. est siphi, *r*.

urinam ciet infantibus. enterocelicis datur ex aqua et inlinitur; vesicae vitiis peucedani sucus, infantium ramiti et umbilicis emi-
80 nentibus psyllion inlinitur. urinam cient anagallides, acori radicis decoctum vel ipsa trita potaque, et omnia vesicae vitia, calculos et herba et radix cotyledonis itemque genitalium inflammationem 5
81 omnem pari pondere et caulis et seminis et murrae. Ebulum teneris cum foliis tritum ex vino potum calculos pellit, inpositum testes sanat. erigeron quoque cum farina turis et vino dulci testium inflammationes sanat. symphyti radix inlita enterocelas cohibet, genitalium nomas hypocisthis alba. Artemisia quoque 10 datur contra calculos ex vino dulci et ad stranguriam, doloris vesicae sedat ex vino radix nymphaeae Heracliae.

82 (50.) Eadem vis crethmo ab Hippocrate admodum laudato. est autem inter eas quae eduntur silvestrium herbarum — hanc certe apud Callimachum adponit rustica illa Hecale — 15 speciesque elatinae hortensiae. caulis unus palmum altus, semen fervens, odoratum ceu libanotidis, rotundum, siccatum rumpitur, habet intus nucleum candidum, quem aliqui, cachrys vocant. folia pinguia albicant veluti olivae, crassiora et salsa gustu,
83 radices digiti crassitudine tres aut quattuor. nascitur in maritimis 20 petrosis. estur crudum coctumve cum olere, odorati saporis et iucundi. servatur etiam in muria praecipui usus ad strangurias folio vel caule vel radice ex vino. colorem quoque corporis gratiorem facit, verum largior inflationes. alvom solvit decocto, urinam et a renibus umorem trahit sicut alcimae siccae farina 25 in vino pota, stranguriam efficacius addito dauco. lieni quoque utilis adversus serpentes bibitur, iumentis quoque in pituita aut stranguria, hordeo inspersa succurrit.

84 (51.) Canthyllion est lenti simillima quae in vino pota

---

1. 2. *dist. Urlichs. vind. 553.* 2. infantibus, R^1V. 3. psyllion] R^2. psylion, *a.* pyllion, *r.* anacallides, *C.* 4. 5. calculos et] *Sillig.* de calculos et, R^2a. calculose et, *r.* 6. omnem] *om.* R^1V. 7. tenerum, R^1V. 9. symphyti] *d.* sympicae, R^2. simpice, *a.* sympiti, *r.* 13. chretmo, *V.* cetmio, R^1. cetno, R^2. Creddeno, *a.* laudato] *Dal.* laudata, *C.* 16. speciesque] R^2. peciasque, *a.* spiciesque, R^1. spices quae, *V.* elatinae] *Urlichs. vind. 554.* elate, *a.* elatae, *r.* unus] *a.* unum, *r.* 17. ferveas, R^1V. lybanotidis, *a.* balathidis, *R.* balotidis, *r.* 18. cacrys, R^2. cacris, *a.* cacry, R^1. cacry, *V.* 19. folia pinguia] *a.* folio pingui, *r.* albicante, *C.* 22. praecipui] *codd. Gel.* praecipue, *C.* usus] *a.* usque, *r.* strangurias] *a.* strangyria, *r.* 24. verum] verum quoque, R^2a. 25. alcimae] *Ianus.* alcme, *a.* alce, R^2. alme, R^1. almae, *V.* farina in] R^2a. farinas, *r.* 26. *dist. Ianus.*

vesicas vitiis liberat, sanguinem sistit. altera canthyllis chamaephyllo similis, flore purpureo, odore gravi, radice intubi.

(52.) Vel magis medetur cepaea, similis porcilacae, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus harenosis, gustu amara. in vino cum asparagi radice vesicae plurumum prodest.

(53.) Eadem praestat hypericon, quam alii chamaepityn, 85 ali corissum appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutae, odore acri, semine in siliqua nigro maturescente cum hordeo. natura semini spissandi, alvom sistit, urinam ciet, vesicae cum vino bibitur.

(54.) Est aliud hypericon, quod aliqui caro appellant, folio 86 tamaricis — et sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis et minus rubentibus — odoratum, palmo altius, suave, leniter acutum. vis semini excalfactoria, et ideo inflammationem facit, sed stomacho non inutile, praecipuum ad stranguriam, si exulcerata non sit vesica, medetur et pleuriticis ex vino potum, (55.) vesicae 87 autem callithrix trita simul cum cumino et data ex vino albo. verbenaca quoque cum foliis decocta ad tertias vel radix eius e mulso calido calculos eicit, item perpressa, quae Arreti et in Illyrico nascitur, in aqua decocta ex tribus heminis ad unam pota, trifolium ex vino sumptum et chrysanthemum. anthemis quoque calculos eicit, parvis a radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roseo, radices tritae per se ceu laver crudum.

(56.) Silaus nascitur glariosis et perennibus rivis, cubitalis 88 api similitudine. coquitur ut olus acidum magna utilitate vesicae, quae si scabiem sentiat, panacis radice sanatur, aliter inutilis vesicis. Calculos pellit malum erraticum radicis libra in vini congio decocta ad dimidias — inde heminae sumuntur per triduum, relicum ex vino Cumcio — et urtica marina et daucum et plantaginis semen ex vino.

---

1. chamepyllo, *V.* camepillo, *R.* chamepillo, *E.* 3. cepaea] *codd. Barb.* caepe, *E.* cepaeae, *R.* cepae//, V^1. cepae ea, V^2. 4. radices, *RV.* inutilis, *E.* 6. quam] *R. om. r.* chamaepityn] *Ianus.* chamepytin, *V.* chamaepytin, *r.* 7. corisu, *E.* 9. natura] *E.* nata ē, *R.* nata, *V.* seminis, *RV.* 13. sua, *E.* leniter — 14. excalfactoria] *om. E.* aculum, *V.* 14. semine excalfacturia, *V.* inflationem, *EV.* 15. stranguria, *RV.* 17. cum] *om. EV.* 18. cum foliis] *V.* foliis, *r.* 19. apreti, R^1. apraeti, *V.* 20. unum, *EV.* 21. anthemis] *d.* antemys, *V.* anthemum, *R.* primum anthemum, *E.* 23. cei, *EV.* 24. glabriosis, *V.* glabiosis, R^1. gloriosis, R^2. 27. vini] *d. om. r.* 29. cumcio] *C. An* Pucino? *Cf. l. 14, 60.* cum sio, *v.* cum conyza, *Barb.*

(57.) Et herba Fulviana trita ex vino — et haec nomen inventoris habet, nota tractantibus — urinas ciet.

89 (58.) Scordion testium tumores sedat. hyoscyamum genitalibus medetur, peucedani sucus ex melle, semen stranguriae, agaricum obolis tribus in vini veteris cyatho uno, trifoli radix drachmis duabus in vino, dauci una drachma vel seminis. Ischiadici semine et foliis erythrodani tritis sanantur, panace poto
90 et infricato, Polemonia, aristolochiae decocto folii. Agarico quidem et nervos qui platus appellatur et umerorum dolor sanatur obolis tribus in vini veteris cyatho uno poto. Quinquefolium ischiadicis et bibitur et inponitur, item scamonia decocta, et cum hordei farina. semen hyperici utriusque bibitur ex vino. Sedis vitia et adtritus celerrime sanat plantago, condylomata quinquefolium, sed ea in callum iam conversa cyclamini radix ex aceto. anagallidum caerulea procidentiam sedis retro agit,
91 e diverso rubens proritat. Cotyledon condylomata et haemorrhoidas mire curat, testium tumores acori radix decocta in vino tritaque inlita. intertrigines negat fieri Cato absinthium Ponticum secum habentibus. 9. alii adiciunt et puleium, quod si ieiunus quis legerit, si post se alliget, inguinis dolores prohibet aut sedat coeptos.

92 (59.) Inguinalis, quam quidam argemonion vocant, passim in vepribus nascens ut prosit in manu tantum habenda est.

(60.) Panos sanat panaces ex melle, plantago cum sale,
24 quinquefolium, persollatae radix ut in strumis, item damasonium, verbascum cum sua radice tusum, vino aspersum folioque invo-
93 lutum et ita in cinere calefactum ut inponatur calidum. experti adfirmavere plurimum referre, si virgo inponat nuda ieiuna ieiuno et manu supina tangens dicat: Negat Apollo pestem posse crescere cui nuda virgo restinguat, atque ita retrorsa manu ter dicat totiensque despuant ambo. medetur et radix mandragorae ex aqua, radicis scamoniae decoctum cum

---

1. vino et] *om.* R^1V. 6. schadici, *E.* isciadici, *R.* inscia dici, *V.* 11. schiadicis, *E.* sciadicis, *r.* scammonio, *E.* scamonio, *r.* 14. sed ea in] *ego.* sedeam, *C.* callum iam] *ego.* calumniam, ER^2. *om. r.* conversa] *ego.* conversum, *C.* 16. pruritat, EV^2. 18. trita quae, *V.* trita, *E.* tritaque et, *R*(?) 19. quod si ieiunus] V^2. quod te (*om.* R^2.) ieiunus, RV^1. quo die unus, *E.* 20. post se] posset, *C.* prohibent aut sedant, *E.* 22. inguibus, *E.* argemonion] *cod. Tol.* argemonio, R^1V. argemon, *r.* 23. mano lanium, R^1V. 24. ex] cum, *E.* 25. persollae, ER^2. persolae, R^1. persole, *V.* ut in] aut, R^1V. 27. calidum] *om.* R^1V. 29. ieiuno] *E. om. r.*

melle, sideritis cum adipe vetere contusa, marruvium cum axungia vetere, vel Chrysippios cum ficis pinguibus. et haec ab inventore habet nomen.

10. (61.) Venerem in totum adimit, ut diximus, nymphaea 94
5 Heraclia, eadem semel pota in XL dies, insomnia quoque veneris 25,75
a ieiuno pota et in cibo sumpta. inlita quoque radix genitalibus inhibet non solum venerem sed et affluentiam geniturae. ob id corpus alere vocemque dicitur. adpetentiam veneris facit radix e xiphio superior data potu in vino, item quam cremnon
10 agrion appellant, ormenos agrios cum polenta contritus.

(62.) Sed inter pauca mirabilis est orchis herba sive sera- 95
pias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice testiculis simili, ita ut maior sive, ut aliqui dicunt, tenuior ex aqua pota excitet libidinem, minor sive mollior e lacte caprino
15 inhibeat. quidam folio scillae esse dicunt leviore ac minore, caule spinoso. radices sanant oris ulcera, thoracis pituitas, alvom sistunt ex vino potae. Concitatricem vim habet satyrion. duo 96
eius genera: una longioribus foliis quam oleae, caule quattuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad forman hominis
20 testium alternis annis intumescente ac residente. altera satyrios orchis cognominatur et feminam esse creditur. distinguitur internodis et ramosiore frutice, radice fascini. nascitur fere iuxta mare. haec tumores et vitia partium earum cum polenta inlita sedat vel per se trita. superioris radix in lacte ovis colonicae
25 data nervos intendit, eadem ex aqua remittit.

(63.) Graeci satyrion foliis lilii rubris, minoribus et tribus 97
non amplius e terra exeuntibus tradunt, caule levi, cubitali, nudo, radice gemina, cuius inferior pars et maior mares gignat, superior ac minor feminas. et aliud genus satyrii erythraicon
30 appellant, semine viticis maiore, levi, duro, radicis cortice rufo — intus album includi — sapore subdulce. fertur in montuosis inveniri. venerem, etiam si omnino manu teneatur radix, stimu- 98
lari, adeo si bibatur in vino austero, arietibus quoque et hircis segnioribus in potu dari, et a Sarmatia equis ob adsiduum labo-

---

1. contusa — 2. vetere] *om. E.* 8. alere] habere, *R¹V.* 11. mirabilis] milias, *R².* milia, *E.* serapias] *Dioscor. 3, 132.* serapis, *E.* serapiis, *r.* 16. radice, *V.* 17. ex] *ego.* e, *E.* et, *r.* habent, *V.* 18. una] *R. om. r.* 20. intumescenture, *R¹V¹* (*ut videtur*) *F.* 21. creditam, *C.* 24. trita] *om. E.* 26. rubri, *ER².* 29. satyrii erythraicon] satyri (siriery, *E*) terythrecon (threcon, *E.* therythecon, *R¹.* erythrecon, *R²*)*C.* 31. fertur] *E* fere, *r.* 34. senioribus, *E.* sarmata, *V.* sarmat, *r.*

rem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedamum vocant. re-
99 tinguit vim eius aqua mulsa aut lactuca sumpta. in totum quidem Graeci, cum concitationem hanc volunt significare, satyrion appellant, sic et crataegin cognominantes et thelygonon et arre*no*gonon, quarum semen testium simile est. Tithymalli quo- 5 que ramorum medullam habentes ad venerem proniores fieri dicuntur. prodigiosa sunt quae circa hoc tradit Theophrastus, auctor alioqui gravis, septuageno coitu durasse libidinem contactu herbae cuiusdam cuius nomen genusque non posuit.

100 (64.) Sideritis adalligata varices minuit et sine dolore prae- 10 stat. Podagrae morbus rarior solebat esse non modo patrum avorumque memoria, verum etiam nostra, peregrinus et ipse. nam si Italiae fuisset antiquitus, Latinum nomen invenisset. insanabilis non est credendus, quippe quoniam et in multis sponte desiit et in pluribus cura. medentur radices panacis 15 cum uva passa, sucus hyoscyami cum farina vel semen, scordion
25,88 ex aceto, hiberis uti dictum est, verbenaca cum axungia trita,
101 cyclamini radix, cuius decoctum et pernionibus. podagras refrigerat radix e xiphio, semen e psyllio, cicuta cum lithargyro aut axungia, aizoum in primo impetu podagrae rubentis, hoc est 20 calidae. utrilibet vero convenit erigeron cum axungia, plantaginis folia trita addito sale modico, argemonia tusa ex melle. medetur et verbenaca inlita, aut si pedes in aqua macerentur
102 in qua decocta sit, (65.) et lappago, similis anagallidi, nisi esset ramosior ac pluribus foliis, gravis odoris. quae talis est mollugo 25 vocatur, similis, sed asperioribus foliis, asperugo. superioris et sucus p̄ ✱ I in vini duobus cyathis cotidie sumitur.

103 (66.) Praecipue vero liberat eo malo phycos thalassion, id est fucus marinus, lactucae similis, qui conchyliis substernitur, non podagrae modo sed omnibus articulorum morbis inpositus 30 priusquam arefiat. tria autem genera eius: latum et alterum

---

4. crategin, *E.* cretecin, *V.* thelygonon] R^2. teliquo non, *E.* theligon, *r.* 4. 5. et arrenogonon] *Dal. om. E.* et arregonon, *r.* 8. aliqui, *EV.* 9. cuiusdam] *om. EV.* genusque] que, *E.* 15. desit, *R ex corr. V.* medetur, *RV.* 17. dictum] *R.* dicta, EV^2. dici, V^1. 18. et] et in, R^1V. 19. semen e] R^2. semine, *E.* semen, *r.* psillion, *E.* 23. aqua] aliqua, *E.* 24. in qua] *om. E.* anagallidis, *R.* anagallid, *E.* agallidi, *V.* essetur, *V.* 25. foliis] *C.* foliis aspera rugosa asperioris suci, *v.* gravis] *d. om. E.* gravi, *r.* 25. odoris — 26. asperugo su] *om. E.* 26. sed] *R.* et, *r.* 27. ✱I] *Sillig.* XI, *C.* vino, R^1V. 28. eo malo phecos, *E.* eum alo (eo malo, *R*) poechos, *r.* 30. morbis] R^2V^2. orbis, *E.* modis, *r.* 31. exarefiat, R^2. exharefiat, *E*, erefiat, R^1. tria] Iria, *V.* iri, *E.*

longius, quadamtenus rubens, tertium crispis foliis, quo in Creta vestis tingunt, omnia eiusdem usus. Nicander ea et adversus 104
serpentes in vino dedit. salutare est et semen eius herbae quam psyllion appellavimus madefactum aqua, admixtis in hemi- 25, 140
5 nam seminis resinae Colophoniae coclearibus duobus, turis uno. laudantur et mandragorae folia cum polenta tunsa. 11. Talis vero tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mire prodest, articulis sucus ex centaurio minore, idem nervis utilissimus, item centauris. Vettonica nervis discurrentibus per scapulas, 105
10 umeris, spinae, lumbis, pota ut in iocinere, articulis quinque- 35
folium inposit*um*, mandragorae folia cum pulenta vel radix recens tusa cum cucumere silvestri vel decocta in aqua, digitorum in pedibus rimis polypodi radix, articulis sucus hyoscyami cum axungia, amomon suco decocto, item centunculus decocta
15 vel muscus recens ex aqua obligatus donec inarescat, item lappae boariae radix e vino pota. Cyclaminos decocta in aqua perniun- 106
culos curat omniaque alia frigoris vitia, perniunculos et cotyledon cum axungia, folia ex batrachio, epithymi sucus. Clavos pedum extrahit ladanum cum castoreo, verbenaca ex vino.

20 (67.) Nunc peractis malis quae membratim sentiuntur dice- 107
mus de his quae totis corporibus grassantur. remedia autem haec communia invenio: ante omnes potandam dodecatheum, de qua diximus, deinde panacis omnium generum radices, pecu- 25, 28
liariter longinquis morbis et semen interaneorum vitiis, ad omnes
25 vero dolores corporis sucum e scordio, item Vettonicae quae pota colorem plumbeum corporis privatim emendat, gratiorem reducit.

(68.) Geranion aliqui myrrin, alii myrtidan appellant. similis 108
est cicutae, minutioribus foliis et caule brevior, rotunda, saporis
30 et odoris iucundi. nostri sic eam tradunt, Graeci foliis paulo candidioribus quam malvae, caulibus tenuibus, pilosis, ramosam ex intervallis binum palmorum, et in his foliis inter quae in cacuminibus capitula sint gruum. alterum genus foliis anemones, 109
divisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, reficienti-

---

1. longum, *E*. quadam elenus, *EV*. 4. nominavimus, *R*¹*V*. 5. turis] puris, *R*¹*V*. 7. limus] liquis, *E*. 8. ex] e, *ER*². et, *r*. 10. pota] posita, *E*. 11. inpositis, *E*. positis, *r*. 12. 13. cubitorum, *ER in marg*. 13. in] *ER*². inde, *r*. 14. amonon, *V*. amomi, *R*. sucus, *E*. 18. clavum, *R*¹*V*. 20. sentiuntur] *om*. *R*¹*V*¹. 22. inveniunt, *R*¹*V*. potanda, *E*. potam, *V*¹. potan, *R*²*V*². potu, *R*¹. 25. e] *om*. *R*¹*V*. qua, *V*. 28. myrrin] *E*. myrin, *R*². myren, *r*. alii] *E*. aut, *r*. 32. folia, *RV*.

bus se ab imbecillitate utilissima, et fere talis vera est. bibitur
contra phthisis drachma in cyathis vini tribus bis die, item contra
inflationes, et cruda idem praestat. sucus radicis auribus medetur,
opisthotonis semen drachmis quattuor cum pipere et murra
110 potum. Phthisis sanat et plantaginis sucus, si bibatur, et ipsa 5
decocta, in cibo ex sale et oleo a somno matutino refrigerat.
eadem datur iis quos atrophos vocant interpositis diebus, Vet-
tonica vero phthisicis ecligmate cum melle, fabae magnitudine,
agaricum potum obolis duobus in passo, vel daucum cum cen-
taurio maiore in vino. phagedaenis — quod nomen sine modo 10
esurientium est, et alias ulcerum — tithymalli medentur cum
sesamis sumpti.

111 (69.) Inter mala universi corporis vigiliae sunt plerisque.
harum remedio monstratur panaces, clymenos, aristolochia odore
et peruncto capite, aizoum sive sedum, si involutum panno 15
nigro ignorantis pulvino subiciatur, et onothera sive onear, hila-
ritatem adferens in vino, amygdalae folio, flore rosaceo, fruticosa,
longa radice et, cum siccata est, vinum olente. haec in potu
112 data feras quoque mitigat. cruditates quae nausiam faciunt
digerit Vettonica, eadem pota a cena concoctionem facit, in 20
oxymelitis cyathis tribus drachmae pondere et crapulam discutit,
item agaricum post cibum in aqua calida potum. Paralysin
25,88 Vettonica sanare dicitur, item hiberis ut dictum est. eadem et
torpentibus membris prodest, item argemonia omnia quaequae
secari periclitentur discutiendo. 25

113 (70.) Comitiales sanant panaces quam Heraclion diximus
25,32 radice pota cum coagulo vituli marini ita ut sint panacis tres
partes, plantago pota, Vettonica in oxymelitis drachma vel aga-
ricon obolis tribus, folia quinquefolii ex aqua. sanat et arche-
zostis, sed anno pota. sanat et baccaris radix arida in pulverem 30
114 contrita cyathis tribus cum coriandri uno in aqua calida, et
centunculus trita in aceto aut melle aut in aqua calida, verbenaca
ex vino pota, hysopi bacae ternae contritae in aqua potae diebus

---

2. phthisis] *R.* ptisicis, *E.* pehisis, *V.* 4. drachmas, *RV.* 5. pthisis, *V.* phthisim, *ER*². 6. ex] et, *C.* 8. vero] caro, *ER*². eligmate, *C.* 11. alia, *R*¹*V.* 16. honothera, *EV.* hilaritatem] *E.* ihilaritatem, *R.* im (imi, *V*²) laritatem, *V.* 17. amygdalae] *Sillig.* amygdalice, *ER.* amigdalicae, *V.* roseo, *RV.* 18. hac, *E.* 20. digerunt, *EV.* facti, *EV.* 24. quaequae] *ego.* quae, *R.* quaeque, *r.* 26. sanantur, *V.* panaces] *Sillig.* panacis, *C.* 27. radices, *E.* 28. oxymeliti, *R*¹*V.* agaricon] *Sillig.* agarici, *ER*². agarico, *r.* 29. sanat — 30. pota] *om. E.* 33. contritae] *R*¹*V*¹. contrita et, *E.* contritae et, *r.*

XVI, peucedanum cum coagulo vituli marini aequis portionibus potum, quinquefolii contrita folia ex vino pota diebus XXX, Vettonicae farina p̄. ℥ III cum aceti scillitis cyatho, mellis Attici uncia, scamonium obolis duobus cum castorei drachmis quattuor.

(71.) Febris frigidas leviores facit agaricum potum in calida 115
aqua, tertianas sideritis cum oleo, item ladanum quod in segetibus nascitur contusum, plantago ex aqua mulsa duabus horis ante accessionem pota binis drachmis vel sucus radicis madefactae vel tusae, vel ipsa radix trita in aqua ferro calfacta. qui-
dam ternas radicis in tribus cyathis aquae dedere. eadem in 116
quartanis quaterna fecerunt. Buglosso inarescente, si quis medullam ex caule eximat dicatque ad quem liberandum febri id faciat et alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt febri liberari, item Vettonicae drachmam in aquae mulsae cyathis
tribus vel agaricum, maxime in his febribus quae cum horrore veniant. quinquefolii folia quidam terna tertianis dedere, quaterna quartanis, plura ceteris, ali omnibus tres obolos cum pipere ex aqua mulsa. verbenaca quidem et iumentorum febribus 117
in vino medetur, sed in tertianis a tertio geniculo incisa, quarta-
nis a quarto. bibitur et semen hyperici utriusque in quartanis et horroribus, Vettonicae farina, quae omnes horrores coercet, item panaces adeo excalefactoria natura ut per nivem ituris bibere id perunguique eo praecipiant. et aristolochia perfrictionibus resistit.

(72.) Phreneticos somnus sanat, qui continget peucedano 118
ex aceto capiti infuso, anagallidum suco. e diverso lethargicos excitare labor est; hoc praestant Euphorbeum ex aceto naribus tactis, peucedani sucus. Contra insanias Vettonica bibitur, carbunculos rumpit panaces, sanat Vettonicae farina ex aqua aut
brassica cum ture, frequenti potu calidae, vel e carbone in conspectu restincto favilla digito sublata et inlita, vel plantago tusa, tithymallus characites.

(73.) Hydropicos sanat panaces, plantago in cibo, cum 119

---

2. quinque folio, R^1. quinquifolio, *V*. pota] ER^2. et sumpta, *r*. XXXI, *ER*. 3. farina] *d*. farinam, *r*. p̄.] p. V^1. ponderat, *E*. ponderis, R^2 *in ras.* V^2. aceti] *E*. aceto, *r*. scillitis] *ego*. scilliti, R^1V^1. scillitici, *r*. 6. cum oleo] olea cum, *R*. oleacu, *r*. 12. ex] *d*. e, ER^2. et, *r*. 13. ei] et, R^1V. 22. adeo] *d*. ideo, *r*. 25. contingit, ER^2. 27. excitari, *E*. praestante ut probeum (p̄beum, *E*)ER^2. 28. tractis, *RV*. suco, *E*. 29. aut] ut, R^1V^1. 31. plantago — 33. panaces] *om. E. dist. ego.* 33. panaces] *Ianus*. phanacis, *C*.

prius panem siccum comederint sine potu, Vettonica drachmis duabus in duobus cyathis vini aut mulsi, vel agaricum vel semen lonchitidis duabus lingulis ex aqua potum, psyllion ex vino, anagallidum sucus, cotyledonis radix e mulso, ebuli recentis radix excussa tantum nec colluta, quod duo digiti conprehendant, ex vini veteris caldi hemina, trifolii radix drachmis duabus in vino, tithymallum platyphyllon cognomine, semen hyperici quod
120 caros appellatur, acte, quam esse ebulum putant quidam, radice contrita in vini cyathis tribus, si febris absit, vel semine ex vino nigro, item verbenaca fasciculo manus plenae in aqua decocta ad dimidias. praecipue tamen chamaeactes sucus aptissimus creditur. Eruptiones pituitae emendant plantago, cyclamini radix e melle, ebuli folia trita e vetere vino — inposita etiam boam sanant, id est rubentes papulas — pruriginem sucus strychni inlitus.

121 (74.) Igni sacro medentur aizoum, folia trita cicutae, mandragorae radix — secatur in asses ut cucumis, primumque super mustum suspenditur, mox in fumo, dein tunditur — e vino aut aceto. prodest et vino myrteo fovere, mentae sextans, vivi sulpuris uncia, ex aceto simul trita, fuligo ex aceto. Ignis sacri plura sunt genera, inter quae medium hominem ambiens qui zoster vocatur enecat, si cinxit. · medetur plantago cum creta Cimolia et peristereos per se, radix persollatae, aliis quae serpunt cotyledonis radix cum mulso, aizoum, sucus e linozosti ex aceto, radix polypodi inlita.

122 12. (75.) Luxatis medentur doloremque et tumores tollunt semen psyllii, folia plantaginis trita, sale modice addito, verbasci semen ex vino decoctum tritum, cicuta cum axungia. folia ephemeri tuberibus tumoribusque inlinuntur quae etiamtum discuti possunt.

123 (76.) Morbum regium in oculis praecipue mirari est, tenuitatem etiam illam densitatemque tunicularum felle subeunte. Hippocrates a septimo die in febri mortiferum signum esse dicit.

---

1. ederint. *E.* 5. quod] quae, *E.* 8. acte] amet e, *E.* 13. e] item, *E.* e] *om.* R^1V. 16. medetur, *ER.* 17. secatur] *cod. Murb.* siccatur, *C.* asses] has res, *E.* 18. fumum, R^1V. *dist. Urlichs vind. 561.* e] *d.* ae, *V.* in, *r.* 20. simul — aceto] *om E.* 22. enecat] *Ianus.* et enecat, ER^2. et necat, *r.* si cinxit] R^2. si cinx̄. *E.* sic, XI, R^1. sic. XII., *V.* 25. *dist. ego.* 26. medetur, *ER.* 27. trita] citra, *E.* 28. ex] *om.* R^1V. contritum, ER^2. 29. tumoribusque] *E.* tumoribus, *r.* etiamtum] *E.* etiam dum, *R.* et tantum, *V.* 32. etiam] *om. E.* illam] *om. RV.* subeuntes, *RV.* 33. dicunt, *E.*

nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione. fit vero
et citra febres expugnaturque centaurio maiore ut diximus poto, 25,67
Vettonica, agarici obolis tribus ex vini veteris cyatho, item ver-
benacae folio obolis tribus ex vini calidi hemina quadriduo. 124
5 sed celerrime quinquefolii sucus medetur tribus cyathis potus
cum sale et melle. cyclamini radix drachmis tribus bibitur in
loco calido et a perfrictionibus tuto — sudoris enim felleos
movet — folia tussilaginis ex aqua, semen linozostis utriusque
inspersum potioni vel cum absinthio aut cicere decoctum, hysopi
10 bacae cum aqua potae, lichen herba, si, cum sumitur, cetero
olere abstineatur, polythrix in vino data, struthion in mulso. 125

(77.) Passim et in quacumque parte sed maxime incommoda
nascuntur qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum
consectis corporibus. remedio sunt pycnocomi folia trita cum po-
15 lenta, si nondum caput fecerint. discutiunt et folia ephedri inlita.

(78.) Fistulae quoque in omni parte serpunt medicorum 126
vitio male sectis corporibus. auxilio est centaurium minus col-
lyriis cum melle decocto additis, plantaginis sucus infusus,
quinquefolium cum sale et melle, ladanum cum castoreo, coty-
20 ledon cum medulla cervina calefacta et inposita, verbasci radicis
medulla collyri tenuitate in fistulam additur vel aristolochiae
radix vel sucus tithymalli.

(79.) Collectiones inflammationesque sanant argemoniae folia 127
inlita, duritias et collectiones omnes verbenaca vel quinquefolium
25 decoctum in aceto, verbasci folia vel radix, hysopum e vino
inpositum, acori radix decocto eius foventibus, aizoum, item
quae contusa sint duritiasque et in sinu corporis illecebra.
Omnia infixa corpori extrahunt folia tussilaginis, daucum, semen 128
leontopodii tritum in aqua cum polenta. suppurationibus in-
30 ponuntur pycnocomi folia trita cum polenta vel semen, item
orchis. Vitia quae sint in ossibus satyri radice inposita effica-
cissime sanari dicuntur, nomae et collectiones omnes fuco maris,
priusquam inarescat. et alcimae radix collectiones discutit.

(80.) Ambusta sanantur plantagine, arctio ita ut cicatrix 129

---

2. et citra] et circa, *EV*². et circa et, *R*². circa et, *R*¹. circa//, *V*¹. expugnatusque, *V*. inpugnaturque, *E*. maiore] ex maiore, *ER*². maiori, *r*. 6. cum — melle] *om. R*¹*V*¹. 11. struthioni in, *R*². struthioni, *E*. straucion in, *r*. 12. sed] et, *ER*². 14. confectis, *R*. 20. et] *om. E*. 25. hysopum—26. radix] *om. E*. 26. decocto] *d.* decocta, *r*. 27. sint] *d.* sit, *ER*². sinin, *r*. duritias, *R*¹*V*. in sinu] *d.* in sino, *V*. sino, *R*¹. sinus, *r*. elecebra, *EV*. 28. infixi, *R*¹*V*. laucum, *EV*². 33. algmae, *ER*.

fallat. folia eius in aqua decocta contrita inlinuntur, radices cyclamini cum aizoo, herba ipsa hyperici quod corissum appel-
85 lavimus.

130 (81.) Nervis et articulis convenit plantago trita cum sale, argemonia tusa ex melle. peucedani suco perunguntur spastici, 5 tetanici. nervorum duritiae aegilops suco, doloribus erigeron ex aceto inlinitur, epithymum. spasticis et opisthotonicis perungui semine hyperici, quod caros vocatur, itemque bibere prodest. Phrynion dicitur etiam abscissos sanare nervos, si confestim inponatur trita vel mansa. Spastícis, tremulis, opisthotonicis 10 alcimae radix bibitur ex aqua mulsa. sic et rigores excalfacit.

131 (82.) Sanguinis profluvia sistit herbae Paeoniae semen rubrum — eadem et in radice vis — clymenus vero, sive ore sanguis reiciatur sive naribus, sive alvo fluat sive feminarum utero, item Lysimachia pota vel inlita vel naribus indita, item 15 plantaginís semen, quinquefolium potum et inlitum, cicutae semen in nares, si inde fluat, tritum ex aqua inditum, aizoum, astragali radix. sistit et ischaemon et Achillia.

132 13. (83.) Equisaetum hippuris Graecis dicta et in pratis
18,259 vituperata nobis — est autem pilus terrae equinae saetae similis 20 — lienes cursorum extinguit decocta fictili novo ad tertias quantum vas capiat et per triduum heminis pota. unctis esculentis ex ante diem unum interdicitur. Graecorum varia circa
133 hanc opinio: alii pinus foliis similem nigricantem eodem nomine appellant, vim eius admirabilem tradentes, sanguinis profluvia 25 vel tacto tantum ea homine sisti, alii hippurin, alii ephedron, alii anabasim vocant, traduntque iuxta arbores nasci et scandentem eas dependere comis iunceis multis nigris ut ex equorum cauda, geniculatis ramulis, folia habere pauca, tenuia, exigua, semen rotundum, simile coriandro, radice lignosa, nasci 30
134 in arbustis maxume. Vis eius spissare corpora. sucus sanguinem e naribus fluentem inclusus sistit, item alvom. medetur dysintericis in vino dulci potus cyathis tribus, urinam ciet, tus-

---

1. radicis, R^2. radici, R^1V. 2. cum] *R. om. r.* corisum, E^1. choryssum, RV. 6. tetaunici, R^1V. frigeron, *C.* 7. perungue, R^1. perunge, *V.* 8. carus, R^1V. item quae, *V.* idemque, ER^2. 9. sic, RV. 11. alcimae] *Sillig.* algmae, *V.* algme, *r.* 13. cymenus, R^1. cyclemenus, ER^2. 14. sive] nis, *E.* 18. scemon, *E.* schemon, *r.* 19. a graecis, *R.* 20. pilus] R^2. pulvis, *E.* plus, *r.* 21. lienaes, *V.* lichnes, *E.* 23. ex tante, *V.* 24. pino, *E.* 26. tacta, *E.* homini, *E.* sisti] *Gron.* sistit, *C.* pedron, *E.* 27. scandente, *C.* 28. ex] est, *V.* 31. ambustis, *E.*

sim, orthopnoeam sanat, item rupta et quae serpunt. intestinis et vesicae folia bibuntur, enterocelen cohibet. Faciunt et aliam hippurim brevioribus et mollioribus comis candidioribusque, perquam utilem ischiadicis et volneribus ex aceto inposi-
5 ta*m* propter sistendum sanguinem. Et nymphaea trita plagis 135
inponitur. peucedanum cum semine cupressi bibitur, si sanguis per os redditus est fluxitve ab infernis. Sideritis tantam vim habet ut quamvis recenti gladiatoris volneri inligata sanguinem claudat, quod facit et ferulae cinis vel carbo, fungus vero etiam
10 efficacius, qui secundum radicem eius nascitur. (84.) per naris 136
autem fluenti et cicutae semen tritum ex aqua additumque efficax habetur, item stephanomelis ex aqua. Vettonicae farina e lacte caprino pota sistit ex ubere fluentem, plantagoque contusa. eiusdem sucus vomentibus sanguinem datur. ad erra-
15 ticum autem radix persol*l*atae cum axungia vetere inlita probatur. (85.) ruptis convolsisque, ex alto deiectis centaurium 137
maius, gentianae radix trita vel decocta vel sucus Vettonicae, et hoc amplius a vocis aut lateris contentionibus, panaces, scordium, aristolochia pota, agaricum item contusis et eversis potum
20 duobus obolis in mulsi cyathis tribus aut, si febris sit, in aqua mulsa, verbascum cuius flos similis auro est, acori radix, aizoum omne, sed maioris sucus efficacissime, item symphyti ius vel radicis decoctum, daucos cruda, erysithales flore luteo, foliis acanthi e vino, item chamaerops et in sorbitione irio vel plan-
25 tago omnibus modis. (86.) item phthiriasi, *qua* Sulla dictator 138
consumptus est — nascunturque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus — resistitur uvae taminiae suco aut veratri cum oleo perunctis corporibus. taminia quidem in aceto decocta etiam vestes eo taedio liberat.

30 14. (87.) Ulcera multorum sunt generum ac multis mo- 139
dis curantur. panacis omnium generum radix ex vino calido inlinitur manantibus. sicca*t* privatim quam Chironiam diximus, 25, 32
cum melle trita tubera aperit ulceribusque quae serpunt deploratis auxilio est, cum aeris flore vino temperata omnibus

---

4. inposita, *C.* 8. inlita, *V*[1]. illigata, *V*[2]. 12. stephanomeli, *E.* stefanomelie, *V.* 13. plantago, *V.* 15. persolatae, *E.* herbae persolutae, *V.* 18. cordium, *C.* 22. sede maiori, *E.* ius] *Ianus.* us, *V. om. E.* 23. daucus crud, *E.* 24. camerops, *V.* calamerops, *E.* sorbitiones, *EV*[2]. 25. qua] *v. om. C.* 28. corporis, *E.* 30. genera, *E.* modis] *E. om. V.* 32. sicca, *C.* 33. ulceribusque quae] ulceribus quaeque, *C.*

modis, vel semine vel flore vel radice. eadem cum polenta ve-
140 tustis volneribus prodest. Heraclion quoque siderion, Apollinaris,
psyllium, tragacantha, scordotis cum melle purgat. farina eius
carnis excrescentes per se inspersa consumit. Polemonia ulcera
quae cacoethe vocant sanat, centaurium maius inspersum vel 5
inlitum, item minoris coma decocta vel trita vetera quoque ul-
cera purgat et persanat. Folliculi clymeni recentibus plagis in-
ponuntur. inlinitur autem gentiana ulceribus quae serpunt ra-
dice tusa vel decocta in aqua ad mellis crassitudinem vel suco,
141 volneribus ex ea factum Lycium. Lysimachia recentibus plagis 10
medetur, plantago omnium generum ulceribus, peculiariter se-
num et infantium. igni emollita melior et cum cerato crassa
ulcerum labra purgat, nomas sistit. tritam suis foliis integere
oportet. Suppurationes, collectiones, sinus ulcerum chelidonia
quoque siccantur, volnera adeo ut etiam pro spodio utantur, 15
142 eadem iam desperatis cum axungia inponitur. Dictamnum pota
sagittas pellit et alia tela extrahit inlita. bibitur ex aquae cy-
atho foliorum obolo, proxime pseudodictamnum. utraque et sup-
purationes discutit. Aristolochia quoque putria ulcera exest, sor-
dida purgat cum melle vermesque extrahit, item clavos in ul- 20
cere natos et infixa corpori omnia, praecipue sagittas et ossa
143 fracta cum resina, cava vero ulcera explet per se et cum iride,
recentia volnera ex aceto, vetera ulcera verbenaca, quinquefo-
lium cum sale et melle. Radices persollatae volneribns ferro
inlatis recentibus inponuntur, folia veteribus, cum axungia utrum- 25
25 que, et suo folio operitur, damasonium ut in struma, folia ver-
144 basci ex aceto aut vino. Peristereos ad omnia genera vel cal-
losorum putrescentiumque ulcerum facit. manantia nymphaeae
Heracliae radix sanat, item cyclamini radix vel per se vel ex
aceto vel cum melle. eadem et contra steatomata efficax, sicut 30
ad ulcera manantia hysopum, item peucedanum, et ad recentia
volnera vis tanta est ut squamam ossibus extrahat. praestant
hoc et anagallides cohibentque quas vocant nomas et rheuma-
tismos, utiles et recentibus plagis, sed praecipue senum corpori.
145 cum cerato apostemata et ulcera taetra folia mandragorae re- 35

---

2. quoque] *om.* *V*. 3. tragachanta, *E*. tragantho, *V*. 11. semum] feminum, *E* 13. sentit, *V*. 14. collectiones] *om.* *E*. 16. ponitur, *V*. 17. aquae] *d.* aqua, *r*. 19. exest] hoc est, V^2. 20. expurgat, *E*. fervensque, *E*. ulcera, *E*. 22. se et cum] *d.* sectum, *r*. 24. cum] *om.* *V*. 26. ut] aut, *E*. 29. vel per] per, *V*. 30. sic et, *V*. 32. squamam] *d.* squama, *r*.

centia, radix volnera cum melle aut oleo, cicuta cum siligine mixta mero, aizoum herpetas quoque ac nomas ac putrescentia, sicut erigeron verminosa, recentia autem volnera astragali radix et vetera ulcera quae purgat hypocisthis utraque. leontopodi se-
5 men tritum in aqua et cum polenta inlitum spicula sagittarum extrahit, item pycnocomi semen. Tithymallus characites suco 146
gangraenas, phagedaenas, putria vel decocto ramorum cum polenta et oleo, orchis radices hoc amplius et cacoe*the* cum melle siccae et recentis per se vulnera, onothera efferantia sese ulcera
10 sanat. Scythae volnera Scythica curant. ad carcinomata arge-
monia ex melle efficacissima est. ulceribus praesanatis aspho- 147
deli radix decocta ut diximus, trita cum polenta et inlita, qui- 22,70
buscumque vero Apollinaris, astragali radix in pulverem trita umidis ulceribus prodest, item callithrix decocta in aqua, pri-
15 vatim vero his quae calciamento facta sint verbenaca, nec non et Lysimachia contrita ac nymphaea arida infriata. polythrix inveteratis isdem utilior est.

(88.) Polycnemon cunilae bubulae similis est, semine pulei 148
surculosa, multis geniculis, corymbo odorat*o*, acri et dulci odore,
20 ferro factis conmanducata inponitur, quinto die solvitur. Sym-
phyton ad cicatricem celerrime perducit, item sideritis. haec 149
inponitur ex melle. Verbasci semine ac foliis ex vino decoctis ac tritis omnia infixa corpori extrahuntur, item mandragorae foliis cum pulenta, cyclamini radicibus cum melle. Trixaginis
25 folia in oleo contrita his maxime adhibentur ulceribus quae ser-
punt, et alga in melle trita, Vettonica ad carcinomata et ma-
landrias veteres addito sale.

(89.) Verrucas tollit argemonia ex aceto vel batrachi ra- 150
dix, quae et ungues scabros aufert, linozostidis utriusque folia
30 vel sucus inlitus. tithymalli omnes genera verrucarum omnia,
item pterygia, varos tollunt. cicatrices cum elegantia ad colo-
rem reducit ladanum. 15. Artemisiam et elelisp*h*acum alligatas qui habeat viator negatur lassitudinem sentire.

---

2. haerpetas, *V*. herbetas, *E*. 3. vermiosa, *V*. 4. quae] *Sillig*. que, *E*. aquae, *V*. 5. specula, V^1. spiculas. *E*. 6. caracitas, *V*. 8. cahoeti, *V*. choeti, *E*. 9. vulnera] *om*. *E*. efferantia] *Pint*. efferentia, *C*. 10. Scythae] stitae, *V*. 11. vulneribus, *E*. persanatis, *E*. 15. calciamenta, *V*. 19. odorata, *C*. 24. cum melle] melle, *V*. 25. his] *om*. *E*. 26. algam, *C*. Vettonica — 27. sale] *om*. V^1. malandrias] *d*. malandri ac, *r*. 28. tulit, *E*. vel] *E*(?). uli, *V*. 29. et] *om*. *E*. scabrosas, *C*. aufert] aut fertu, *E*. 30. 31. omnia item] item omnia, *E*. 32. elelyspacum, V^1. elyspacum, V^2. clispacum, *E*.

151 (90.) Muliebribus morbis medetur maxume in universum Paeoniae herbae semen nigrum ex aqua mulsa. eadem et in radice vis. menses ciet panacis semen cum absinthio, menses et sudores scordotis potu et inlitu. Vettonica drachma in vini cyathis tribus bibitur contra omnia volvarum vitia aut quae a partu fluunt. menses nimios sistit Achillia inposita et decoctum
152 eius insidentibus. Mammis inponitur hyoscyami semen ex vino, locis radix in cataplasmate, et chelidonia. secundas morantes vel partus emortuos radices panacis adpositae extrahunt. ipsum panaces e vino potum volvas purgat adpositumque cum melle. Polemonia pota ex vino secundas pellit, nidore corrigit volvas.
153 Centauri minoris sucus potu fotuque menses ciet, item maioris radix in volvae doloribus isdem modis prodest, derasa vero et adposita extrahit partus emortuos. plantago adponitur in lana in dolore volvae, in strangulatu bibitur, sed praecipua dictamno vis est. menses ciet, partus emortuos vel traversos eicit, bibitur ex aqua foliorum obolo, adeo ad haec efficax ut ne in cubiculum quidem praegnatium inferatur. nec potu tantum sed et inlitu et
154 suffitu valet. proxume pseudodictamnum, sed menses ciet cum mero decoctum denari pondere. plurimis tamen modis aristolochia prodest, nam et menses et secundas ciet et emortuos partus extrahit, murra et pipere additis pota vel subdita. volvas quoque procidentes inhibet fotu vel suffitu vel subiectu, maxime tenuis.
155 Strangulatum ab his mensumque difficultatem agaricum obolis tribus in vini veteris cyatho potum emendat, peristereos adposita in adipe suillo recenti, antirrhinon cum rosaceo et melle, item adposita nymphaeae Thessalae radix dolori medetur, in vino nigro pota profluvia inhibet. e diverso ciet cyclamini radix pota et ad-
156 posita, et vesicae insidentium decocto medetur. Secundas pota cissanthemos pellit, volvam sanat. e xiphio radix superior menses ciet drachma ex aceto pota. peucedanum strangulatus volvae nidore ustum recreat, menses albos praecipue psyllion drachma in

---

3. 4. *dist. partim Urlichs vind. 563, partim ego.* 3. semen cum absinthio] se, *E.* 4. et] *om. E.* scorditis, *V.* vino, *E.* 5. 6. a partu] *d.* a pastu, *E.* apertu, *V.* 6. adposita, *V.* 8. in] ex, *E.* et] *ego.* et mammis et (etiam, *v*)*Cv.* 9. emortuo, *E.* emortum, V^1. adposita, *C.* 10. panacis, *C.* e vino potum] *om. E.* 11. tollit, *E.* porrigit, *E.* 12. pota, *E.* 17. ut] vi, *C.* 18. peregrinantium, *V.* pota, *V.* 20. pluris, *V.* modis] *d*(?) locis, *V.* molochis, *E.* 23. inhiberet, *V.* 24. mensiumque, *d.* messiumque, *E.* mesumque, *V.* 25. potu, *V.* 27. dolore, *V.* 30. pelli, *V.* sanam, *E.* 32. menses] *d.* meses, *E.* mese, *V.* albos] *cod. Tol.* alvos, *E.* albo, *V.*

cyathis tribus aquae, semen mandragorae potum volvam purgat,
menses ciet sucus adpositus et emortuos partus. nimia rursus pro- 157
fluvia sistit semen cum vivo sulphure, contra *ea* ciet batrachium
potu vel cibo, ardens alias, ut diximus, cruda, sed cocta commen- 25, 173
5 datur sale et oleo et cumino. Daucum et me*n*ses et secundas
potu facillime pellit, ladanum suffitu corrigit volvas, dolori earum
exulceratisque inponitur. emortua scamonium pellit potum vel
adpositum. Menses ciet hypericum utrumque adpositum, ante 158
alia vero, ut Hippocrati videtur, crethmos e vino semine vel
10 radice, cortice trahit et secund*a*s, succurrit et strangulationibus
ex aqua pota, item radix e geranio peculiariter secundis in-
flationibusque volvarum conveniens. purgat hippuris pota et ad-
posita volvas. polygonus pota menses ciet et alc*i*mae radix, folia
plantaginis pellunt, item agaricum ex aqua mulsa. Artemisia 159
15 volvae medetur trita, ex oleo irino aut cum fico aut cum murra
adposita. eiusdem radix pota in tantum purgat ut partus ene-
ctos extrahat. menses et secundas ciet ramorum decoctum insi-
dentibus, item folia pota drachma. ad eadem omnia prosunt vel
inposita ventri imo cum farina hordeacia. Acoron quoque utile 160
20 est interioribus feminarum morbis et conyza utraque et creth-
mos. et canthyllides duae vulvis utilissimae torminibusque et
secundarum mor*a*e in vino potae. Callithrix fotu locis medetur,
albugines in capite tollit, capillos inficit oleo trita. geranion in
vino albo potum, hypocisthis in rubro profluvium sistunt. Hy-
25 sopum suffocationes laxat. radix verbenacae pota ex aqua ad
omnia in partu aut ex partu mala praestantissima est. Peuce- 161
dano quidam miscent in vino nigro semen cupressi contritum.
nam semen psylli defervefactum in aqua, cum intepuit, epipho-
ras omnes uteri lenit. Symphyton tritum in vino nigro evocat
30 me*n*ses. partus accelerat scordotis pota drachma suci in aquae
mulsae cyathis IIII. dictamni folia praeclare dantur ex aqua.
constat unius oboli pondere, vel si mortui sint in utero infan-

---

1. aquae] *V*. quae, *E*. aquae mulsae ciet, *v*. 2. emortuos] *d*. mortuos, *r*. 3. vivo] *d*. vino, *E*. ut non, *V*. sulphure] sulphure (sulfure, *V*) alvi profluvia sistit, *C*. ea ciet] *Ianus*. chiet, *E*. faciet, *V*. 4. poto, *V*. commendantur, *V*. 5. meses, *E*. messes, *V*. 8. menses — adpositum] *om*. *E*. 9. crethmos e] *d*. erit. mulsae, E^1. erit. musae, E^2. erithmus e, *V*. 10. secundis, *C*. 11. fecundis inflammationibusque, *E*. 13. alcimae] *Sillig*. alcme, *E*. algmae, *V*. 15. cum fico] fico, *E*. 16. ut] et, *E*. 19. immo, *V*. 20. crethmos] *d*. chrēnos, *E*. chretmos, *V*. 21. vulvis] uvae vis, *V*. 22. more, *C*. 26. est] *om*. *V*. 27. quidem, *V*. 29. utero, *E*. lenti, V^1. leni, *E*. 30. meses, *E*. umest, *V*.

tes, protinus reddi sine vexatione puerperae. similiter prodest pseudodictamnum, sed tardius, cyclaminos adalligata, cissanthemos pota, item Vettonicae farina ex aqua mulsa.

162 (91.) Arsenogonon et thelygonon herbae sunt habentes uvas floribus oleae similis, pallidioris tamen, semen album papaveris modo. thelygoni potu feminam concipi narrant — arsenogonon ab ea semine oleae, nec alio distat — huius potu maris generari, si credimus. alii utramque ocimo similem tradunt, arsenogoni autem semen geminum esse testibus simile.

163 (92.) Mammarum vitiis aizoum quod digitillum appellavimus
25, 160 unice medetur. erigeron ex passo mammas uberiores facit, sonchum in farre coctum, quae vero masthos vocatur inlita. pilos mammarum partu nascentium, testas in facie aliaque cutis vitia emendat gentiana, nymphaea Heraclia inlita, cyclamini radix maculas omnis. Caccaliae grana mixta cerae liquidae extendunt cutem in facie erugantque, vitia omnia acori radix emendat.

164 (93.) Capillum Lysimache flavum facit, denigrat hypericum quod et corissum vocatur; item ophrys herba denticulato oleri similis, foliis duobus. nigritiam dat et Polemonia in oleo decocta. Psilotrum nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus, verum iam et viris est in usu. efficacissimum autem habetur archezostis, item tithymalli suco vel in sole cum oleo inlito crebro vel evolsis pilis. Quadripedum scabiem sanat hysopum ex oleo, suum anginas peculiariter sideritis. verum et reliqua genera herbarum reddamus.

---

2. sistanthemos, *V*. 3. item] *om. E*. farinae, *V*. 4. arsegonon, *V*. eliagacnon, *E*. 5. vas, *V*. similies, *V*. semel, *V*. 6. thelygonon, *d*. theligoni, *E*. theligon, *V*. 7. arsegonon, *E*. 8. utraque, *C*. simili, *C*. 9. gemino, *V*. 11. irigeron, *C*. 12. mastos, *E*. indita, *E*, inlitas, *V*¹. illitas, *V*². 13. partu] e partu, *E*. *dist. ego*. testas] aut fert testas, *E*. cutis vitia] cutas, *E*. 16. erugantque] erunt, *E*. 17. lysimace, *C*. 18. et] *om. E*. corissum] *Sillig*. ecoristum, *E*. echoristum, *V*². xpm̄, *V*¹. ophrys] *Barb*. ophros, *V*. h/ ophros, *E*. 19. dat] *om. V*. 23. cerebro, *E*. 24. ex] *om. V*. sucum, *E*.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIAE
LIBER XXVII.

Cap. 1. (Sect. 1.) Crescit profecto apud me certe tractatu 1
ipso admiratio antiquitatis, quantoque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem subit. nec dubie superata hoc
5 modo posset videri etiam rerum naturae ipsius munificentia, si humani operis esset inventio. nunc vero deorum fuisse eam ap- 2
paret aut certe divinam, etiam cum homo inveniret, eandemque omnium parentem et genuisse haec et ostendisse, nullo vitae miraculo maiore si verum fateri volumus. Scythicam herbam a
10 Maeotis paludibus, et Euphorbeam e monte Atlante ultraque Herculis columnas ex ipso rerum naturae defectu, parte alia Britannicam ex oceani insulis extra terras positis, itemque Aethiopidem ab exusto sideribus axe, alias praeterea aliunde ultro 3
citroque humanae saluti in toto orbe portari, inmensa Romanae
15 pacis maiestate non homines modo diversis inter se terris gentibusque verum etiam montis et excedentia in nubis iuga partusque eorum et herbas quoque invicem ostentante. aeternum quaeso, deorum sit munus istud! adeo Romanos velut alteram lucem dedisse rebus humanis videntur.
20 2. (2.) Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit 4
satis venerari? constat omnium venenorum ocissimum esse aconitum et tactis quoque genitalibus feminini sexus animalium eodem die inferre mortem. hoc fuit venenum quo interemptas dormientis a Calpurnio Bestia uxores M. Caecilius accusator obie-
25 cit. hinc illa atrox peroratio eius in digitum. ortum fabulae narravere e spumis Cerberi canis extrahente ab inferis Hercule

---

1. tractu, *V*. 4. ne, *E*. 5. si — 6. esset] *d. om. E.* si — esse, *V*. 6. inventionis, *V*. 8. parentium, *C*. 10. euphorherbam, *V*. 11. ex] *Urlichs vind. 564.* et, *C*. 13. axe] ast, *V*. 16. et] *om. V*. nubes, V^2. nudis, *E*. 17. eorum] meorum, *E*. eurum, *V*. aeternumque sed eorum, *V*. 21. constat] V^1. cum constat, *r*. 22. feminis, *V*. 23. 24. interemptas dormientis] *E*. interemptis, *V*. 25. perorato, *V*. digito, *E*. ortum] *d*. mortum, V^1. mortuum, *r*. 26. e] *om. E*.

ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad infe-
5 ros aditus, gigni. hoc quoque tamen in usus humanae salutis
vertere scorpionum ictibus adversari experiendo datum in vino
calido. ea est natura ut hominem occidat nisi invenerit quod
in homine perimat. cum eo solo conluctatur, veluti praesentius 5
invento. sola haec pugna est, cum venenum in visceribus re-
perit, mirumque, exitialia per se ambo cum sint, duo venena
6 in homine conmoriuntur ut homo supersit. Immo vero etiam
ferarum remedia antiqui prodiderunt demonstrando quomodo
venenata quoque ipsa sanarentur. torpescunt scorpiones aconiti 10
tactu stupentque pallentes et vinci se confitentur. auxiliatur his
helleborum album tactu resolvente, ceditque aconitum duobus
malis, suo et omnium. quae si quis ulla forte ab homine ex-
7 cogitari potuisse credit, ingrate deorum munera intellegit. tan-
gunt carnes aconito necantque gustatu earum pantheras, nisi 15
hoc fieret, repleturas illos situs. ob id quidam pardalianches
appellavere. at illas statim liberari morte excrementorum ho-
minis gustu demonstratum. quod certe casu repertum quis du-
bitet et quotiens fiat etiam nunc ut novom nasci, quoniam fe-
8 ris ratio et usus inter se tradi non possit? 3. hic ergo casus, 20
hic est ille qui pluruma in vita invenit deus, hoc habet nomen
per quem intellegitur eadem et parens rerum omnium et magi-
stra, utraque coniectura pari, sive ista cotidie feras invenire sive
semper scire iudicemus. pudendumque rursus omnia animalia
9 quae sint salutaria ipsis nosse praeter hominem. sed maiores 25
oculorum quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime
promulgavere aperta professione malum quidem nullum esse sine
aliquo bono. fas ergo nobis erit qui nulla diximus venena mon-
strare quale sit aconitum, vel deprehendendi gratia. folia habet
cyclamini aut cucumeris non plura quattuor, ab radice leniter 30
hirsuta, radicem modicam cammaro similem marino, quare qui-
dam cammaron appellavere, alii thelyphonon, ex qua diximus
4 causa. cauda arida radicis incurvatur paulum scorpionum modo,

---

2. additos, *V*. 3. vetere, *V*. 5. velum parte intus, V^1. 7. ex italia per scambo, *V*. sunt, *E*. 8. vero] *d*. vere, *V*. verum, *E*. 10. ipso, *V*. 12. aconitum — 13. quae] *om*. *E*. 13. illa certe, *E*. excogitare, *V*. 16. pardalianthes, *E*. 18. demonstratu, *E*. demonstrato, *V*. 22. magistratu, *E*. 27. provulgavere, *V*. aperta] *d*. aparte, *E*. aperte, *V*. professionem, *E*. nullum] *d*. ullum, *r*. 28. quid, *V*. 29. qualem it (sit, V^2)*V*. depraehendi gratiae, *V*. 33. causa . cauda arida radicis] *ego*. causa arida radicis, *E*. cauda radicis, *V*. causa. Radix, *dv*.

quare et scorpion aliqui vocavere. nec defuere qui myoctonon appellare mallent, quoniam procul et e longinquo odore mures necat. nascitur in nudis cautibus quas aconas nominant, et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta ne pulvere quidem nutriente. hanc aliqui rationem nominis adtulere, alii, quoniam vis eadem esset in morte quae cotibus in ferri acie deterenda, statimque admota velocitas sentiretur.

4. (3.) Aethiopis radix folia habet *phlomo* similia, magna 11
ac multa et hirsuta ab radice, caulem quadriangulum, scabrum, similem arctio, multis concavom alis, semen ervo simile, candidum, geminum, radices numerosas, longas, plenas, molles, glutinosas gustu. siccae nigrescunt indurescuntque ut cornua videri possint. praeter Aethiopiam nascuntur et in Ida monte Troadis 12
et in Messenia. colliguntur autumno, siccantur in sole aliquod diebus ne situm sentiant. medentur volvis potae in vino albo, ischiadicis, pleuriticis, faucibus scabris decoctae potu dantur, sed quae ex Aethiopia venit eximie atque illico prodest.

(4.) *Age*raton ferulacea est, duorum palmorum altitudine, 13
origano similis, flore bullis aureis. huius ustae nidor urinam ciet volvasque purgat, tanto magis insidentibus. causa nominis non haec, sed quoniam diutissime non marcescit.

(5.) Aloe scillae similitudinem habet, maior et pinguioribus 14
foliis, ex obliquo striata — caulis eius tener est, rubens medius, non dissimilis antherici, radice una ceu palo in terram demissa — gravis odore, gustu amara. laudatissima ex India adfertur, sed nascitur et in Asia, non tamen ea utuntur nisi ad volnera recentibus foliis, mirifice enim conglutinat vel suco. ob id in turbinibus cadorum eam serunt ut aizoum maius. qui- 15
dam et caulem ante maturitatem seminis incidunt suci gratia, aliqui et folia. invenitur et per se lacrima adhaerens. ergo pavimentandum ubi sata sit censent, ut lacrima non absorbeatur. fuere qui traderent in Iudaea super Hierosolymam metallicam

---

1. ne, *E.* detuere, *V*[1]. defervere, *E*[1]. 6. esse, *V.* in] ad, *E.* deterendam, *E.* 8. fhlamo, *E.* flamo, *V.* 10. simile, *C.* mundis, *EV*[2]. alis] *d.* aliis, *E.* ulis, *V.* similem, *E.* 12. sicca, *E.* indurescuntque] que, *E.* corna, *E.* 13. possent, *E.* praeter] *codd. Gel. cod. Murb.* praeterea, *C.* aethiopia, *EV*[2]. 14. aliquibus, *V.* 15. pota, *C,* 16. decocta, *EV*[2] *in ras.* decocta ac, *F.* potelidantur, *V*[1]. 17. veniunt, *V.* iliaco, *E.* 18. eraton, *C.* 21. magrescit, *V.* 23. *sqq. dist. Urlichs vind. 566.* 24. antherico, *E.* 25. dimissa, *V.* 30. et folia] *E.* folia, *V.* 31. sit censent] *E.* si nicent, *V.*

eius naturam, sed nulla magis inproba est, neque alia nigrior
16 est aut umidior. erit ergo optuma pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis et iocineris modo coacta, facile liquescens, inprobanda nigra et dura, harenosa quaeque gustu intellegitur cummi adulterata et acacia. natura eius spissare, densare et leniter calfacere, usus multis, sed principalis alvom solvere, cum paene sola medicamentorum quae id praestant confirmet etiam sto-
17 machum, adeo non infestet ulla vi contraria. bibitur drachma, ad stomachi vero dissolutionem in duobus cyathis aquae tepidae vel frigidae coclearis mensura bis terve in die ex intervallis, ut res exigit, purgationis autem causa plurumum tribus drachmis, efficacior, si pota ea sumatur cibus. capillum fluentem continet cum vino austero capite contra pilum peruncto. dolorem capitis sedat temporibus et fronti inposita ex aceto et rosaceo
18 dilutiorque infusa. oculorum vitia omnia sanari ea convenit, privatim prurigines et scabiem genarum, item insignita ac livida inlita cum melle, maxume Pontico, tonsillas, gingivas et omnia oris ulcera, sanguinis excreationes, si modicae sint, drachma ex aqua, si minus, ex aceto pota. volnerum quoque sanguinem
19 et undecumque fluentem sistit per se vel ex aceto. alias etiam est volneribus utilissima ad cicatricem perducens. eadem inspergitur exulceratis genitalibus virorum, condylomatis rimisque sedis, alias ex vino, alias ex passo, alias sicca per se, ut exigat mitiganda curatio aut cohercenda. haemorrhoidum quoque abun-
20 dantiam leniter sistit. dysinteriae infunditur et, si difficilius concoquantur cibi, bibitur a cena modico intervallo, et in regio morbo tribus obolis ex aqua, devorantur et pilulae cum mellis decocto aut resina terebinthina ad purganda interiora. digitorum pterygia tollit, oculorum medicamentis lavatur ut quod sit harenosissimum subsidat, aut torretur in testa pinnaque subinde versatur ut possit aequaliter torreri.

21 (6.) Alcea folia habet similia verbenacae quae aristereon cognominatur, caules tres aut quattuor foliorum plenos, florem

---

2. tumidior, *E*. 6. cum] sed, *V*[1]. 7. aquae, *E*. confirmat, *V*[2]. confirmante, *V*[1]. 8. festet, *V*. vi] *codd. Gel.* vis, *C*. contraria] *om. E*. 9. stomachum, *V*. 10. in die ex] ex die, *E*. 11. autem] enim, *E*. 12. si] *om. V*. cibus] *om. V*. 20. per se] *om. V*. 21. utilissime, *V*. ad] *d.* dat, *r*. 23. alias ex vino alias] *E*. ex alias et vini alia, *V*. 24. habundantiam, *E*. habundationem, *R*. abundationem, *V*. 27. devoratur, *V*. melle, *ER*[2]. 28. decocta, *R*[1]*V*. aut] *om. E*. cubitorum, *E*. 31. versatum, *R*[1]*V*. 32. aristeron, *R*[1]*V*. 33. flore, *E*.

rosae, radices albas cum plurumum sex, cubitales, obliquas. nascitur in pingui solo nec sicco. usus radicis ex vino vel aqua dysintericis, alvo citae, rupt*is*, convuls*is*.

(7.) Alypon cauliculus est molli capite, non dissimile betae, 22
5 acre gustatu ac lentum mordensque vehementer et accendens. alvom solvit in aqua mulsa addito sale modico. minuma potio duarum drachmarum, media quattuor, maxuma sex, ea purgatione quibus datur e gallinaceo *iu*re.

(8.) Alsine, quam quidam myosoton appellant, nascitur in 23
10 lucis, unde et alsine dicta est. incipit a media hieme, arescit aestate media. cum prorepit, musculorum auris imitatur foliis. sed aliam docebimus esse quae iustius myosotis vocetur. haec 105
eadem erat quae hel*x*ine, nisi minor minusque hirsuta esset. nascitur in hortis et maxume in parietibus. cum teritur, odorem
15 cucumeris reddit. usus eius ad collectiones inflammationesque 24
et in eadem omnia quae hel*x*ine, sed infirmius. epiphoris peculiariter inponitur, item verendis ulceribusque cum farina hordeacia. sucus eius auribus infunditur.

(9.) Androsaces herba est alba, amara, sine foliis, follicu- 25
20 los in cirris habens et in his semen. nascitur in maritimis Syriae maxume. datur hydropicis drachmis duabus tusa aut decocta in aqua vel aceto vel vino. vehementer enim urinas ciet. datur et podagricis inliniturque. idem effectus et seminis.

(10.) Androsaemon sive, ut alii appellavere, ascyron non 26
25 absimile est hyperico, de qua diximus, cauliculis maioribus den- 26,85
sioribusque et magis rubentibus. folia alba rutae figura, semen papaveris nigri. comae tritae sanguineo suco manant. odor eis resinosus. gignitur in vineis, fere medio autumno effoditur suspenditurque. usus ad purgandam alvom tusae cum semine 27
30 potaeque matutino vel a cena duabus drachmis in aqua mulsa vel vino vel aqua pura, potionis totius sextario. trahit bilem,

---

3. ruptis] rupta, *ER*[1]. rat, *R*[2]. erat, *V*[1]. ructat, *V*[2]. convulsa, *C*. 4. dissimilis, *ER*[1]. 5. gustu, *R*[1]*V*. mordens qui, *ER*. accedens, *R*[1]*V*. 7. ea] *om*. *R*[1]*V*. 8. gallinaceo iure] *Barb*. gallinaceo fere, *E*. gallinace offerre (offere, *R*)*r*. 9. Salsine, *C*. myosotan, *R*. mosotan, *V*. 10. alsine] *R*[2]. alxine, *E*. balsine, *r*. 13. haec sine, *C*. 14. in] *om*. *E*. in] *om*. *EV*. odore, *EV*. 16. helxine] *Barb*. helsine, *ER*[2]. halsine, *r*. 20. Syriae] *v. ex Dioscor. 3, 140*. istoriae, *E*. histriae, *r*. 24. androsoemon, *V*. androeman, *E*. 26. figurae, *EV*. 27. comae] *ER*[2]. coma et, *r*. manant] *om*. *E*. 28. eis resinosus] *Barb*. *om*. *E*. est resinusus, *r*. effunditur, *R*[1]*V*. 29. purgandam] *d*. purgandum, *r*. 30. vel a cena] flacco, *R*[1]. flacco a, *V*. 31. potioni totius, *RV*. totius potionis, *E*.

prodest ischiadi maxume, sed postera die capparis radicem resinae permixtam devorare oportet drachmae pondere iterumque quadridui intervallo eadem facere, a purgatione autem ipsa robustiores vinum bibere, infirmiores aquam. inponitur et podagris et ambustis et volneribus cohibens sanguinem. 5

28 (11.) Ambrosia vagi nominis et circa alias herbas fluctuati unam habet certam, densam, ramosam, tenuem, trium fere palmorum, tertia parte radice breviore, foliis rutae circa imum caulem. in ramulis semen est uvis dependentibus, odore vinoso qua de causa botrys a quibusdam vocatur, ab aliis Artemisia. 10 coronantur illa Cappadoces. usus eius ad ea quae discuti opus sit.

29 (12.) Anonim quidam ononida malunt vocare ramosam, similem feno Graeco, nisi fruticosior hirsutiorque esset, odore iucunda, post vero spinosa. estur etiam muria condita, recens 15 vero margines ulcerum erodit. radix decoquitur in posca dolori dentium. eadem cum melle pota calculos pellit. comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias.

30 (13.) Anagyros, quam aliqui acopon vocant, fruticosa est, gravis odore, flore oleris, semen in corniculis non brevibus gi- 20 gnit, simile renibus, quod durescit per messis. folia collectionibus inponuntur difficulterque parientibus adalligantur ita ut a partu statim auferantur. quod si emortuus haereat et secundae mensesque morentur, drachma bibuntur in passo folia. sic et suspiriosis dantur, et in vino vetere ad phalangiorum morsus. ra- 25 dix discutiendis concoquendisque adhibetur, semen commanducatum vomitiones facit.

31 (14.) Anonymos nōn inveniendo nomen invenit. adfertur e Scythia, celebrata Hicesio non parvae auctoritatis medico, item Aristogitoni, in volneribus praeclara, ex aqua tusa inposita, pota 30 vero mammis praecordisque percussis, item sanguinem excreantibus. putavere et bibendam volneratis. fabulosa arbitror quae adiciuntur, recente ea si uratur ferrum aut aes feruminari.

---

1. postera die] *ER*². post erudis, *r*. 6. ambria, *E*. 7. onam, *R*¹. tionam, *V*¹. 13. Anonin, *Barb*. angonim, *C*. 14. graeco] nigro, *E*. 15. ver, *R*. ve, *E*. 19. anagro, *V*¹. anagiros, *V*². anagyon, *R*¹. acoton, *C*. 20. gravis] grinis, *R*¹*V*¹. brevibus] *E*. urbibus, *r*. 21. messes] *R*². menses, *V*². meses, *r*. 23. si emortuus] stemorius, *V*. 28. anonymos] *d*. amomynos, *R*². amonimos, *E*. anomymos, *r*. nomen invenit] *om*. *R*¹. non venit, *V*. 29. e scytie, *R*. esquitia, *E*. escythicae, *V*. 30. aristogitoni] *codd*. *Gel*. aristogiton, *C*. 32. bibendum, *R*. vivendum, *E*. 33. recentem eam, *C*. oratur, *R*¹*V*. ferrum aut aes] *d*. in, *R*. in ferrum aut aes (eas, *V*)*r*. ferruginari, *R*¹*V*.

5. (15.) Aparinen aliqui omphalocarpon, ali philanthropon 32
vocant, ramosam, hirsutam, quinis senisve in orbem circa ramos foliis per intervalla. semen rotundum, durum, concavom, subdulce. nascitur in frumentario agro aut hortis pratisve, aspe-
5 ritate etiam vestium tenaci. efficax contra serpentes semine poto ex vino drachma et contra phalangia. sanguinis abundantiam ex volneribus reprimunt folia inposita, sucus auribus infunditur.

(16.) Arction aliqui potius arcturum vocant. similis est 33
verbasco foliis, nisi quod hirsutiora sunt, caule longo, molli, se-
10 mine cumini. nascitur in petrosis, radice tenera, alba dulcique. decoquitur in vino ad dentium dolorem ita *ut* contineatur. decoctum bibitur propter ischiada et stranguriam, ex vino ambustis inponitur et pernionibus. foventur eadem cum radice semine trito in vino.

15 (17.) Asplenon sunt qui hemionon vocant, foliis trientalibus 34
multis, radice limosa, cavernosa sicut filicis, candida, hirsuta, nec caulem nec florem nec semen habet. nascitur in petris parietibusque opacis, umidis, laudatissima in Creta. huius foliorum in aceto decocto per dies XXX poto lienem absumi aiunt, et
20 illinuntur autem eadem, sedant et singultus. feminis non danda, quoniam sterilitatem facit.

(18.) Asclepias folia hederae habet, ramos longos, radices 35
numerosas, tenues, odoratas, floris virus grave, semen securiclatum. nascitur in montibus. radices torminibus medentur et
25 contra serpentium ictus non solum potu, sed etiam inlitu.

(19.) Aster ab aliquis bubonion appellatur, quoniam ingui- 36
num praesentaneum remedium est. cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus, in cacumine capitula stellae modo radiata. bibitur et adversus serpentes. sed ad inguinum medicinam sinistra
30 manu decerpi iubent et iuxta cinctus alligari. prodest et coxendicis dolori adalligata.

(20.) Ascyron et ascyroides similia sunt inter se et hype- 37

---

1. aparimen, R^1V. omphalocarpon] *Barb.* omphacocarpon, *C.* 3. durum] aurum, *E.* 4. parthisve, *E.* 8. artion, R^1V. potius] *om.* ER^2. 9. caule] ER^2. a caulo, *r.* 11. ut] *om.* *C.* 14. trita, *RV.* 15. aspleon, *E.* 17. habent, *RV.* 19. decocta, *RV.* potu] poto, *E.* 20. illinuntur] *d.* linuntur, *r.* 23. verus, ER^2. viros, R^1. 23. 24. securiclatum] *V.* securiclacum, R^1. securivlatum, R^2. seculatum, *E.* 25. potu] *R.* potum, *r.* etiam] ER^2. et, *r.* inlitu] R^2. litu R^1. illitum, V^2. inlitum, *r.* 26. inguinum] *om.* *E.* 27. caulibus, R^1V. 30. et iuxta] iuxta, R^1V. 31. adalligato, *RV.* 32. se et] se sed, *E.*

rico, sed maiores habet ramos quod ascyroides vocatur, ferulaceos, omnia rubentes, capitulis parvis, luteis. semen in caliculis pusillum, nigrum, resinosum. comae tritae velut cruentant, qua de causa quidam hanc androsaemon vocavere. usus seminis ad ischiadicos poti duabus drachmis in hydromelitis sextario. alvom solvit, bilem detrahit. inlinitur et ambustis.

38 (21.) Aphaca tenuia admodum folia habet. pusilla altior lenticula est, siliquas maiores fert in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora et minora lenticula. nascitur in arvis. natura ad spissandum efficacior quam lenti, reliquos usus eosdem habet. stomachi alvique fluctiones sistit semen decoctum.

39 (22.) Alcibium qualis esset herba non repperi aput auctores, sed radicem eius et folia trita ad serpentis morsum inponi et bibi, folia quantum manus capiat trita cum vini meri cyathis tribus aut radicem drachmarum trium pondere cum vini eadem mensura.

40 (23.) Alectoros lophos, quae aput nos crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristae plura, caulem tenuem, semen nigrum in siliquis. utilis tussientibus cocta cum faba fresa, melle addito et caligini oculorum. solidum semen coicitur in oculum, nec turbat, sed in se caliginem contrahit, mutat colorem et ex nigro albicare incipit et intumescit ac per se exit.

41 6. (24.) Alum nos vocamus, Graeci symphyton petraeum simile cunilae bubulae, foliis parvis, ramis tribus aut quattuor a radice, cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, salivam ciens, radice longa rutila. nascitur in petris ideo petraeum cognominatum, utilissimum lateribus, renibus, torminibus, pectori, pulmonibus, sanguinem reicientibus, faucibus asperis. bibitur radix trita et in vino decocta, et aliquando superlinitur.

42 quin et commanducata sitim sedat praecipueque pulmonem refrigerat. luxatis quoque inponitur et contusis, lenit interanea. alvom sistit cocta in cinere detractisque folliculis trita cum piperis granis novem et ex aqua pota. volneribus sanandis tanta praestantia est ut carnes quoque, dum cocuntur, conglutinet

---

1. sed] *om. E.* maiore, *E.* habet] *E.* habent, *r.* vocantur, *E.* 2. 3. cauliculis, V^2. caulibus, *E.* 3. cruentam, *E.* cruentani, *V.* 7. pusilla] EV^2. pusillo, *r.* 8. est] et, R^1V. 9. et minora] *Urlichs vind. 571.* et (*om. V*) madidiora et (*om. E*) vinora (minora, *d. om. E*)*C.* 10. reliquo, *E.* 18. tenuem] *om. E.* 20. addita, *E.* 21. et] sed, *E.* 22. et] *om.* R^1V. 31. leni, *E.* interaner, ERV^1. 32. in] *om.* R^1V^1. cineres, *E.* 33. et] *om.* R^1V.

addita, unde et Graeci nomen inposuere. ossibus quoque fractis medetur, 7. (25.) alga rufa scorpionum ictibus. 43

(26.) Actaea gravi foliorum odore, caulibus asperis geniculatis, semine nigro ut hederae, bacis mollibus, nascitur in opacis et asperis aquosisque. datur acetabulo pleno interioribus feminarum morbis.

(27.) Ampelos agria vocatur herba foliis duris cineracei coloris, qualem in satis diximus, viticulis longis, callosis, ruben- 44 23,19
tibus, qualiter flos quem Iovis flammam appellamus. in uvolis fert semen simile Punici mali acinis. radix eius decocta in aquae cyathis ternis, additis vini Coi cyathis duobus, alvom solvit leniter ideoque hydropicis datur. uvolae vitia cutis in facie mulierum emendant. ischiadicos quoque uti hac herba prodest tusa cum foliis et inlita cum suco suo.

(28.) Absinthi genera plura sunt: Santonicum appellatur 45
e Galliae civitate, Ponticum e Ponto, ubi pecora pinguescunt illo et ob id sine felle reperiuntur, neque aliud praestantius, multoque Italico amarius, sed medulla Pontici dulcis. de usu eius convenit, herbae facillimae atque inter paucas utilissimae, praeterea sacris populi Romani celebratae peculiariter, siquidem Latinarum feriis quadrigae certant in Capitolio victorque absinthium bibit, credo, sanitatem praemio dari honorifice arbitratis maioribus. stomachum corroborat, et ob hoc sapor eius in vina 46
transfertur, ut diximus. bibitur et decoctum aqua ac postea 14,109
nocte et die refrigeratum sub divo, decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in caelestis aquae sextaris tribus, oportet et salem addi. vetustissimum usu est. bibitur et madefacti dilutum, ita enim appelletur hoc genus. diluti ratio ut, quisquis fuerit modus aquae, tegatur per triduum. tritum raro in usu 47
est, sicut et sucus expressi. exprimitur autem, cum primum semen turgescit, madefactum aqua triduo recens aut siccum septem diebus, dein coctum in aeneo vaso ad tertias decem heminis in aquae sextariis XLV iterumque percolatum herba elisa. coquitur ad crassitudinem mellis, qualiter ex minore centaurio

---

1. et] *E. om. r.* 5. et] *om. R¹V.* 7. agaria, *R¹.* agrias, *ER².* 9. quem] *E.* quam, *r.* uvolis] *Ianus.* volis, *R¹V¹.* obilis, *E.* obolis, *r.* 12. uvolae] *Ianus.* vulvae, *V².* volvae, *r.* 13. emendat, *RV.* uti] *d.* heuri, *E.* uri, *r.* 25. divo] *E.* dio, *R².* die, *V².* diu, *r.* 27. et salem] nec salem (sale, *V*)*C.* vetustissimum] *Urlichs vind. 572.* vetustissime, *ER².* vetus sine, *r.* 30. expressus, *R.* expraessus, *V.* 32. vase, *RV.* 33. herba elisa] *Urlichs vind. 573.* herbae ita, *E.* herbae leciti, *R.* herbae lecta, *V.* 34. ex] et, *C.*

quaeritur sucus. sed hic absinthii inutilis stomacho capitique
48 est, cum sit ille decocti saluberrimus. namque adstringit sto-
machum bilemque detrahit, urinam ciet, alvom emollit et in
dolore sanat, ventris animalia pellit, malaciam stomachi et in-
flationes discutit cum sile et nardo Gallico, aceti exiguo addito. 5
fastidia absterget, concoctiones adiuvat, cruditates detrahit cum
ruta et pipere et sale. antiqui purgationis causa dabant cum
marinae aquae veteris sextario seminis sex drachmas cum tri-
49 bus salis vel mellis cyatho. efficacius purgat duplicato sale.
diligenter autem teri debet propter difficultatem. quidam et in 10
polenta dedere supra dictum pondus, addito puleio, alii pueris
folia in fico sicca, ut amaritudinem fallerent. thoracem purgat
cum iride sumptum. in regio morbo crudum bibitur cum apio
aut adianto. adversus inflationes calidum paulatim sorbetur ex
aqua, iocineris causa cum Gallico nardo, lienis cum aceto aut 15
50 pulte aut fico sumitur. adversatur fungis ex aceto, item visco,
cicutae ex vino et muris aranei morsibus, draconi marino, scor-
pionibus. oculorum claritati multum confert. epiphoris cum passo
inponitur, suggillatis cum melle. aures decoctae eius vapor suf-
fitu sanat aut, si manent sanie, cum melle tritum. urinam ac 20
menses cient tres quattuorve ramuli cum Gallici nardi radice
una, cyathis aquae sex, menses privatim cum melle sumptum
51 et in vellere adpositum. anginae subvenit cum melle et nitro.
epinyctidas ex aqua sanat, volnera recentia prius quam aqua
tangantur inpositum, praeterea capitis ulcera. peculiariter ilibus 25
inponitur cum Cypria cera aut cum fico. sanat et pruritus.
52 non est dandum in febri. nausias maris arcet in navigationibus
potum, inguinum tumorem in ventrali habitum. somnos adlicit
olfactum aut inscio sub capite positum. vestibus insertum tineas
arcet. culices ex oleo perunctis abigit et fumo, si uratur. atra- 30
mentum librarium ex diluto eius temperatum litteras a muscu-
lis tuetur. capillum denigrat absinthi cinis unguento rosaceo-
que permixtus.
53 (29.) Est et absinthium marinum, quod quidam seriphum

---

2. illo, *RV*. decocti] *cod. Tol.* decoctis, *C.* saluberrimum, *E.* saliberrimus, *V.* adstringi, *E.* 3. bilem, R^1V. 4. 5. inflationes] *Dioscor. 3, 26.* inflammationes, *C.* 9. vel] E^1. *om. r.* 13. apio] adipe, ER^2. 14. idianto, *RV.* inflammationes, *RV.* 16. fingo, R^1V. 17. ex vino] ER^2. vino, *r.* 19. vapori, *E.* vaporis, *R.* 20. manet sanies, *E.* 27. nausia, R^1V^1. 28. adlicet, R^1V. adliciet, *E.* 30. oleo] *E.* aceto, *r.* 31. 32. musculis] *d.* muscis, *r.* 34. seripum, *E.* seryphum, *r.*

vocant, probatissimum in Taposiri Aegypti. huius ramum Isiaci praeferre sollemne habent. angustius priore minusque amarum, stomacho inimicum, alvom mollit pellitque animalia interaneorum. bibitur cum oleo et sale aut in farinae trimestris sorbi-
5 tione dilutum. coquitur quantum manus capiat in aquae sextario ad dimidias.

8. (30.) Balloten alio nomine porrum nigrum Graeci vo- 54
cant, herbam fruticosam angulosis caulibus nigris, hirsutis foliis vestientibus, maioribus quam porri et nigrioribus, graveolentibus.
10 vis eius efficax adversus canis morsus ex sale foliis tritis inpositae, item ad condylomata coctis cinere in folio oleris. purgat et sordida ulcera cum melle.

(31.) Botrys fruticosa herba est luteis ramulis. semen circa 55
totos nascitur, folia cichorio similia. invenitur in torrentium ri-
15 pis, medetur orthopnoicis. hoc Cappadoces ambrosiam vocant, alii Artemisiam.

(32.) Brabilla spissandi vim habet cotonei mali modo, nec amplius de ea tradunt auctores.

(33.) Bryon marinum herba sine dubitatione est lactucae 56
20 foliis similis, rugosa velut contracta, sine caule ab una radice exeuntibus foliis. nascitur in scopulis maxume testisque terra conprehensis. praecipua siccandi spissandique vis *ei* et collectiones inflammationesque omnes inhibendi, praecipue podagrae et quicquid refrigerari opus sit.

25 (34.) Bupleuri semen ad ictus serpentium dari reperio 57
foverique plagas decocta ea herba adiectis foliis mori aut origani.

(35.) Catanancen Thessalam herbam qualis sit describi a nobis supervacuum est, cum sit usus eius ad amatoria tantum.
30 illud non ab re est dixisse ad detegendas magicas vanitates, electam ad hunc usum coniectura, quoniam arescens contraheret se ad speciem unguium milvi exanimati. Eadem ex causa et cemos silebitur nobis.

(36.) Calyx duorum generum est. una similis aro nasci- 58
35 tur in arationibus, colligitur antequam inarescat, usus eosdem habet quos aris. bibitur quoque radix huius ad exinaniendas

---

10. 11. imposita, *E.* 13. bothrys, *R*². bothyris, *E.* botris, *r.* 17. bravilla, *E.* 19. bryona marina, *E.* brionam rinum, *V.* 22. siccandis, *RV.* spissandisque, *E.* vis ei] *Sillig.* vis, *ER*². visci, *r.* 24. refrigerare, *RV.* opus sit] *ER*². possit, *r.* 25. bupleri, *C.* 33. et cemos] *R.* et emos, *EV*². ecce mos, *V*¹. 34. calyx] *Dal.* calsa, *C.* haro, *V.* baro, *E.* 36. aris] *Hard. coni.* harsa, *E.* arsa, *r.*

alvos mensesque mulierum, item caules cum foliis in legumini-
59 bus decocti sanant tenesmon. (37.) alterum genus eius quidam anchusam vocant, ali rhinocliam, folio lactucae longiore, plumoso, radice rubra, quae ignes sacros cum flore polentae sanat inposita, iocineris autem vitia in vino albo pota.

60 (38.) Circaea trychno sativo similis est, flore nigro pusillo, parvo semine milii nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali, triplici fere aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi. nascitur in apricis saxis. diluitur in vino bibiturque ad dolorem volvae et vitia. macerari oportet in sextaris tribus quadrantem radicis tusae noctem et diem; trahit eadem potio et secundas. semine lac minuit in vino aut mulsa aqua poto.

61 (39.) Cirsion cauliculus est tener duum cubitorum, triangulo similis, foliis spinosis circumdatus. spinae molles sunt. folia bovis linguae similia, minora, subcandida, in cacumine capitula purpurea quae solvontur in lanugines. hanc herbam radicemve eius adalligatam dolores varicum sanare tradunt.

62 (40.) Crataegonon spicae tritici simile est, multis calamis ex una radice emicantibus multorumque geniculorum, in opacis, semine milii, vehementer aspero gustu, quod si bibant ex vino ante cenam tribus obolis in cyathis aquae totidem mulier ac vir ante conceptum diebus XL, virilis sexus partum futurum aiunt. Et
63 alia est crataegonos quae thelygonos vocatur. differentia intellegitur lenitate gustus. sunt qui florem crataegoni bibentes mulierum intra XL diem concipere tradant. eaedem sanant ulcera vetera nigra cum melle, explent sinus ulcerum et atropha carnosiora faciunt, purulenta expurgant, panos discutiunt, podagras collectionesque omnes leniunt, peculiariter mammarum. Theophrastus arboris genus intellegi voluit crataegonon sive crataegona, quam Itali aquifolium vocant.

64 (41.) Crocodileon chamaeleonis herbae nigrae figuram habet,

---

1. item] inter, V^2. 2. decoctio, *R*. decoctis, *r*. sanat, *RV*. 3. hanchusam, R^2. hanciram, R^1. anchisam, *V*. rhinocliam] *Ianus*. rinochiam, *V*. ri//nochiam, *R*. clinosiam, *E*. folia, *E*. longiore] *ego* longlora, V^1. longiora, *r*. 3. 4. plumoso] *ego*. plumosa, *C*. 4. flore] folio, *EV*. 7. nascente] *d*. nascentes, R^1. nascenti, R^2. nascentis, *r*. 11. nocte et die, *RV*. *dist. Urlichs vind. 574*. trahit] et trahit, R^2. et tradiit, R^1. et (*om*. V^2) trachit, *V*. 12. puto, V^1. pota, V^2. 13. cirsion] R^2. cirscion, *E*. circision, *r*. triangulus, *E*. 15. lingua, *E*. lingulae, *V*. capitula] *d*. capitulata, ER^2. capirila, *r*. 22. sexus partum] sexum, *E*. partus sexum, *r*. 23. vocetur, *C*. 24. 25. bibentis mulieris, R^1V. 25. eadem, *ER*. 26. atrapha, R^1V. 30. aquifoliam, R^1. aquifolia, *V*.

radice longa aequaliter crassa, odoris asperi, nascitur in sabuletis. pota sanguinem per nares pellit copiosum crassumque; item lienes consumere dicitur.

(42.) Cynosorchim aliqui orchim vocant, foliis oleae, molli- 65
5 bus, ternis per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine, superiore quae durior est, inferiore quae mollior. eduntur ut bulbi coctae, in vineis fere inventae. ex his radicibus si maiorem edant viri, mares generari dicunt, si minorem feminae, alterum sexum. in Thessalia molli-
10 orem in lacte caprino viri bibunt ad stimulandos coitus, duriorem vero ad inhibendos. adversantur altera alteri.

(43.) Chrysolachanum in pineto lactucae simile nascitur. 66
sanat nervos incisos, si confestim inponatur. et alibi genus chrysolachani traditur, flore aureo, foliis oleris. coctum estur ut olus
15 molle. haec herba adalligata morbum regium habentibus ita ut spectari ab his possit sanare id malum traditur. De chrysola- 67
chano nec satis dici scio nec plura reperio, namque et hoc vitio laboravere proxumi utique herbari nostri, quod ipsis notas veluti vulgares strictim et nominibus tantum indicavere, tamquam
20 coagulo terrae alvom sisti, stranguriam dissolvi, si bibatur ex aqua aut vino, (44.) cuculli folia trita cum aceto serpentium 68
ictibus et scorpionum mederi quidam hanc alio nomine strumum appellant, alii Graece strychnum, acinos habet nigros. ex his cyathus suci cum mulsi duobus medetur lumbis, item
25 capitis dolori cum rosaceo infusus, ipsa struma inlita.

(45.) Peculiaris est Alpinis maxume fluminibus conferva 69
appellata a conferuminando, spongea aquarum dulcium verius quam muscus aut herba, villosae densitatis atque fistulosae. curatum ea scio omnibus fere ossibus confractis prolapsum ex ar-
30 bore alta putatorem, circumdata universo corpori, aquam suam adspergentibus quotiens inaresceret, raroque nec nisi deficientem herbam mutationis causa resolventibus, convaluisse vix credibili celeritate.

---

2. item] *Urlichs vind. 576.* ida, *V*[1]. ita, *r.* 4. cynosarcim, *E.* cynosarcima, *r.* 7. redduntur, *E.* edicuntur, *V*[2]. ut] *E.* et, *r.* cocti, *E.* 11. altera] alter, *C.* 13. sanant, *E.* 14. ut] *om. R*[1]*V.* 15. herbae, *V.* herbe, *R*[1]. 16. sanari, *E.* 19. velut, *R.* vel, *E.* vulgore, *V.* 20. sisti] *R*[2]. sistit, *E.* sistunt, *r.* 21. cuculli] *ego.* cuculi, *E.* culiculi, *r.* 23. strignum, *E.* stricnum, *R.* strienum, *V.* 24. quiatus (ciatus, *V*[2]) suci, *V.* quia (causa, *R*[2]) tussim quiati cum, *R.* causa tussim, *E.* 25. dolores, *E.* strumas, *R*[2]. 26. calpinis, *E.* 27. a confervaminando, *ER*[2]. feruminando, *r.* 29. cio, *RV.* 30. putatores, *R*[1]. potatores, *V.*

70 9. (46.) Cocco Cnidio color cocci, magnitudo grano piperis maior, vis ardens. itaque in pane devoratur ne adurat gulam transitu. vis praesentanea contra cicutam, sistit alvom.

71 (47.) Dipsacos folia habet lactucae bullasque spinosas in dorsi medio, caulem duum cubitorum isdem spinis horridum, genicula eius binis foliis amplectentibus concavo alarum sinu in quo subsistit ros salsus. in cacumine capitula sunt echinata spinis. nascitur in aquosis. sanat rimas sedis, item fistulas decocta in vino radice usque dum sit crassitudo cerae, ut possit in fistulas collyrium mitti, item verrucas omnium generum. quidam et alarum quas supra diximus sucum inlinunt his.

72 (48.) Dryopteris felicis similis in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. vis ei caustica est, ideo et psilotrum est radix tusa, inlinitur enim usque dum sudores evocet iterum et tertium ita ne sudor abluatur.

73 (49.) Drabe phono similis herba est cauliculis tenuibus cubitalibus, circumdatis utrimque foliis pollicari amplitudine qualia oxymyrsines, sed candidioribus mollioribusque, flore candido sabuci. edunt cauliculos decoctos, semine vero eius pro pipere utuntur.

74 (50.) Elatine folia habet casiae, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senisque a radice statim foliosis. nascitur in segete, acerba gustu et ideo oculorum fluctionibus efficax foliis cum polenta tritis et inpositis, subdito linteolo. eadem cum lini semine cocta sorbitionis usu dysinteria liberat.

75 (51.) Empetros, quam nostri calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis, fere in saxo. quae propius mari fuit salsa est potaque trahit bilem ac pituitas, quae longius magisque terrena amarior sentitur. trahit aquam, sumitur autem in iure aliquo ut in hydromelite, vetustate viris perdit, recens urinas ciet decoctum in aqua vel tritum calculosque frangit. qui fidem promisso huic quaerunt, adfirmant lapillos qui subfervefiant una rumpi.

---

1. cocco cnidio] *d.* cogum nidio, *ER*². cognitio, *r.* 3. gula, *R.* gulae, *V.* 5. torridum a, *E.* 7. subsistit] *V*². susstitit, *V*¹. substitit, *r.* 8. spinis] *om. E.* 10. fistula, *E.* mittit, *E.* 10. 11. quidem, *R*¹*V.* 11. altarum, *R*¹*V.* 12. drysopteris, *RV.* 13. ei — 14. tusa] *om. R*¹*V.* 14. et] *om. R*². 15. evocat, *E.* 16. Drabe phono] *ego coll. indice et l. 21, 95.* draphono, *d.* draeffono, *r.* 16. 17. cubitalibus] *om. R*¹*V.* 19. decocto, *V.* decoctis, *E.* 21. elasine, *R*¹*V.* pusille, *E.* rotunda] *om. E.* 26. empetros] *cod. Tol.* empitros, *C.* 27. fiere, *R*¹*V*¹. proprius, *E.* propis, *R*¹. propriis, *R*². pius, *V*¹. 29. terrena] *d.* terrenum, *r.* 30. ut in] ut, *R*¹*V*¹.

(52.) Epicactis ab alis elleborine vocatur, parva herba, exi- 76
guis foliis, iocineris vitiis utilissima et contra venena pota.

(53.) Epimedion caulis est non magnus hederae foliis denis atque duodenis, numquam florens, radice tenui, nigra, gravi odore. in umidis nascitur. et huic spissandi refrigerandique natura, feminis cavenda. folia in vino trita virginum mammas cohibent.

(54.) Enneaphyllon longa folia novena habet causticae na- 77
turae. inponitur lana circumdatum ne urat latius, continuo enim pusulas excitat, lumborum doloribus et coxendicum utilissimum.

(55.) Filicis duo genera. nec florem habent nec semen. 78
pteri*m* vocant Graeci, ali b*l*ach*n*on, cuius ex una radice conplures exeunt filices bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore. hanc marem existimant. alterum genus th*e*lypterim Graeci vocant, alii nymphae*am* pterim, est autem singularis atque non fruticosa, brevior molliorque et densior, foliis ad radicem canaliculata. utriusque radice sues pin- 79
guescunt, folia utriusque lateribus pinnata, unde nomen Graeci inposuere. radices utriusque longae in oblicum, nigrae, praecipue cum inaruere. siccari autem eas sole oportet. nascuntur ubique, sed maxume frigido solo. effodi debent vergiliis occidentibus. usus radicis in trimatu tantum, neque ante nec postea. pellunt interaneorum animalia, ex his *t*aenias cum melle, cetera ex vino dulci triduo potae, utraque stomacho inutilissima. alvom solvit primo bilem trahens, mox aquam, melius
*t*aen*i*as cum scamoni pari pondere. radix eius pondere duum obo- 80
lorum ex aqua post unius diei abstinentiam bibitur, melle praegustato contra rheumatismos. neutra danda mulieribus, quoniam gravidis abortum, ceteris sterilitatem facit. farina earum ulceribus taetris inspergitur, iumentorum quoque in cervicibus. folia cimicem necant, serpentem non recipiunt, ideo substerni utile est in locis suspectis, usta etiam fugant nidore. fecere medici huius quoque herbae discrimen, optuma Macedonica est, secunda Cassiopica.

---

1. elleborine] *d.* elledorine, *E.* selledorine, *R.* eledorine, *V.* parvali, R^1V. 4. 5. gravi odore] gravido, R^1V^1. gravida, V^2. 5. in] *om.* *E.* hac in, *R.* ac in, *V.* 9. circumdatur, *E.* enim] *R. om. r.* 10. et] *om.* R^1V. 12. pteregia, *V.* pterigia, *r.* biachron. *V.* biacthron, *R.* biacthro, *E.* 15. thylipterim, *E.* tylipterim, *r.* nymphaea pterim *d.* nimphea iterim, *V.* nymphea btherim (blterim, *R*)*r.* 17. caniculata, *EV.* sue, R^1V. 18. utrisque, *E.* 19. utrique, ER^1. 23. teneas, R^1V^1. tineas, *r.* 24. utrasque, R^1V. inutilissimas, *V.* inutilissimis, R^1. 26. teneas, *C.* radix eius] *om. E.* 31. necant] *d.* necat, *r.*

81 (56.) Femur bubulum appellatur herba nervis et ipsa utilis recens in aceto ac sale trita.

(57.) *Gale*opsis aut, ut alii, galeobdolon vel galion caulem et folia habet urticae leviora et quae gravem odorem trita reddant, flore purpureo. nascitur circa saepes ac semitas ubique. folia caulesque duritias et carcinomata sanant ex aceto trita et inposita, item strumas. panos, parotidas discutiunt. ex usu est et decoctae suco fovere. putrescentia quoque et gangraenas sanat cum sale.

82 (58.) Glaux antiquitus eugalacton vocabatur, cytiso et lenticulae foliis similis — aversa candidiora — rami in terram serpunt quini seni admodum tenuis. a radice flosculi purpurei exeunt. invenitur iuxta mare. coquitur in sorbitione similaginis ad excitandam ubertatem lactis. eam qui hauserint balineis uti convenit.

83 10. (59.) Glaucion in Syria et Parthia nascitur, humilis herba densis foliis fere papaveris, minoribus tamen sordidioribusque, odoris taetri, gustus amari cum adstrictione. granum habet crocei coloris. hoc in olla fictili luto circumlit*a* in clibanis calfaciunt, deinde exempto sucum exprimunt eiusdem nominis. usus et suci et foliorum, si terantur, adversus epiphoras quae universo impetu cadant. hinc temperatur collyrium quod medici dia glauci*u* vocant. lactis quoque ubertas intermissa restituitur. sumitur huius rei causa ex aqua.

84 (60.) Glycyside, quam aliqui Paeoniam aut pentorobon vocant, caulem habet duum cubitorum, comitantibus duobus aut tribus, subrutilum, cute lauri, folia qualia isatis, pinguiora rotundioraque et minora, semen in siliquis, aliut grano rubente,
85 aliut nigro. duo autem genera sunt: femina existimatur cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo aut sex adhaerent. mas plures non habet, quoniam una radice nixus est palmi altitudine, candida, quae gustu adstringit. feminae folia murram redolent et densiora sunt. nascuntur in silvis. tradunt nocte effodiendas, quoniam interdiu periculosum sit pico Martio inpetum in oculos faciente; radix vero cum effodiatur, periculum

---

1. ipsa] *V*. ipsis, *r*(?). 3. Galeopsis] *Barb*. calepsis, *C*. ut] *om*. *RV*. galeobdolon] *codd*. *Barb*. galle (galeo, *E*. galleo, R^2) obdolono (obdo, R^1V^1)*C*. vel] *R*. vei, *r*. gallion, R^1V. 6. sanant] *R*. *om*. *r*. 10. glaux] *codd*. *Barb*. glans, E^1. glaus, *r*. ergalacton, *ER*. cotyso, R^1V. 12. a] *om*. *E*. 18. crocei] *d*. crocii, *E*. croci, R^2. egroci, R^1. ecroci, *V*. circumlita] *Strack*. circumlitum, *C*. 22. dia glauciu] *ego coll*. *Galen*. *introd*. *14*. diaglaucia, *C*. 24. pentoboron, R^1V. 25. palmorum, R^1V. 26. issatis, *C*. pigriora, R^1V. 30. non] *Dal*. *hoc loco posuit*. *om*. V^1. *pone* quoniam *ponunt r*. palmis, R^1V.

esse ne sedis procidat, magna vanitate ad ostentationem rei fictum arbitror. usus in his diversus. rubra grana rubentis men- 86
ses sistunt XV fere pota in vino nigro. nigra grana vulvis medentur ex passo aut vino totidem pota. radix omnis ventris do-
5 lores sedat in vino alvumque purgat, sanat opisthotonum, morbum regium, renes, vesicam, arteriam autem et stomachum decocta in vino, alvumque sistit. estur etiam contra malum mentis, sed in medendo quattuor drachmae satis sunt. grana nigra 87
auxiliantur et suppressionibus nocturnis in vino pota quo dictum
10 est numero, stomachicis vero et rosionibus et esse eam et inlinere prodest. suppurationes quoque discutiuntur, recentis nigro semine, veteres rubro. utrumque auxiliatur a serpente percussis et pueris contra calculos incipiente stranguria.

(61.) Gnaphalium aliqui chamaezelon vocant, cuius foliis 88
15 albis mollibusque pro tomento utuntur, sane et similia sunt. datur in vino austero ad dysinteriam, ventris solutionis mensesque mulierum sistit. infunditur autem tenesmo. inlinitur et putrescentibus ulcerum.

(62.) Gallidragam vocat Xenocrates leucacantho similem, 89
20 palustrem et spinosam, caule ferulaceo alto, cui summo capite inhaereat simile ovo. in hoc crescente aestate vermiculos nasci tradit quos puxide conditos adalligari cum pane bracchio ab ea parte qua dens doleat, mireque ilico dolorem tolli. valere non diutius anno et ita si terram non adtigerint.

25 (63.) Holcus in saxis nascitur siccis. aristas habet in 90
cacumine, tenui culmo, quale hordeum restibile. haec circa caput alligata vel circa lacertum educit e corpore aristas. quidam ob id aristida vocant.

(64.) Hyoseris intubo similis, sed minor et tactu asperior,
30 volneribus contusa praeclare medetur.

(65.) Holosteon sine duritia est herba ex adverso appellata 91
a Graecis, sicut fel dulce, tenuis usque in capillamenti speciem, longitudine quattuor digitorum, ceu gramen, foliis angustis,

---

1. ne sedis] dis, R^1V^1 3. vulvis] *R.* bulvis, *E.* vulcis, *V.* 6. arteriam] *d.* ateriam, *V.* ateria, *R.* materiam, *E.* 7. contra malum] *E.* malum, *R.* alu, *V.* 10. stomachicis] *d.* stomacicis, *V.* stomaticis, R^1. stomachi, *r.* eam] *V.* eam etiam, *E.* ea, *R.* 12. semine] semine rubentes, *E.* 14. aliqua, V^1. alii, *E.* 19. Gallidragam] illam gallidragam, V^2. Xenocrates] nec socrates, R^1. nec socratis, *V.* 21. crescens, *E.* arescente, R^1V^1. 23. ad, *E.* hab, *R.* colorem, *E.* 24. anno] et anno, R^1V. 26. tenue, *E.* 28. ob id] *R. om. r.* aristidam, *RV.* 29. hyosoris, ER^2. hysoris, *r.* et] *R.* ei, *V.* e, *E.* 31. holotheon, *E.*

adstringens gustu. nascitur in collibus terrenis. usus eius ad vulsa, rupta in vino potae. et volnera quoque conglutinat, nam et carnes, dum coquuntur, addita.

92 (66.) Hippophaeston nascitur in spinis ex quibus fiunt aenae fulloniae, sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus et foliis parvis multis, herbacei coloris, radiculas *habens* albas, molles. sucus earum exprimitur aestate ad solvendam alvum tribus obolis, maxime in comitialibus morbis et tremulis, hydropicis, contra vertigines, orthopnoeas, paralysis incipientes.

93 11. (67.) Hypoglossa folia habet figura silvestris myrti, concava, spinosa et in his ceu linguas folio parvo exeunte de foliis. capitis dolores corona ex his inposita minuit.

(68.) Hypecoon in segetibus nascitur foliis rutae. natura eius eadem quae papaveris suco.

(69.) Idaeae herbae folia sunt quae oxymyrsines. adhaerent is velut pampini, in quibus flos. ipsa alvum mensesque et omnem abundantiam sanguinis sistit. spissandi cohibendique naturam *habet*.

94 (70.) Isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium quod est aneso simile in passeoli pampinos torquetur. capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthi. contra tussim et cetera pectoris vitia cum melle aut aqua mulsa, item iocineri utilissima.

95 (71.) Lathyris folia habet multa lactucae similia, tenuiora germina multa, in quibus semen tuniculis continetur ut capparis, quae cum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu. haec vicena in aqua pura aut mulsa pota hydropicos sanant. trahunt et bilem, qui vehementius purgari volunt cum folliculis ipsis sumunt

---

1. adstregens, R^1V^1. 2. pota, *C.* et] *om.* ER^2. 3. dum coquuntur] *E.* cum (tum, R^2) cocuntur, *R.* cum eo contur (cuntur, V^2)*V.* 4. hypopeston, *E.* hippopeston, *R.* hyppopheston, *V.* 5. aenae] *Sillig.* aeneae, *E.* ene, *R.* enae, *V.* 6. habens] *om. C.* 11. hyppoglosa, *E.* 14. hypegon, R^1V. hysecon, R^2. specon, *E.* 16. 17. adherentis (adherenti, R^2. adherentes, V^2.) velut pampini (panpini, *E*) ER^2V^2 adni, *r.* 17. flos ipsa] R^1V^1. flos ipsae, V^2. floremque ipsum *E.* flos remque ipsi, R^2. 19. habet] *om. C.* 20. Isopyron] *Barb.* hysophyron, *E.* ysophyron, *r.* phaseleon, R^1. 21. in] *om.* ER^2. passooli, R^1 *om.* ER^2. 22. caule] *Barb.* capite, *C.* 23. cum] et, ER^2. 24. utilissima] *d.* utilissimo, *r.* 26. ut] et, *E.* 28. dulci, R^1V. vicina, *V.* vitina, *E.* 29. trahunt] R^2. traunt, *E.* tradunt, *r.*

ea, nam stomachum laedunt, itaque inventum est ut cum pisce aut iure gallinacei sumerentur.

(72). Leontopetalon ali rapadion vocant, folio brassicae, 96
caule semipedali. alae *mirae*, semen in cacum in einsiliquis cice-
5 ris modo, radix napo similis, grandis, nigra. nascitur in arvis. radix adversatur omnium serpentium generibus ex vino pota, nec alia res celerius proficit. datur et ischiadicis.

(73.) Lycapsos longioribus quam lactucae foliis crassio- 97
ribusque, caulem longum hirsut*um habet*, adgnatis multis cubi-
10 talibus, flore parvo, purpureo. nascitur in campestribus. inlinitur cum farina hordeacea igni sacro, sudores in febribus movet suco aquae calidae admixto.

(74.) Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius. 98
aliqui exonychon vocant, ali Dios pyron, ali Heracleus. herba
15 quincuncialis fere, foliis duplo maioribus quam rutae, ramulis surculosis, crassitudine iunci. gerit iuxta folia singulas veluti barbulas et in earum cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. ipsi qua pediculis adhaereant cavernulas habent et intus semen.
20 nascitur et in Italia, sed laudatissimum in Creta, nec quicquam 99
inter herbas maiore equidem miraculo aspexi. tantus est decor velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis, tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. iacere atque humi serpere auctores tradunt, ego volsam, non haeren-
25 tem vidi. his lapillis drachmae pondere potis in vino albo calculos frangi pellique constat et stranguriam discuti. neque in alia herbarum fides est *aequa*, ad quam medicinam nata sit, *est* autem eius species ut etiam sine auctore visu statim nosci possit.

30 (75.) Lapis vulgaris iuxta flumina fert muscum siccum, 100

---

1. ea nam] *R.* eam, *r.* 2. iutae, *E.* 3. prapadion, *V.* prapandion, *R.* 4. alae mirae] *Ianus.* a; lenures, *E.* alae (ale, *V*) nure, *r.* semine acumine, *RV.* 5. rapo, R^2. rapa, *E.* 8. lichapsos, *E.* 9. hirsutum habet] *ego coll. pag. 156, 6. 19.* hirsutis, *C.* 9. 10. capitalibus, *E.* 14. exonychon] *Sillig.* exconychon, *V.* exconscon, R^1. exontycon, *r.* 15. duplum, *RV.* 16. gerit] cenit, *V.* cinit, R^1. 18. vere, RV^1. 21. equidem] *d.* quidem, *E.* et quidem, *r.* 22. artificum, *RV.* arte] *d.* ante, *E.* alte, *R.* 26. granguriam, *E.* ganguriam, *R.* strangyrigiriam, V^1. strangyririam, V^2. 27. aequa] *ego.* visu (usus, *E*) statim, *C. Cf. v. 28.* natam, *EV.* 28. est] *Barb. om. C.* acetore, R^1V^2. acictore, V^1. 29. nasci, R^1V^1.

canum. hic fricatur altero lapide addita hominis saliva, illo lapide tangitur inpetigo. qui tangit dicit:

φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος αἷμα διώκει.

101 (76.) Limeum herba appellatur a Gallis qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant. ex hac in tres modios salivati additur quantum in unam sagittam addi solet, ita offa demittitur boum faucibus in morbis. alligari postea ad praesepia oportet, donec purgentur — insanire enim solent — si sudor insequitur, aqua frigida perfundi.

102 (77.) Leuce Mercurialis similis nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente, quare mesoleucion quidam vocant. sucus eius fistulas sanat, ipsa contrita carcinomata. fortassis eadem sit quae leucas appellatur, contra marina omnia venena efficax. speciem eius auctores non tradunt, nec aliud quam silvestrem latioribus foliis esse efficaciorem ac semine acriore.

103 (78.) Leucographis qualis esset scriptum non repperi, quod eo magis miror, quoniam utilis proditur sanguinem excreantibus tribus obolis cum croco, item coeliacis, trita ex aqua et adposita profluvio feminarum, oculorum quoque medicamentis et explendis ulceribus quae fiant in teneris partibus.

104 12. (79.) Medion folia habet seridis sativae, caulem tripedalem et in eo florem grandem, purpureum, rotundum, semine minuto, radicem semipedalem. in saxis opacis nascitur. radix drachmis duabus cum melle menses feminarum sistit eligmate per aliquod dies sumpto. semen quoque in vino contra abundantiam feminarum datur.

105 (80.) Myosota sive myosotis, levis herba caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo foliis angustis, oblongis, dorso acuto, nigris, per intervalla adsidue geminatis, tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus, flore caeruleo. radix digitali crassitudine multis capillamen-

---

1. fruticator, *RV*. 3. hema dioci, *C*. 4. limaeum, *E*. lymeum, *V*. 5. venenatu, *E*. urnatu, V^1. urna, V^2. 6. quantum] tamquam, *E*. 6. 7. una sagitta, *E*. 12. 13. mesoleuton, *E*. mesoleucon, R^2. mesopoleucton, V^1. mesopoleucon, *r*. 17. ac] *Urlichs vind. 585.* hanc, *C*. 20. ex aqua] *om. E*. 22. quae — teneris] *E*. fiant in teneris, R^2. *om. r*. 23. medio, R^1V. seridis] *Earb.* hiridis, *E*. iridis, *r*. sativa, *V*. qualem, *R*. aequalem, *V*. 25. minuta, *R*. nuto, *E*. 27. contrita, *E*. 32. germinatis, *E*. geminatis et, *r*. aliis, EV^2.

tis fimbriata. vis ei septica et exulceratrix, ideoque aegilopas sanat. tradunt Aegypti, mensis quem Thoti vocant die XXVIII fere in Augustum mensem incurrente si quis huius herbae suco inungatur mane priusquam loquatur, non lippiturum eo anno.

5 (81.) Myagros herba ferulacea est foliis similis rubiae, 106
tripedania. semen oleosum, quod et fit ex eo. medetur oris ulceribus perunctis hoc suco.

(82.) Herba quae vocatur nyma, tribus foliis longis intubaceis, inlita cicatrices ad colorem reducit.

10 (83.) Natrix vocatur herba cuius radix evolsa virus hirci 107
redolet. hac in Piceno feminis abigunt quos mira persuasione Fatuos vocant, ego species lymphantium hoc modo animorum esse crediderim quae tali medicamento iuventur.

(84.) Odontitis inter feni genera est, cauliculis densis ab 108
15 eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris. in geniculis folia parva habet, longiora tamen quam polygonum, semen in alis hordeo simile, florem purpureum, pusillum. nascitur in pratis. decoctum cauliculorum eius in vino austero quantum manus capiat dentium dolori medetur ita ut contineatur ore.

20 (85.) Othonna in Syria nascitur, similis erucae, perfo- 109
ratis crebro foliis, flore cocci, quare quidam anemonem vocaverunt. sucus eius oculorum medicamentis convenit. mordet enim leniter et calfacit adstringitque siccando. purgat cicatrices et nubeculas et quicquid obstet. quidam tradunt
25 lavari atque ita siccatam digeri in pastillos.

(86.) Onosma longa folia habet fere ad tres digitos, in 110
terra iacentia, ad similitudinem anchusae incis*a*, sine caule, sine flore, sine semine. praegnas, si edit eam aut supergradiatur, abortum facere dicitur.

30 (87.) Onopradon si comederunt, asini crepitus reddere dicuntur. trahit urinas et menses, alvum sistit, suppurationes et collectiones discutit.

(88.) Os*y*ris ramulos fert nigros, tenues, lentos, et in his 111
folia nigra ceu lini semenque in ramulis nigrum initio, dein

---

1. et] *om. E.* 5. ferrutacea, *V.* ferrutatio, R^1. ferrulcera est, R^2. fert ulcera, *E.* 7. perunctis] *d.* perauctus, R^1. perhunctus, R^2. perunctus, *r.* 8. nygma, *E.* 13. credimus, *E.* invenitur, *E.* 14. 15. ab eadem] R^1V. adversus, *r.* 15. radicem, *E.* in] *om. E.* 16. in aliis, *E.* malis, *V.* 19. ut] *om.* R^1V. 20. othona, *E.* 21. cocti, *E.* 26. onoma, *C.* 27. iacentia] *Pint.* iacentia tria, *C.* incissis, *E.* incisis, *r.* 30. odopradon, *E.* si] V^2. *om. r.* 33. ospris, *C.*

colore mutato rubescens. smegmata mulieribus faciunt ex his. radicium decoctum potu sanat arquatos. eaedem priusquam maturescat semen concisae et sole siccatae alvum sistunt. post maturitatem vero collectae et in sorbitione decoctae rheumatismis ventris medentur et per se tritae ex aqua caelesti bibuntur.

112 (89.) Oxys folia terna habet. datur ad stomachum dissolutum. edunt et qui enterocelen habent.

(90.) Polyanthemum, quam quidam batrachion appellant, caustica vi exulcerat cicatrices et ad colorem reducit, eademque vitiligines concorporat.

113 (91.) Polygonum Graeci vocant quam nos sanguinariam. non attollitur a terra, folis rutae, similis graminis. sucus eius infusus naribus supprimit sanguinem et potus cum vino cuiuslibet partis profluvium excreationesque cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt hanc marem intellegi volunt appellarique a multitudine seminis aut densitate fruticis, ali po*ly*gon*a*ton a frequentia geniculorum, ali *t*halatt*i*ada, ali carcinothron, ali clema, multi myrtopetalum. nec non inveniuntur qui hanc feminam esse dicant, marem autem maiorem minusque nigram et geniculis densiorem, semine sub omnibus folis
114 turgescentem. quocumque haec modo se habent, vis earum est spissare ac refrigerare. semine alvum solvunt, largius sumpto urinam cient, rheumatismos cohibent, qui si non fuere, non prosunt. stomachi fervori folia inponuntur, vesicae dolori inlinuntur et ignibus sacris. sucus et auribus purulentis instillatur et oculorum dolori. per se dabatur et in febribus ante accessiones duobus cyathis in tertianis quartanisque praecipue, item cholericis, dysintericis et in solutione stomachi.
115 Tertium genus orion vocant in montibus nascens, harundini tenerae simile, uno caule, densis geniculis et in se infarctis, folis autem piceae, radicis supervacuae, inefficacius quam su-

---

1. smegmata] R^2. smagmata, V^2. sine egmata, *E*. magmata, *r*. 2. potum, *R*. eaedem] *d*. eadem, *r*. 2. 3. inarescat, V^2. ma///rescat, V^1. 5. et per se] expresse, *E*. 9. polysantemum, *E*. 10. colorem] *om*. *E*. reducem, *E*. 13. putae, V^1. puthae, R^1. similis] semine, *E*. gramine, R^1V^1. 15. cruentas] cretas, R^1V. 17. appellarique] ap, *E*, *in quo desunt quae sequuntur usque ad* § 124, exemplaribus in. a] *om*. *V*. 18. pogonon, *C*. thalattiada] *Ianus coni. praef. p. XXXIII. Cf. ind. l. I.* alattada, R^1. halattada, *r*. 22. se] *om*. *R*. 24. sumpta, *R*. fuere] *d*. fere, *r*. 25. fervore, *C*. dolore, *R*. 27. *dist. ego*. 31. infarctis] *Hard*. infractis, *V*. fractis, *R*.

periora, peculiare ischiadicis. Quartum genus silvestre appella- 116
tur, paene arboris modo frutex, radice lignosa, stirpe cedri rubicunda, ramis sparti binum palmorum, nigris geniculorum ternis quaternisque articulis. huic quoque spissandi natura,
5 sapor mali cotonei. decoquitur in aqua ad tertias aut aridi farina inspergitur et oris ulceribus et adtritis partibus. propter gingivarum vero vitia ipsa commanducatur. nomas sistit omnia- 117
que quae serpunt aut difficilem cicatricem habent, privatim vero sanat a nive facta ulcera. herbari et ad anginas utuntur illa
10 et in capitis dolore coronam ex ea inponunt et contra epiphoras collo circumdant. in tertianis quidam sinistra manu evulsam adalligant, adeo contra profluvia sanguinis, nec ullam magis aridam quam polygonum servant.

(92.) Pancratium aliqui scillam pusillam appellare malunt, 118
15 foliis albi lili longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo. alvum solvit suco cum farina ervi sumpto, ulcera purgat. hydropicis, splenicis cum melle datur. ali decocunt eam donec aqua dulcis fiat, eaque effusa radicem terentes digerunt in pastillos sole siccatos et postea utuntur ad capitis
20 ulcera et cetera quae repurganda sint, item ad tussim quantum tribus digitis adprehenderint in vino dantes, et ad lateris dolores aut peripleumonicis eligmate. dant et propter ischiada in vino bibendam et propter tormina mensesque ciendos.

(93.) Peplis, quam aliqui sycen, ali meconion, ali mecona 119
25 aphrode vocant, ex una radice tenui fruticat foliis rutae paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, minor candido papavere. inter vites fere colligitur messibus siccaturque cum fructu suo subiectis in quae excidat. hoc poto alvos solvitur, bilis ac pituita detrahitur. media potio est acetabuli mensura in aquae mulsae
30 heminis tribus. et cibis inspergitur obsonisque ad molliendam alvum.

(94.) Periclymenon fruticat et ipsa ex intervallo duo folia 120
habens subcandida, mollia. in cacumine autem semen inter folia durum et quod difficile vellatur. nascitur in arvis ac saepibus

---

1. ischiadis, *C.* 2. ardoris *V.* modo] *om. V.* frutex] *d.* frutice, *r.* 3. rumbicundo, V^1. rubicundo, V^2. parti, *C.* 5. ad] V^2. aut, *r.* 9. a nive] ive, *R.* 11. quidem, *V.* evulsa, *R.* 12. profluvias, *C.* 15. foliis] *d. om. r.* 17. splenicis] *d.* splendicis, *r.* 18. radice, *V.* 22. elligma, *R.* eligma, *V.* dant et] dante, *C.* ichiada, *R.* schiada, *V.* 23. torminanda, *C.* 26. minor] *Urlichs vind. 587.* minos, *C.* papavere] *Urlichs ibid.* papaver, *C.* 28. qua, *V.* excidant, *C.* alvum, *V.* 32. periclymenos, *R.* peryclimenon, *V.*

*cir*cumvolvens se adminiculis quibuscumque. semen eius in umbra siccatum tunditur et in pastillos digeritur. hi resoluti dantur in vini albi cyathis ternis tricenis diebus ad lienem, eumque urina cruentata aut per alvum absumit, quod intellegitur a decimo statim die. urinam cient et folia decocta, quae et orthopnoicis prosunt. partum quoque adiuvant secundasque pellunt pota simili modo.

121 (95.) Pelecino*n* in segetibus diximus nasci, fruticosam cauli-
18, 155 culis, foliis ciceris. semen in siliquis fert corniculorum modo aduncis ternis quaternisve, quale git novimus, amarum, stomacho utile. additur in antidota.

(96.) Polygala palmi altitudinem inp*l*et, in caule summo foliis lentic*l*ae, gustu adstricto, quae pota lactis abundantiam facit.

122 (97.) Potireton aut, *ut* alii vocant, p*h*rynion vel neuras large fruticat, spinis retorrida, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris, seminis nullius *us*us sed gustu acuto et odorato. invenitur
123 in aquosis collibus. radices habet duas aut tres binum cubitorum in altitudinem, nervosas, candidas, firmas. circumfoditur autumno et praeciso frutice dat sucum radix gummis similem. mira vulneribus sanandis traditur praecipueque nervis vel praecisis inlita. decoctum quoque eius cum melle potum dissolutiones nervorum et infirmitates et incisuras iuvat.

124 (98.) Phalangitis a quibusdam phalangion vocatur, ab alis leucanthemum vel, ut in quibusdam exemplaribus invenio, leucacantha. ramuli sunt ei numquam pauciores duobus in diversa tendentes, flos candidus, lilio rubro similis, semine nigro, lato ad lenticulae dimidiae figuram, multo, radi*x* tenuis herbacei coloris. huius folio vel flore vel semine auxiliantur contra scorpionum phalangiorumque et serpentium ictus, item contra tormina.

---

1. circumvolvens] *ego coll. l. 16, 244.* cumvolvens, *V.* convolvens, *R.* 3. ternis] tribus, *R.* 4. aut] *d.* alit, *r.* 5. decocta] *d.* et decoc'a, *r.* 6. parum, *V.* 7. simili modo] *d.* similitudo, *r.* 8. pelecinom, *R.* pellecinom, *V.* 11. utilem, *V.* 12. palmo altitudine, *V.* inplet] *Dal.* inpet, *V.* pet, *R.* 13. lenticle, *V.* lentigle, *R.* tota, *V.* laetis, *V.* letis, *R.* 14. potireton] *C, quod et in ind. l. I et l. 25, 123 ex C scribendum erat.* aut ut] *Barb.* aut, *C.* parynion, *C.* 17. usus] us, *C.* 20. similem] *ego.* similem radix, *d.* sis simili radix, *r.* 24. a quibusdam] *d.* aqua ignidam, *r.* 26. ei numquam] *ER*². enim quam, *r.* 28. radix tenuis] *ego.* tenuis radice, *E.* tenuis radice tenui, *r.* 29. folia, *RV.* 30. scorpionem, *RV.* ictibus, *RV.*

(99.) Phyteuma quale sit describere supervacuum habeo, 125
cum sit usus eius tantum ad amatoria.

(100.) Phyllon a Graecis vocatur herba in saxosis montibus. femina magis herbacei coloris, caule tenui, radice parva. semen
5 papaveri rotundo simile. haec sui sexus facit partus, mares autem a femi*na semi*ne tantum differens quod est incipientis olivae. utrumque bibitur in vino.

(101.) Pelandrion nascitur in palustribus folio api. bibitur 126
semen eius propter calculos et vesicae incommoda.

10 (102.) Phaleri thyrsum habet longum, tenuem ceu calamum, in summo flore*m* inclinatum, semen simile sesamae. et hoc calculos frangit potum ex vino vel aceto vel cum melle et lacte, idem et vitia vesicae sanat.

(103.) Polyrrizon folia habet myrti, radices multas. hae
15 tusae dantur e vino contra serpentes, prosunt et quadripedibus.

(104.) Proserpinaca herba vulgaris est, eximii adversus 127
scorpiones remedi. eadem contrita, addita muria et oleo e menis, anginam eximie curari tradunt, praeterea et in quantalibet lassitudine recreari defessos, etiam cum obmutuerint, si subiciatur
20 linguae, si devoretur, vomitionem sequi salutarem.

(105.) Rhecoma adfertur ex his quae supra Pontum sunt 128
regionibus. radix costo nigro similis, minor et rufior paulo, sine odore, calfaciens gustu et adstringens. eadem trita vini colorem reddit ad crocum inclinantem. inlita collectiones inflammationes-
25 que sedat, vulnera sanat, epiphoras oculorum sedat ex passo, insignita cum melle et alia liventia ex aceto. farina eius in- 129
spergitur contra cacoethe et sanguinem reicientibus drachmae pondere in aqua, dysintericis etiam et coeliacis, si febri careant, in vino, sin aliter, ex aqua. facilius teritur nocte antecedente
30 madefacta. datur et decoctum eius bibendum duplici mensura ad rupta, convolsa, contusis, ex sublimi devolutis. si pectoris 130
sint dolores, additur piperis aliquid et murrae, si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur, sic et in tussi vetere ac puru-

---

5. maris, *ER*(?) 6. a femina semine] *Ianus.* a semine, *ER.* a femine *V.* 8. pelandrion] *C, quod et in ind. l. I scribendum erat.* 10. phaleri] *C, quod et in ind. l. I scbd. erat.* casamum, R^1V. 11. flore, *C.* semen] in semen, R^1V. 12. lacte] aceto, R^1V. 14. polyrhizona, *E.* polprizinon, *V.* myrtae, *EV.* 16 eximii] *d.* eximia, *E.* eximie, *R.* eximiae, *V.* 17. e menis] *Hard.* eminis, *R.* heminis *V. om. E.* 18. et] *om. E.* in] *om.* R^1V. 21. recoma, *RV.* 25. passo] *V.* pas, R^1. passo inlita, *r.* 28. etiam] autem, *V. om.* R^1. carent, R^1V. 29. sin] si, R^1V. 33. sic] sive, *E.* ac] *R.* a, *r.*

lentis excreationibus, item hepaticis, splenicis, *is*chiadicis, ad renium vitia, suspiria, orthopnoeas. arteriae scabritias sanat ex passo tribus obolis potis trita aut decoctum eius. lichenas quoque ex aceto inposita purgat. bibitur contra inflationes et perfrictiones, febres frigidas, singultus, tormina, herpetas, capitis gravitates, melancholicas vertigines, lassitudinum dolores et convolsiones.

131 (106.) Circa Ariminum nota est herba quam resedam vocant. discutit collectiones inflammationesque omnes. qui curant ea addunt haec verba: Reseda, morbis reseda, scisne, scisne quis hic pullus egerit radices? nec caput nec pedes habeant. haec ter dicunt totiensque despuunt.

(107.) Stoechas in insulis tantum eiusdem nominis gignitur, odorata herba coma hysopi, amara gustu. menses ciet potu, pectoris dolores levat. antidotis quoque miscetur.

132 13. (108.) Solanum Graeci *στρυχνόν* vocant, ut tradit Cornelius Celsus. huic vis reprimendi refrigerandique.

133 (109.) Smyrnion caulem habet api, folia latiora et maxime circa stolones multos quorum a sinu exiliunt pinguia et ad terram infracta, odore medicato cum quadam acrimonia iucund*o*, colore in luteum languescente, capitibus caulium orbiculatis ut api, semine rotundo nigro qu*od* arescit incipiente aestate. radix quoque odorata gustu acri mordet, sucosa, mollis. cortex eius foris niger, intus pallidus. odor murrae habet qualitatem, unde
134 et nomen. nascitur et in saxosis collibus et in terrenis. usus eius calfacere, extenuare. urinam et menses cient folia et radix et semen, alvum sistit radix, collectiones et suppurationes non veteres item duritias discutit inlita. prodest et contra phalangia ac serpentes admixto cachry aut polio aut melissophyllo in vino pota, sed particulatim, quoniam universitate vomitionem movet.
135 qua de causa aliquando cum ruta datur. medetur tussi et orthopnoeae semen vel radix, item thoracis aut lienis aut renium aut vesicae vitiis, radix autem ruptis, convolsis. partus quoque adiuvat et secundas pellit. datur et *is*chiadicis cum crethmo in vino.

---

1. explenicis, *R*¹*V*. sciadicis, *V*. 2. arcteriase, *V*². excabriditas, *R*¹. xcabriditas, *V*. 5. herbetas, *R*¹*V*. asperitas, *R*². hesperitas, *E*. 6. colores, *RV*. 7. herba] *d*.(?) heroa, *ER*². *om*. *r*. resedaem, *R*. resedeam, *V*. 8. omnes] *om*. *R*¹*V*. 9. scisne, scisne] scisnecinae, *V*. 10. hinc, *R*. 11. habeant] *ER ex corr*. habeat, *V*. 13. comam, *EV*. 15. cryxo, *R*. eryxo, *r*. 18. et] *om*. *ER*².
19. iocunde, *V*. iucunde, *r*. 20. languescunt ea, *E*. 21. qui, *C*. 25. extenuare] *om*. *R*. urinas, *E*. ruinam, *V*. 26 *sq*. *dist*. *ego*. 28. pollo, *EV*. 29. vomitiones, *R*¹*V*. 31. lenium, *R*¹*V*.
33. sciadicis, *V*. schiadicis, *r*. chretamo, *E*. cretamo, *r*.

sudores ciet et ructus, ideo inflationem stomachi discutit, vulnera ad cicatricem perducit. exprimitur et sucus radici utilis feminis 136 et thoracis praecordiorumque desideriis, calfacit enim et concoquit et purgat. semen peculiariter hydropicis datur potu, quibus 5 et sucus inlinitur et malagmate e cortice arido. et ad obsonia utuntur cum mulso et oleo et garo, maxime in elixis carnibus. Sinon concoctiones facit sapore simillima piperi. eadem in dolore stomachi efficax.

(110.) Telephion porcilacae similis est et caule et foliis. 137 10 rami a radice septeni octonique fruticant foliis crassis, carnosis. nascitur in cultis et maxime inter vites. inlinitur lentigini et, cum inaruit, deteritur. inlinitur et vitiligini ternis fere mensibus, senis horis noctis aut diei, postea farina hordeacia inlinatur. medetur et vulneribus et fistulis.

15 (111.) Trichomanes adianto similis est, exilius modo nigrius- 138 que, foliis lenticulae densis, amaris, adversis inter se. decoctum eius strangurias sanat in vino albo potum addito cumino rustico. esum cohibet capillos fluentes, aut si effluxerint, reparat, alopeciasque densat tritum et in oleo inlitum. sternumenta quoque 20 gustatu movet.

(112.) Tha*lic*trum folia coriandri habet pinguiora paulo, caulem papaveris. nascitur ubique, praecipue in campestribus. medentur ulceribus folia cum melle.

(113.) Th*l*aspi duorum generum est: angustis foliis digitali 139 25 latitudine et longitudine in terram versis, in cacumine divisis, cauliculo semipedali, non sine ramis, peltarum specie semine incluso lenticulae effigie, nisi quod infringitur, unde nomen. flos albicat. nascitur in semitis et saepibus. semen asperi gustus bilem et pituitam utrimque extrahit, modus sumendi acetabuli 30 mensura. prodest et *isch*iadicis infusum donec sanguinem trahat. menses quoque ciet, sed partus necat. Alterum thlaspi aliqui 140 Persicon nap*y* vocant, latis foliis, radicibus magnis, et ipsum

---

1. sudores ciet et] sudor est creta et, *E.* sudores creta et, R^2. ructus] *om.* R^1V. 4. datur potu] *d.* dato (datum, ER^2) potum, *C.* 5. e] *om.* *EV.* 7. simul, V^2. 8. dolorem, R^1. odore, *E.* 9. folii, *RV.* 10. septeni et, R^1V. 11. lentigini — 12. inlinitur] *om.* *E.* 12. deritur, V^1. deretur, *R.* 13. postea] aut postea, R^1V. 16. adversis] *om.* *E.* 17. transgurias, ER^2. adstringurias, R^1. adstringuirias, *V.* 18. esum] *Ianus.* lesum, *C.* 21. thalictrum] *Sillig.* thoaritruum, ER^2. arit thruum, R^1. tarit truum, *V.* 22. in] *d. om. r.* 24. thicaspi, *E.* ticaspi, *r.* 27. flos] ad flos, R^1V. 30. sciadicis, *C.* 31. thlaspi] *d.* thiaspi, *r.* 32. napy] *Barb.* aps, *E.* naps, *r.*

utile ischiadicorum infusioni. prodest et inguinibus utraque. praecipitur ut qui colligat dicat sumere se contra inguina et contra omnes collectiones et contra vulnera, una manu tollat.

141 (114.) Trachinia herba qualis sit non traditur. et promissum Democriti portentosum est adalligatam triduo absumere lienes.

(115.) Tragonis sive tragion nascitur in Cretae tantum insulae maritimis, iunipiro similis et semine et folio et ramis. sucus eius lacteus in cummim spissatus vel semen in potione spicula e corpore eicit. tunditur recens et cum vino inlinitur aut siccae farina cum melle. eadem lactis abundantiam facit mammisque unice medetur.

142 (116.) Est et alia herba tragos quam aliqui scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa, foliis pusillis, racemis rubentibus grani tritici, acuto cacumine, et ipsa in maritimis nascens. huius ramorum X aut XII cacumina trita ex vino pota coeliacis, dysintericis, sanguinem excreantibus mensumque abundantiae auxiliantur.

(117.) Est et tragopogon quem alii comen vocant, caule parvo, foliis croci, radice longa dulci, super caulem calice lato nigro. nascitur in asperis manditurque, sine usu.

143 (118.) Et de herbis quidem memoria digna hactenus accepimus aut comperimus. in fine earum admonere non ab re iudicamus alias aliis virium aetates esse. Longissimo tempore
20, 5 durat elaterium, ut diximus, chamaeleon niger XL annis, centaurium non ultra XII, peucedanum et aristolochia ad VI, vitis silvestris anno, in umbra si serventur. Et animalium quidem exterorum nullum aliud radices a nobis dictas adtingit excepta sphondyle quae omnis persequitur. genus id serpentis est.

144 (119.) Ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectusque minui, si fructus prius ematurescant, item seminum ante radice propter sucum incisa. resolvitur autem omnium vis consuetudine, et desinunt prodesse, cum opus est, quae cotidie

---

1. schiadicorum, *V*. sciadicorum, *r*. 4. thrachinia, *ER*². tracinia, *r*. et] *ego*. credo (credito, *ER ex corr.*) falsum et, *Cv*. 5. democriti] *d*. deincerti, *r*. 6. 7. insulae] *d*. insula, *r*. 8. positione, *E*. 9. cum] in, *ER. ex corr.* 10. farinae, *E*. facit] iacii, *V*¹. iaci in, *V*². 12. et] *om. R*¹*V*. tragras, *E*¹. tragas, *E*². 13. foliis] sine foliis, *d*(?)*v*. 14. cacumine] *Barb*. acumine, *C*. 18. come, *V*. comem, *ER ex corr.* 20. nascitur—manditurque] *E*. nascitur—manditur, *R*². nasciturque, *r*. 23. alias aliis] *R*. alias alii, *E*. alia //////, *V*¹. alii, *V*². 25. ad VI] *ego*. ac, *C*. 26. in umbra si] *Ianus*. si in umbra, *Brot*. in umbra, *C*. 27. exterorum] *d*. ceterorum, *r*. 28. spondile, *C*. 31. radicem, *C*. incisura, *R*¹*V*.

in usu fuere aeque quam nocere. omnes vero herbae vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis et in aquilonis, item siccis.

(120.) Sunt et gentium differentiae non mediocres, sicut 145
5 accipimus de taeniis lumbricisque, inesse Aegypti, Arabiae, Syriae, Ciliciae populis, e diverso Threciae, Phrygiae omnino non innasci. minus id mirum quam quod in confinio Atticae et Boeotiae Thebanis innascuntur, cum absint Atheniensibus. quae contemplatio aufert nos ad ipsorum animalium naturas 146
10 ingenitasque his vel certiores morborum omnium medicinas. rursus enim eam rem *tractabimus*, *quandoquidem natura omnium rerum* parens nullum animal ad hoc tantum ut pasceretur aut alia satiaret nasci voluit, artesque salutares inseruit et visceribus, quippe cum surdis etiam rebus insereret. tunc vero illa animae
15 auxilia praestantissima ex alia anima esse voluit contemplatione ante cuncta mirabili.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXVIII.

Cap. 1. (Sect. 1.) Dicta erat natura omnium rerum inter 1
caelum ac terram nascentium restabantque quaequae ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia
20 auferrent traversos ex ipsis animalibus quae sanantur reperta

---

1. eaque, *RV*. 3. sicci, *E*. sucis, V^2. 4. sunt] *om. R*(?). et gentium] *d.* vicentium, V^1. ut gentium, *r*. 5. teneis, *C*. esse, R^1V. 6. e diverso] diversis, *E*. Threciae] *Ianus*. Thraciae, *Barb*. phraeciae, V^1. graeciae, *r*. 8. et] *om. E*. 9. aut feri, *EV*. auferi, *R*. 11. 12. tractabimus—rerum] *inserui ego. om. C*. 14. ille, *R*. illae, *V*. 15. alia anima] animalia alia, *E*. animali, R^2.
17. erat] V^2. erant, *r*. inter] intre, R^1. in terrae, *V*. 18. terra, R^2. terras, R^1V. quaequae] *ego*. quaeque, *E*. quae, *R*. que, *V*. ipsa] illa, R^1V. 19. tractata] *d.* tracta. ER^2. tractarunt, R^1. tractarent, *V*. 20. transversis, R^1. transversos, R^2. traversus, V^2. iraversus, V^1.

maiore medicina. quid ergo? dixerimus herbas et florum imagines ac pleraque inventu rara ac difficilia, idem tacebimus quid in ipso homine prosit homini ceteraque genera remediorum inter nos viventia, cum praesertim nisi carenti doloribus morbisque
2 vita ipsa poena fiat? minime vero, omnemque insumemus operam, licet fastidii periculum urgeat, quando ita decretum est, minorem gratiae quam utilitatium vitae respectum habere. quin immo externa quoque et barbaros etiam ritus indagabimus. fides tantum auctores appellet, quamquam et ipsi consensu prope iudicii ista eligere laboravimus potiusque curae rerum quam copiae in-
3 stitimus. illud admonuisse perquam necessarium est, dictas iam
8,97 sqq. 25,89 sqq. a nobis naturas animalium et quae cuiusque essent inventa — neque enim minus profuere medicinas reperiendo quam prosunt praebendo — nunc quae in ipsis auxilientur indicari, neque illic in totum omissa, itaque haec esse quidem alia, illis tamen conexa.

4 (2.) Incipiemus autem ab homine ipsum sibi exquirentes, inmensa statim difficultate obvia. sanguinem quoque gladiatorum bibunt ut viventibus poculis comitiales morbi, quod spectare facientes in eadem harena feras quoque horror est. at, Hercule, illi ex homine ipso sorbere efficacissimum putant calidum spirantemque et *vi*vam ipsam animam ex osculo vulnerum, cum plagis ne ferarum quidem admoveri ora fas sit. human*a*s alii
5 medullas crurum quaerunt et cerebrum infantium. nec pauci apud Graecos singulorum viscerum membrorumque etiam sapores dixere omnia persecuti ad resigmina unguium, quasi vero sanitas videri possit feram ex homine fieri morboque dignum in ipsa medicina, egregia, Hercules, frustratione, si non prosit. aspici
6 humana exta nefas habetur, quid mandi? quis ista invenit, Ost*h*ane? tecum enim res erit, eversor iuris humani monstrorumque artifex qui primus ea condidisti, credo, ne vita *tui* oblivisceretur. quis invenit singula membra humana mandere? qua

---

2. inventa, *E*. 3. hominique, *E*. ceteraque genera] cetera, *E*. 7. gratia, *RV*. 8. etiam] *om. R¹V*. 9. 10. iudicii ista] *ego*. iudicii (iudici, *E*) ita, *EV*. iudic /// ta, *R*. 10. 11. instituimus, *E*. institumus, *R¹*. 15. haec itaque, *RV*. 19. bibentibus, *RV¹*. poculis] *codd. Gel.* populis, *C*. 21. sorbore, *E*. sobere, *V*. 21. 22. sperantemque, *E*. 22. vivam] *ego*. unam, *C*. 22. 23. cum—ferarum] *om. R¹V¹*. 23. ne] *codd. Gel.* omne, *C*. ore, *E*. fas] mus, *R¹V¹*. mus fas, *V²*. *dist. ego*. humanas] *ego*. humanus, *C*. 30. Osthane] *Sillig*. ostane, *RV¹*. ostenta, *V²*. osten, *E*. tacum, *E*. cum, *V²*. res erit] restrit, *E*. res rit, *V²*. 30. 31. nostrorumque, *E*. 31. tui] *om. C*.

coniectura inductus? quam potest medicina ista originem habuisse? quis veneficia innocentiora fecit quam remedia? esto, barbari externique ritus invenerant, etiamne Graeci suas fecere has artis? extant commentationes Democriti ad aliud noxii ho- 7
5 minis ex capite ossa plus prodesse, ad alia amici et hospitis. iam vero vi interempti dente gingivas in dolore scari*ph*ari Apollonius efficacissimum scripsit, Meletos oculorum suffusiones felle hominis sanari. Artemon calvaria interfecti neque cremati propinavit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. ex eadem
10 suspendio interempti catapotia fecit contra canis rabiosi morsus Antaeus. atque etiam quadrupedes homines sanavere contra 8
inflationes boum perforatis cornibus inserentes ossa humana, ubi homo occisus esset aut crematus siliginem quae pernoctasset suum morbis dando. procul a nobis nostrisque litteris absint
15 ista. nos auxilia dicemus, non piacula, sicubi lactis puerperarum usus mederi poterit, sicubi saliva tactusve corporis ceteraque similia. vitam quidem non adeo expetendam censemus ut quo- 9
quo modo trahenda sit. quisquis es talis, aeque moriere, etiam cum obscaenus vixeris aut nefandus. quapropter hoc primum
20 quisque in remediis animi sui habeat, ex omnibus bonis quae homini tribuit natura nullum melius esse tempestiva morte, idque in ea optimum quod illam sibi quisque praestare poterit.

2. (3.) Ex homine remediorum primum maximae quaestio- 10
nis et semper incertae est, valeantne aliquid verba et incanta-
25 menta carminum. quod si verum est, homini acceptum fieri oportere conveniat, sed viritim sapientissimi cuiusque respuit fides. in universum vero omnibus horis credit vita nec sentit. quippe victimas caedi sine precatione non videtur referre aut deos rite consuli. praeterea alia sunt verba inpetritis, alia de- 11
30 pulsoris, alia commen*d*ationis, videmusque certis precationibus obsecrasse summos magistratus et, ne quod verborum praetereatur aut praeposterum dicatur, de scripto praeire aliquem rursusque alium custodem dari qui adtendat, alium vero praeponi qui

---

1. potest] post, R^1V. 4. artice, *E*. 4. 5. homines, *RV*. 5. ex] *d*. e, V^2. et, *r*. hospites, *RV*. 6. ubi, R^1V. 6. 7. apollimius, *E*. 7. miletos, ER^2V^2. 17. extendam, *E*. quo R^1V. 18. es] est, *C*. 20. animi sui] animis ut, R^1V. 21. idque] *om*. *E* 22. possit, R^1V. 24. polleantne, R^1V. 25. est] *om*. *E*. hominis, *E*. 27. oris, *V*. hominis, *E*. 28. victima, *RV*. referri, *E*. 28. 29. aut deos] adeo, *E*. 30. commentationis, *RV*. commentationes, *E*. vidimusquae, *E*. 31. quid, *R*. 33. alium vero] *E*. aqua (aquam, *V*) vero, *r*.

favere linguis iubeat, tibicinem canere, ne quid aliud exaudiatur, utraque memoria insigni, quotiens ipsae dirae obstrepentes nocuerint quotiensve precatio erraverit, sic repente extis adimi capita
12 vel corda aut geminari victima stante. durat inmenso exemplo Deciorum patris filiique quo se devovere carmen, extat Tucciae Vestalis incesti deprecatio qua usa aquam in cribro tulit anno urbis DXVIIII. Boario vero in foro Graecum Graecamque defossos aut aliarum gentium cum quibus tum res esset etiam nostra aetas vidit. cuius sacri precationem qua solet praeire XVvirum collegii magister si quis legat, profecto vim carminum fateatur, ea omnia adprobantibus DCCCXXX annorum eventibus.
13 Vestales nostras hodie credimus nondum egressa urbe mancipia fugitiva retinere in loco precatione, cum, si semel recipiatur ea ratio et deos preces aliquas exaudire aut ullis moveri verbis, confitendum sit de tota coniectatione. prisci quidem nostri perpetuo talia prodidere, difficillimumque ex his etiam fulmina
2, 140 elici, ut suo loco docuimus.
14 (4.) L. Piso primo annalium auctor est Tullum Hostilium regem ex Numae libris eodem quo illum sacrificio Iovem caelo devocare conatum, quoniam parum rite quaedam fecisset, fulmine ictum, multi vero magnarum rerum fata et ostenta verbis per-
15 mutari. cum in Tarpeio fodientes delubro fundamenta caput humanum invenissent, missis ob id a *senatu* legatis Etruriae celeberrimus vates Olenus Calenus praeclarum id fortunatumque cernens interrogatione in suam gentem transferre temptavit scipione prius determinata templi imagine in solo ante se: Hoc ergo dicitis, Romani, hic templum Iovis optimi maximi futurum est, hic caput invenimus? constantissima annalium adfirmatione transiturum fuisse fatum in Etruriam, ni praemoniti a filio vatis legati Romani respondissent: Non plane hic sed Romae inventum caput dicimus.
16 iterum id accidisse tradunt, cum in fastigium eiusdem delubri

---

1. faveri, *E*. 2. 3. quotiens—nocuerint] *om*. R^1V. 3. extitis, R^1. extetis, *V*. 4. victua, R^1. victum, *V*. 5. devolvere, *E*. devoravere, V^1. devorare, V^2. 6. inceste praecatio, *E*. incestae precatio (praecatio, *V*.) *r*. qua usa] qua causa, *E*. caus, *V*. 9. quia, R^1V. 11. omnia ea, *RV*. 13. precatione] *codd. Gel.* praecationi, *E*. precatiòni, R^2. precationis, R^1. praecationis, *V*. 14. illis, *RV*. movere, *E*. 15. sit] sed, R^1V. 16. credidere, *V*. 20. devocavere, R^1V. parum] *om*. R^1V. 23. a senatu] *Barb*. a se, *E*. ad se, *R*. ade, *V*. 26. determinata prius, R^1V. imagini, *V*. imagni, R^2. magni, R^1. 27. dictis romanus, *E*. 30. praementi, R^1V. romani] *om*. R^1V.

praeparatae quadrigae fictiles in fornace crevissent, et iterum simili modo retentum augurium. Haec satis sint exemplis ut 17
appareat ostentorum vires et in nostra potestate esse ac prout quaeque accepta sint ita valere. in augurum certe disciplina
5 constat neque diras neque ulla auspicia pertinere ad eos quicumque rem ingredientes observare se ea negaverint, quo munere divinae indulgentiae maius nullum est. quid? non et legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt: qui fruges excan- 18
tassit, et alibi: qui malum carmen incantassit? Verrius
10 Flaccus auctores ponit quibus credat in obpugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum cuius in tutela id oppidum esset promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum. et durat in pontificum disciplina id sacrum, constatque ideo occultatum in cuius dei tutela Roma
15 esset, ne qui hostium simili modo agerent. Defigi quidem diris 19
deprecationibus nemo non metuit. hoc pertinet ovorum quae exorbuerit quisque calices coclearumque protinus frangi aut isdem cocleariibus perforari. hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos proximeque Vergilii incantamentorum amatoria
20 imitatio. multi figlinarum opera rumpi credunt tali modo, non pauci etiam serpentes ipsas recanere et hunc unum illis esse intellectum contrahique Marsorum cantu etiam in nocturna quiete. Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur. ne- 20
que est facile dictu externa verba atque ineffabilia abrogent fidem
25 validius an Latina inopinata et quae inridicula videri cogit animus semper aliquid inmensum exspectans ac dignum deo movendo, immo vero quod numini imperet. Dixit Homerus profluvium 21
sanguinis vulnerato femine Ulixen inhibuisse carmine, Theophrastus ischiadicos sanari, Cato prodidit luxatis membris carmen
30 auxiliare, M. Varro podagris. Caesarem dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum ferunt semper ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum.

(5.) Libet hanc partem singulorum quoque conscientia 22

---

1. et] *om.* R^1V. 5. 6. quicumque] *ego.* qui quamque, *ER.* quicquam quae, *V.* 6. observare se] ER^2. observasse, *r.* 8. 9. excantassit] *Pint.* excantasset, *C.* 9. qui] *om. E.* incantasset, ER^2V^2.
11. adeum, R^1V. 12. promittitque, *RV.* ampliorem] ampliorem locum, ER^2. 15. miris, EV^2. 16. precationibus, R^1V. ovorum quae] *Sillig.* ovorumque, R^1V. ut ovorumque, R^2. ovorum, *E.* 20. modo non] non (nom, V^1) modo, R^1V^1. modo, V^2. 24. rogent, *E.*
25. an] *codd. Barb.* in, *C.* latinae, *E.* latine, *V.* 33. iterum, R^1V.
34. licet, *E.* conscientiam, *E.*

coarguere. cur enim primum anni incipientes diem laetis precationibus invicem faustum ominamur? cur publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus? cur effascinationibus adoratione peculiari occurrimus, alii Graecam Nemesin invocantes, cuius ob id Romae simulacrum in Capitolio est, quam-
23 vis Latinum nomen non sit? cur ad mentionem defunctorum testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari? cur inpares numeros ad omnia vehementiores credimus, idque in febribus dierum observatione intellegitur? cur ad primitias pomorum haec vetera esse dicimus, alia nova optamus? cur sternuentis salutamus, quod etiam Tiberium Caesarem, tristissimum, ut constat, hominum in vehiculo exegisse tradunt, et aliqui nomine quoque
24 consalutare religiosius putant? Quin et absentes tinnitu aurium praesentire sermones de se receptum est. Attalus adfirmat, scorpione viso si quis dicat duo, cohiberi nec vibrare ictus. et quoniam scorpio admonuit, in Africa nemo destinat aliquid nisi praefatus Africam, in ceteris vero gentibus deos ante obtestatus ut velint. nam si mens ad*flicta* sit, anulum ponere translatitium videmus, quoniam etiam mutas religiones pollere
25 manifestum est. alius saliva post aurem digito relata sollicitudinem animi propitiat. pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio iubemur. in adorando dextram ad osculum referimus totumque corpus circumagimus, quod in laevum fecisse Galliae religiosius credunt. fulgetras poppysmis adorare consensus gen-
26 tium est. incendia inter epulas nominata aquis sub mensam profusis abominamur. recedente aliquo ab epulis simul verri solum aut bibente conviva mensam vel repositorium tolli inauspicatissimum iudicatur. Ser. Sulpicii principis viri commentatio est quamobrem mensa linquenda non sit, nondum enim plures quam convivae numerabantur. nam sternumento revocari ferculum mensamve, si non postea gustetur aliquid, inter diras

---

2. cur] reum, R^1. eum, *V*. 3. prospera eligimus] *Barb*. prospera (prosper, *V*. pspere, *E*) legimus (eligimus, *V*) *C*. 4. peculiare, *EV*. 6. mentionem] *E*. dementionem, *V*. orationem, *R*. 7. memoria, *RV*. 10. cur] alia, R^1V^1. sternumentis, ER^2V^2. 15. scorpionem, R^1V. 16. 17. nisi aliquid, R^1V. 17. 18. obtestatur, *E*. 18. mens adflicta sit] *ego*. mensa (mens, *E*) adsit, *C*. nullum, *E*. 19. tralatium, *RV*. etiam quoniam, *E*. mutas] *Ferrarius elect. 2, 17*. multas, *C*. relegiones, *V*. religionesque, *E*. 20. salivamus, R^1V. 22. dexteram, *R*. dextra, *r*. 24. fulget trans poppimys, *E*. 27. vivente (bibentem, *RV*) convivam, *C*. mensa, *E*. 28. Servi, *C*. viri] *om*. R^1V. 30. plures] in plures, R^1V. 31. postea si non, R^1V.

habetur, aut omnino non esse. Haec instituere illi qui omnibus 27
negotiis horisque interesse credebant deos, et ideo placatos etiam
vitiis nostris reliquerunt. quin et repente conticescere con-
vivium adnotatum est non nisi in pari praesentium numero,
5 isque famae labor est ad quemcumque eorum pertinens. cibus
etiam e manu prolapsus reddebatur utique per mensas, vetabant-
que munditiarum causa deflare, et sunt condita auguria, quid
loquenti cogitantive id acciderit, inter execratissima, si pontifici
accidat dicis causa epulanti. in mensa utique id reponi adoleri-
10 que ad Larem piatio est. Medicamenta priusquam adhibeantur 28
in mensa forte deposita negant prodesse. ungues resecari nun-
dinis Romanis tacenti atque a digito indice mulierum peculiare
religiosum est, capillum vero contra defluvia ac dolores capitis
XVII luna atque XXVIIII. Pagana lege in plerisque Italiae
15 praedis cavetur ne mulieres per itinera ambulantes torqueant
fusos aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium
spei, praecipue frugum. M. Servilius Nonianus princeps civitatis 29
non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret
aliusve ei praediceret, duabus litteris Graecis *PA* chartam in-
20 scriptam circumligatam lino subnectebat collo, Mucianus ter
consul eadem observatione viventem muscam in linteolo albo,
his remediis carere ipsos lippitudine praedicantes. Carmina
quidem extant contra grandines contraque morborum genera
contraque ambusta, quaedam etiam experta, sed prodendo obstat
25 ingens verecundia in tanta animorum varietate. quapropter de
his ut cuique libitum fuerit opinetur.

3. (6.) Hominum monstrificas naturas et veneficos aspectus 30
diximus in portentis gentium et multas animalium proprietates, 7, 13 sq.
quae repeti supervacuum est. Quorundam hominum tota cor-
30 pora prosunt, ut ex his familiis quae sunt terrori serpentibus
tactu ipso levant percussos suctuve madido, quorum e genere
sunt Psylli Marsique et qui Ophiogenis vocantur in insula Cypro,
ex qua familia legatus Evagon nomine a consulibus Romae in

---

1. non] nam, *E.* inane, *r.* 3. conticiscere, *RV.* 4. numeros quae, *E.* 6. ut quae, *E.* ubique, *V.* 7. defluere, *E.* 8. exagrantissima, R^1V. 12. mulierum peculiare] *ego.* multorum pecuniae, *C.* 13. contra] contracti, R^1V. 18. num, *RV.* quid enim metum, *E.* 19. 20. scriptam circumligatis, *E.* 21. observationem, *E.* 23. quidam, *E.* 24. experta] *codd. Gel.* ex parte, *C.* 27. beneficos, *B.* venificos, V^2. verificos, V^1. 30. ut] *om.* R^1V. 31. lavant, *E.* sucove, *E.* tumido, *V.* tu modo, R^1. e] *om.* *E.* genera, *E.* 32. oblongenis, *E.* opioghenes, *V.* paro, R^1V. 33. exagon, *E.*

dolium serpentium coniectus experimenti causa circummulcen-
31 tibus linguis miraculum praebuit. signum eius familiae est, si
modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. atque eorum
sudor quoque medebatur, non modo saliva. nam in insula Nili
Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori ut vocem quoque 5
eorum fugiant. Horum omnium generum in sua repugnantia
interventum quoque mederi constat, sicuti adgravari vulnera in-
troitu eorum qui umquam fuerint serpentium canisve dente laesi.
32 Idem gallinarum incubitus, pecorum fetus abortu vitiant. tantum
remanet virus ex accepto semel malo ut venefici fiant venena 10
passi. remedio est ablui prius manus eorum aquaque illa eos
quibus medearis inspergi. rursus a scorpione aliquando percussi
33 numquam postea a crabronibus, vespis apibusve feriuntur. Minus
miretur hoc qui sciat vestem a tineis non attingi quae fuerit
in funere, serpentes aegre praeterquam laeva manu extrahi, 15
4. e Pythagorae inventis non temere fallere, inpositivorum no-
minum inparem vocalium numerum clauditates oculive orbitatem
ac similes casus dextris adsignare partibus, parem laevis. ferunt
difficiles partus statim solvi, cum quis tectum in quo sit gravida
transmiserit lapide vel missili ex his qui tria animalia singulis 20
34 ictibus interfecerint, hominem, aprum, ursum. probabilius id
facit hasta velitaris evulsa corpori hominis, si terram non attige-
rit. eosdem enim inlata effectus habet. sic et sagittas corpori
eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus amatorium
esse Orpheus et Archelaus scribunt, quin et comitiales morbos 25
sanari cibo e carne ferae occisae eodem ferro quo homo inter-
7, 20 fectus sit. Quorundam partes medicae sunt, sicuti diximus de
Pyrrhi regis pollice, et Elide solebat ostendi Pelopis *scapula***,
quam eburneam adfirmabant. Naevos in facie tondere religiosum
habent etiam nunc multi. 30

---

1. contectus, *R*¹*V*. experimentis, *ER*². experimento, *R*¹. 1. 2. circummultibus, *R*¹*V*. 5. tentyrii nascentes, *E*. tentiri centes, *R*¹*V*¹. tentiylii nascentes, *R*². tentiluri ascentes, *V*². 7. sicui, *E*. sucum, *R*¹. sicum, *V*. 8. umquam] quam, *R*¹*V*. 9. vitia, *E*. 10. cepto, *E*. ut] *om*. *R*¹*V*. veneficii, *R*²*V*. beneficii, *r*. 11. passim, *E*. 12. mederis, *E*. a] *om*. *R*¹*V*. 13. bestiis aspidibusve feriantur, *E*. 14. quis, *RV*. fuerat, *E*. fuerint, *R*¹*V*. 16. e] *om*. *E*. 16. 17. hominum, *RV*. 17. oculorum, *E*. 20. lapidem vel missile, *E*. 21. interficerint, *E*. interfecerunt, *V*. 22. euuisa, *V*. eius a, *R*¹. corpori] *Sillig*. corporis, *C*. 23. habet] agit, *E*. corpora, *R*². corpor, *E*. 25. comitiale, *E*. comitialem, *R*. commitiales, *V*. morbo, *ER*². morbus, *R*¹. 27. medicinae, *R*¹*V*. 28. ostendit, *ER*. scapula] *Gron*. ostilnam, *E*. ostiliam, *R*². ostiliani, *r*. *Lacunam indicavi ego; desideratur mentio medicinae.*

(7.) Omnium vero in primis ieiunam salivam contra ser- 35
pentes praesidio esse docuimus, sed et alios efficaces eius usus 7, 15
recognoscat vita. despuimus comitiales morbos, hoc est contagia
regerimus. simili modo et fascinationes repercutimus dextrae-
5 que clauditatis occursum. veniam quoque a deis spei alicuius 36
audacioris petimus in sinum spuendo, et iam eadem ratione
terna despuere *de*precatione in omni medicina mos est, atque
ita effectus adiuvare, incipientes furunculos ter praesignare ieiuna
saliva. mirum dicimus, sed experimento facile: si quem paeni-
10 teat ictus eminus comminusve inlati et statim expuat mediam in
manum qua percussit, levatur ilico in percusso culpa. hoc saepe
delumbata quadrupede adprobatur statim a tali remedio correcto
animalis ingressu. quidam vero adgravant ictus ante conatum 37
simili modo saliva in manu*m* ingesta. credamus ergo et lichenas
15 leprasque ieiunae inlitu adsiduo arceri, item lippitudines matutina
cottidie velut inunctione, carcinomata malo terrae subacto, cer-
vicis dolores saliva ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem
relata, laeva ad sinistrum, si quod animal aurem intraverit et
inspuatur, exire. inter amuleta est editae quemque urinae in- 38
20 spuere, similiter in calciamentum dextri pedis priusquam indua-
tur, item cum quis transeat locum in quo aliquod periculum
adierit. Marcion Zmyrnaeus, qui de simplicibus effectibus scripsit,
rumpi scolopendras marinas sputo tradit, item rubetas aliasque
ranas, Ofilius serpentes, si quis in hiatum earum expuat, Salpe
25 torporem sedari quocumque membro stupente, si quis in sinum
expuat aut si superior palpebra saliva tangatur. eo *magi*s haec 39
credamus rite fieri, extranei interventu aut, si dormiens spectetur
infans, a nutrice terna adspui? quamquam religione tu*t*atur et
fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui
30 deus inter sacra Romana Vestalibus colitur et currus trium-

---

2. 3. usus recognoscat] *om. E.* 6. audatiores, *E.* audaciores, R^2. et iam] *om.* R^1V. 7. praedicatione, *C.* mos est atque] se a atque, R^1. mos e statuque, *V.* 9. mirum] rum, *E.* dicemus, ER^2. 10. in mediam, R^1V. 11. percussit] *d.* percussa, *r.* percussa, *E.* 12. lumbata, R^1V. 14. manu, *C.* 15. ieiune inlita, *E.* lepitudines, *RV.* 16. 17. cervici, *RV.* 17. dolore, *E.* extremum, *E.* 19. 20. inspuere] expuere, *E.* exspuere, R^1. 23. spotu, RV^1. potu, V^2. 25. instupente, *E.* 26. superiorem, R^1. superiorum, R^2. tangant, R^1. tangantur, R^2V. eo magis] *ego.* eos, *C.* 27. fieri] *om. RV.* 28. quamquam] *E.* quamquam illos, *r.* tutatur] *Gron.* mutatur, ER^2. utuatur, R^1. mutuatur, *V.* 30. sagora *E*, *in quo desunt quae sequuntur usque ad p. 178, 13.* efficaciora. estalibus, *R.* culitur, *R.* culitus, *V.*

phantium sub his pendens defendit medicus invidiae, iubetque eosdem respicere similis medicina linguae, ut sit exorata a tergo Fortuna gloriae carnifex.

40 (8.) Morsus hominis inter asperrimos quosque numeratur. medentur sordes ex auribus ac, ne quis miretur, etiam scor- 5 pionum ictibus serpentiumque statim inpositae, melius ex percussi auribus. produnt ita et reduvias sanari, serpentium vero ictum contusi dentis humani farina.

41 (9.) Capillus puero qui primum decisus est podagrae inpetus dicitur levare circumligatus, et in totum inpubium inpositu. 10 virorum quoque capillus canis morsibus medetur ex aceto et capitum volneribus ex oleo aut vino, si credimus, ac revulso cruci quartanis conbustus utique capillus carcinomati. pueri qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, inclusus in armillam et adsidue in bracchio habitus muliebrium locorum 15 42 dolores prohibet. Pollex in pede praeligatus proximo digito tumores inguinum sedat, in manu dextera duo medi lino leviter colligati destillationes atque lippitudines arcent. quin et eiectus lapillus calculoso alligatus supra pubem levare ceteros dicitur ac iocineris etiam dolores et celeritatem partus facere. adicit 20 Granius efficaciorem ad hoc esse ferro exemptum. partus accelerat hic mas ex quo quaeque conceperit, si cinctu suo soluto feminam cinxerit, dein solverit adiecta precatione se vinxisse, eundem et soluturum, atque abierit.

43 (10.) Sanguine ipsius hominis ex quacumque parte emisso 25 efficacissime anginam inlini tradunt Orpheus et Archelaus, item ora comitiali morbo conlapsorum, exurgere enim protinus. quidam, si pollices pedum pungantur eaeque guttae si ferantur in faciem, aut si virgo dextro pollice attingat, hac coniectura 44 censentes virgines carnes edendas. Aeschines Atheniensis ex- 30

---

2. eodem, *R.* respicere] *Rhodigin. lect. ant. 3, 7.* recipere, *C.* 4. asperrimus, *R.* asperimus, *V.* quosque] *Urlichs vind. 597.* quoque, *C.* 5. etiam] et, *V.* 6. ex] et, *C.* 7. reduvias] *Barb.* reduvia, *C.* 10. inpositum, *R.* 12. cedimus, *R.* caedimus, *V.* ac] hoc, *R.* 13. varginomati, *R.* carginomati V^1. puer, *R.* 17. liviter, *C.* 18. lepitudines, *C.* 19. capillus, *C.* alligatus] alligatus qui, *C.* ceterus, *C.* 20. adicit] *Sillig.* adigit, *R.* adigitur, *V.* 21. granus, *C.* 21. 22. accelerat] *d.* celerat, *r.* 22. hic mas] *Ianus.* ecinos, *R.* hec mos, *V.* conciperit, *C.* 23. se] e, *V.* 24. solituru m, *R.* 25. sanguinis, *V.* ex] *om. R.* 27. ara, *R.* exurgueri, *C.* 28. si] *Urlichs vind. 599.* se, *V.* sem, *R.* 29. hac] *d.* haec, *r.* contextura, *R.* contectura, V^1. 30. sedandas, *V.* haec sinaes, *V.*

crementorum cinere anginis medebatur et tonsillis uvisque et carcinomatis. hoc medicamentum vocabat botryon. Multa genera morborum primo coitu solvuntur primoque feminarum mense aut, si id non contingit, longinqua fiunt maximeque comitiales. quin et a serpente, a scorpione percussos coitu levari produnt, verum feminas venere ea laedi. Oculorum vitia fieri negant nec lippire eos qui, cum pedes lavant, aqua inde ter oculos tangant.

(11.) Inmatura morte raptorum manu strumas, parotidas, 45 guttura tactu sanari adfirmant, quidam vero cuiuscumque defuncti, dumtaxat sui sexus, laeva manu aversa. et ligno fulgure icto reiectis post terga manibus demorderi aliquid et ad dentem qui doleat admoveri remedio esse produnt. sunt qui praecipiant dentem suffiri dente hominis sui sexus, et eum qui caninus vocetur insepulto exemptum adalligari. Terram e calvaria 46 psilotrum esse palpebrarum tradunt, herba vero, si qua ibi genita sit, commanducata dentes cadere, ulcera non serpere osse hominis circumscripta. Ali e tribus puteis pari mensura aquas miscent et prolibant novo fictili, relicum dant in tertianis accessu febrium bibendum. iidem in quartanis fragmentum clavi a cruce involutum lana collo subnectunt, aut spartum e cruce, liberatoque condunt caverna quam sol non attingat.

(12.) Magorum haec commenta sunt, ut cotem qua ferra- 47 menta saepe exacuta sint subiectam ignari cervicalibus de venefficio deficientis evocare indicium, ut ipse dicat quid sibi datum sit et ubi et quo tempore, auctorem tamen non nominare. fulmine utique percussum circumactum in vulnus hominem loqui protinus constat. Inguinibus medentur aliqui liceum telae de- 48 tractum alligantes novenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam atque ita inguini adalligantes. liceo et clavum aliudve quod quis calcaverit alligatum ipsos iubent gerere, ne sit dolori vulnus. verrucas abolent a vicensima luna in limitibus supini ipsam intuentes ultra caput manibus porrectis et quicquid adprehendere eo fricantes. clavum corporis, cum 49

1. consiliis, *C.* suvisque, *RV*[1]. 3. solventur, *R.* 4. id] *R.* co, *V.* fuit, *R.* 5. serpentis, *R.* percussos] *d.* percussus, *r.* levare, *C.* 6. neganti, *C.* 7. lippire] *d.* lipiere, *r.* levant, *R.* lavent, *V.* oculis, *R.* oculus, *V*[1]. 9. manus, *R.* 14. suffuri, *C.* dente] *d.* dentem, *r.* eum] iam, *R.* 17. osse] eos se, *V.* 18. alia, *V*[2]. 19. a decessu, *V.* 20. a] *om. V.* 23. ut] qui, *V.* 24. exacuta] *d.* et exacuta, *r.* ignari] *d.* igrari, *V.* migrari, *R.* 27. percussum] *Ianus.* percusso, *C.* 31. claudum, *R.* 32. abolent] *cod. Tol.* avolent, *C.* 34. quisquid, *C.*

cadit stella si quis destringat vel*lere*, cito sanari aiunt, cardinibus ostiorum aceto adfusis lutum fronti inlitum capitis dolorem sedare, item laqueum suspendiosi circumdatum temporibus. si quid e pisce haeserit faucibus, cadere demissis in aquam frigidam pedibus, si vero ex aliis ossibus, inpositis capiti ex eodem vase ossiculis, si panis haereat, ex eodem in utramque aurem addito pane.

50 (13.) Quin et sordes hominis *in* magnis fecere remediis quaestuosorum gymnasia Graecorum, quippe ea strigmenta molliunt, calfaciunt, discutiunt, conplent, sudore et oleo medicinam facientibus. volvis inflammatis contractisque admoventur. sic et menses cient, sedis inflammationes et condylomata leniunt,
51 item nervorum dolores, luxata, articulorum nodos. efficaciora eadem strigmenta a balneis, et ideo miscentur suppuratoriis medicamentis. nam illa quae sunt *ex* ceromate permixta caeno articulos tantum molliunt, calfaciunt, discutiunt efficacius, sed
52 ad cetera minus valent. Excedit fidem inpudens cura qua sordes virilitatis contra scorpionum ictus singularis remedii celeberrimi auctores clamant, rursus in feminis quas infantium alvo editas in utero ipso contra sterilitatem subdi censent, meconium vocant. immo etiam ipsos gymnasiorum rasere parietes, et illae quoque sordes excalfactoriam vim habere dicuntur, panos discutiunt, ulceribus senum puerorumque et desquamatis ambustisve inlinuntur.

53 (14.) Eo minus omitti convenit ab animo hominis pendentes medicinas. abstinere cibo omni aut potu, alias vino tantum aut carne, alias balneis, cum quid eorum postulet valetudo, in praesentissimis remediis habetur. his adnumeratur exercitatio, intentio vocis, ungui, fricari cum ratione. vehemens enim fricatio spissat, lenis mollit, multa adimit corpus, auget modica. in primis vero prodest ambulatio, gestatio et ea pluribus modis,
54 equitatio stomacho et coxis utilissima, p*h*thisi navigatio, longis

1. vellere] *ego coll.* § *61.* vel, *R.* uvel, V^1. urvel, V^2. 2. adfusis] *ego.* adfusus, *C.* 3. sedari, *V.* 4. haeserit] haeserit a, *R.* eserit e, *V.* 6. tereat, *V.* 7. audito, *C.* 8. homines imagines, *C.* 9. quaestorum, *d.* quaestivo, *r.* gymnasia] *d.* gymnit, *R.* gimnit, *V.* 13. iuxtata, *R.* 15. ex] et, *C.* 16. articulis, R^1. articolis, *V.* tantum] quoque, ER^2. 18. remediis, *E.* 19. damnant, *V.* 20. meconiam, *R.* metonian, *V.* 21. aserere, *E.* 22. dicantur, *E.* 23. puerorumque] quoque rarumque (rorumque, R^1) R^1V. 26. abstenere se, R^1V. abstenere, R^2. cibi, *E.* 29. ungi, *V.* vigi, R^1. 30. lenit, *EV.* 32. pthisi, ER^2. pilisi, R^1. piliisi, *V.* longis— p. 179, 1. mutatio] *om.* R^1V.

morbis locorum mutatio, item somno sibi mederi aut lectulo aut rara vomitione. supini cubitus oculis conducunt, ad proni tussibus, in latera adversum destillationes. Aristoteles et Fabianus plurimum somniari circa ver et autumnum tradunt, magisque supino cubitu, ad prono nihil, Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis. Sol quoque reme- 55
diorum maximum ab ipso sibi praestari potest, sicuti linteorum strigiliumque vehementia. perfundere caput calida ante balnearum vaporationem et postea frigida, salubrimum intellegitur; item praesumere et cibis et interponere frigidam eiusdemque potus somnos antecedere et, si libeat, interrumpere. notandum nullum animal aliud calidos potus sequi ideoque non esse naturales. mero ante somnos colluere ora propter halitus, frigida 56
matutinis impari numero ad cavendos dentium dolores, item posca oculos contra lippitudines, certa experimenta sunt, 5. sicut totius corporis valetudinem *iuvari* varietate victus inobservata. Hippocrates tradit non prandentium celerius senescere exta. verum id remediis cecinit, non epulis, quippe multo utilissima est temperantia in cibis. L. Lucullus hanc de se praefecturam servo dederat, ultimoque probro manus in cibis triumphali seni deiciebatur vel in Capitolio epulanti, pudenda re servo suo facilius parere quam sibi.

6. (15.) Sternumenta pinna gravidinem emendant, et si 57
quis mulae nares, ut tradunt, osculo attingat, sternutamenta et singultum. ad hoc Varro suadet palmam in altera manu scalpere, plerique anulum e sinistra in longissimum dextrae digitum transferre, in aquam ferventem manus mergere. Theophrastus senes laboriosius sternuere dicit.

(16.) Venerem damnavit Democritus ut in qua homo alius 58
exiliret ex homine, et, Hercules, raritas eius utilior. athletae tamen torpentes restituuntur venere, vox revocatur, cum e candida declinat in fuscam. medetur et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis ac melancholicis.

---

1. 2. aut rara] et rara, R^1V. 3. destillationes, *E.* destinationes, R^1. distinationes, *V.* 4. vernum, *E.* 6. solum, *E.* 11. potus] *ego.* potu, *C.* 14. cavendum, E^1. 16. valetudinem iuvari] *Dal.* valetudinem in, *V.* valetudini in, *r.* 17. 18. celerius senescere] senescere sceleris, R^1V^1. senescere, V^2. 18. extra, *R.* et ita, *V.* 20. perfecturam, *E.* praefatura, *V.* 21. seni] si, *V.* deiciebatur, *R.* dei dicebatur, *E.* 23. emendat, E^1. emendantes, R^1V. 24. mulae] *Hard.* mutae, R^1V^1. mutare, *r.* 25. ad] ab, *E.* in altera] alterna, *R.* 26. 27. transferri in aqua ferventi, *E.* 27. senex, *RV.* 29. damnarae, *E.* 30. et] *d.* ex, *r.* 32. declinat—medetur] *om. E.*

59 (17.) Adsidere gravidis, vel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter se inplexis veneficium est, idque conpertum tradunt Alcmena Herculem pariente, peius, si circa unum amboye genua, item poplites alternis genibus inponi. ideo haec in consiliis ducum potestatiumve fieri vetuere maiores velut omnem actum inpedientia, vetuere vero et sacris votisve
60 simili modo interesse, capita autem aperiri aspectu magistratuum non venerationis causa iussere, sed, ut Varro auctor est, valetudinis, quoniam firmiora consuetudine ea fierent. Cum quid oculo inciderit, alterum conprimi prodest, cum aqua dextrae auriculae, sinistro pede exultari capite in dextrum umerum devexo, invicem e diversa aure, si tussim concitet saliva, in fronte ab alio adflari, si iaceat uva, a vertice morsu alterius suspendi, in cervicium dolore poplites fricare aut cervicem in poplitum,
61 pedes in humo deponi, si nervi in his cruribusve tendantur in lectulo, aut si in laeva parte id accidat, sinistrae plantae pollicem dextra manu adprehendi, item e diverso, extremitates corporis velleribus perstringi contra horrores sanguinemve narium inmodicum, lino vel papyro principia genitalium, femur medium ad cohibenda urinae profluvia, in stomachi solutione
62 pedes pressare aut manus in ferventem aquam demitti. iam et sermoni parci multis de causis salutare est. triennio Maecenatem Melissum accepimus silentium sibi imperavisse a convolsione reddito sanguine. nam eversos scandentesque ac iacentes si
8, 138 quid ingruat contraque ictus spiritum cohibere singularis prae-
63 sidii est, quod inventum esse animalis docuimus. Clavum ferreum defigere in quo loco primum caput fixerit corruens morbo comitiali absolutorium eius mali dicitur. contra renum aut lumborum, vesicae cruciatus in balnearum soliis pronos urinam reddere mitigatorium habetur. vulnera nodo Herculis praeligare
64 mirum quantum ocior medicina est, atque etiam cottidiani cinctus tali nodo vim quandam habere utilem dicuntur, quippe cum

---

1. remedia, *RV*. 1. 2. adhibeantur, *RV*. 2. inplexi, *RV*. beneficium, *C*. 3. parientem, *EV*. 5. vetuere] et veri, *R*. et vere, *V*. 6. vero] *om*. *E*. 9. quo, *E*. 11. 12. divexo, *E*. 12. saliva in] salivam, *E*. salibam, *V*. fontem, *E*. 13. a vertice] verticem, *V*. 14. cervici, *ER*². politis, *V*¹. pollicis, *V*². 15. his] *om*. *R*¹*V*. 16. in laeva] leva, *E*. 18. vel auribus, *ER*². horrores] *V*². errores, *R*¹. orrores, *V*¹. errores (horrores, *E*) corporis, *r*. sanguinem vel, *C*. 21. in] *om*. *R*¹*V*. demitti] *d*. dimitti, *r*. et] *R*². *om*. *r*. 22. sermone, *RV*. 23. melissum] *d*. messium, *E*. messimum, *R*². melissimum, *r*. 27. defixerit, *ER*². 29. visicae, *R*¹*V*. vesicaeve, *R*².

Herculaneum prodiderit numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine, et quare quaterni cyathi sextariive non essent potandi. contra lippitudines retro aures fricare prodest et lacrimosis oculis frontem. Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in aegritudine quamdiu oculorum pupillae imaginem reddant.

(18.) Magna et urinae non ratio solum sed etiam religio 65
apud auctores invenitur digestae in genera, spadonum quoque ad fecunditatis veneficia. verum ex his quae referre fas sit inpubium puerorum contra salivas aspidum quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum expuant, contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras et cum ervi farina contra adustiones, contra aurium pura vermiculosque, si decoquatur ad dimidias partes cum porro capitato novo fictili. vaporatio quoque ea menses feminarum ciet. Salpe 66
fovet illa oculos firmitatis causa, inlinit sole usta cum ovi albo, efficacius struthocameli, binis horis. hac et atramenti liturae abluuntur. virilis podagris medetur argumento fullonum, quos ideo temptari eo morbo negant. veteri miscetur cinis ostreorum adversus eruptiones in corpore infantium et omnia ulcera manantia. ea exesis, ambustis, sedis vitiis, rhagadiis et scorpionum 67
ictibus inlinitur. obstetricum nobilitas non alio suco efficacius curari pronuntiavit corporum pruritus, nitro addito ulcera capitum, porrigines, nomas, praecipue genitalium. sua cuique autem, quod fas sit dixisse, maxime prodest, confestim perfuso canis morsu echinorumque spinis inhaerentibus, et in spongea lanisve inposita aut adversus rabidi canis morsus cinere ex ea subacto, contraque serpentium ictus. nam contra scolopendras mirum proditur vertice tacto urinae suae gutta liberari protinus laesos.

(19.) Auguria valetudinis ex ea traduntur, si mane can- 68
dida, dein rufa sit, illo modo concoquere, hoc concoxisse

---

2. quaternis cyatis, *E.* 3. lepitudinem *RV.* 4. Augurium — 5. mortem] *om. E.* 7. solum] *om. RV.* 8. digesta, *E.* spadonum — 10. sit] *om. R¹V.* 9. fecunditates, *E.* veneficia] *ego.* beneficia, *C.* 10. inplumbium, *E.* 11. quo, *E.* 12. cicatricem, *E.* 13. contra adustiones — pura] *om. R¹V.* 16. illa] illa cum, *E.* albo] *d.* albi, *r.* 17. strutochaleli, *E.* strutocameli, *R.* strutocamelli, *V.* bidinis, *E.* busus, *V.* haec, *EV.* aramenti, *E.* 19. veterini, *E.* crinis, *R¹V.* 21. exesis] *R.* ex eius, *r.* gradis, *R¹V.* 25. perfuso] *E.* per se, *r.* carnis, *E.* 28. serpentium — contra] *om. E.* 31. tradentur, *R¹V.*

significatur. mala signa rubrae, pessima nigrae, mala bullantis, crassae, in qua quod subsidit si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem inminere, eadem viridis morbum viscerum, pallida bilis, rubens sanguinis. mala et in qua veluti
69 furfures atque nubeculae apparent. diluta quoque alba vitiosa est, mortifera vero crassa gravi odore et in pueris tenuis ac diluta. Magi vetant eius causa contra solem lunamque nudari aut umbram cuiusquam ab ipso respergi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet, ne deum aliquem nudatio offendat. Osthanes contra mala medicamenta omnia auxiliari promisit matutinis suam cuique instillatam in pedem.

70 7. (20.) Quae ex mulierum corporibus traduntur ad portentorum miracula accedunt, ut sileamus divisos membratim in scelera abortus, mensum piacula quaeque alia non obstetrices modo verum etiam ipsae meretrices prodidere, capilli si crementur, odore serpentes fugari, eodem nidore vulvae morbo
71 strangulatas respirare, cinere eo quidem, si in testa sint cremati vel cum spuma argenti, scabritias oculorum ac prurigines emendari, item verrucas et infantium ulcera, cum melle capitis quoque vulnera et omnium ulcerum sinus, addito melle ac ture panos, podagras, cum adipe suillo sacrum ignem, sanguinem sisti, inlito et in formicationes corporum.

72 (21). De lactis usu convenit dulcissimum esse mollissimumque et in longa febre coeliacisque utilissimum, maxime eius quae iam infantem removerit. et in malacia stomachi, in febribus rosionibusque efficacissimum experiuntur, item mammarum collectionibus cum ture, oculo ab ictu cruore suffuso et in dolore aut epiphora, si inmulgeatur, plurimum prodest, magisque cum melle et narcissi suco aut turis polline, superque in omni usu efficacius eius quae marem enixa sit multoque efficacissimum eius quae geminos pepererit mares et si vino
73 ipsa cibisque acrioribus abstineat. mixto praeterea ovorum candido liquore madidaque lana frontibus inpositum fluctiones oculorum suspendit. nam si rana saliva sua oculum asperserit,

---

2. et crassae, *R*. qua] aqua, *E*. subsidit si] *d*. subdita, *E*. subdia, R^2. subdit, R^1. subdiz, *V*. significant, R^1V. 4. qua] aqua, R^1V. 6. crassa] *E*. grassa, R^2. *om. r*. odores, *RV*. 13. diviso, *ER*. 15. capillis, *C*. 16. nidore] *V*. odore, *r*. 17. strangulatis, R^1V. sit, *RV*. 18. ac] et, R^1. as, *V*. 19. ulcera, R^1V. 20. et] et in, *E*. 26. rosionibus, *E*. 27. icto, *RV*. 29. ut turis, *E*. auctoris, *V*. pollinem, *E*. 30. eius] ee, *ER ex corr*. 31. peperit, R^2V^2. *om*. R^1V^1. 32. abstineatur, EV^2. absteneatur, V^1.

praecipuum est remedium, et contra morsum eiusdem bibitur instillaturque. eum qui simul matris filiaeque lacte inunctus sit liberari omni oculorum metu in totam vitam adfirmant. aurium quoque vitiis medetur admixto modice oleo aut, si ab ictu doleant, anserino adipe tepefactum. si sit odor gravior, ut plerumque fit longis vitiis, diluto melle lana includitur. et contra regium 74
morbum in oculis relictum instillatur cum elaterio. peculiariter valet potum contra venena quae data sunt e marino lepore, bupraestim, ut Aristoteles tradit, dorycnium, et contra insaniam quae facta sit hyoscyami potu. podagris quoque iubent inlini cum cicuta, alii cum oesypo et adipe anserino, qualiter et vulvarum doloribus inponitur. alvum etiam sistit potum, ut Rabirius scribit, et menses ciet. eius vero quae feminam enixa sit 75
ad vitia tantum in facie sananda praevalet. pulmonum quoque incommoda lacte mulieris sanantur, cui si admisceatur inpubis pueri urina et mel Atticum, omnia coclearium singulorum mensura, pura quoque aurium eici invenio. eius quae marem peperit lacte gustato canes rabiosos negant fieri.

(22.) Mulieris quoque salivam ieiunam potentem diiudi- 76
cant cruentatis oculis et contra epiphoras, si ferventes anguli oculorum subinde madefiant, efficacius, si cibo vinoque se pridie ea abstinuerit. Invenio et fascia mulieris alligato capite dolores minui.

(23.) Post haec nullus est modus. iam primum abigi 77
grandines turbinesque contra fulgura ipsa mense nudato. sic averti violentiam caeli, in navigando quidem tempestates etiam sine menstruis. ex ipsis vero mensibus, monstrificis alias, ut suo loco indicavimus, dira et infanda vaticinantur, e quibus 7, 63 sqq.
dixisse non pudeat, si in defectus lunae solisve congruat pestis illa, inremediabilem fieri, non segnius et in silente luna, coitusque tum maribus exitiales esse atque pestiferos, purpuram quo- 78

---

1. est] *E.* et, *r.* 2. stillaturque, *ER*². eum] *om. E.* inunctu, *R*². inuncta, *R*¹*V.* 3. omni] *om. E.* 4. 5. abiectu dolent, *E.* 5. si sit] *Sillig.* sistit, *C.* 8. valet] datur, *V*². sunt] *R*². sint, *R*¹*V.* 9. bupresti, *R*². presti (praesti, *V*¹.) mutatim, *R*¹*V*¹. dorycnum, *R.* dorhicnum, *V*². orhicnum, *V*¹. 11. oesypo] *codd. Gel.* esopo, *R*². meepo, *R*¹. sepo: *V*².//epo, *V*¹. oēpo, *F.* 12. potu, *V.* 14. in facie] *R*². *om. r.* 15. si] sic, *R.* 17. pura] *ego coll.* § *65.* marmora, *C.* 20. contra epiphoras si] *Brot.* si contra ep., *C.* 21. madefiant] *d.* madeficant, *V*². madedificant, *r.* 22. fasciam, *V.* 25. nudatos, *R*². 29. solisve] suae, *R.* (?) pestis] *ego.* is, *C.* vis, *v.* 31. tum] sum, *V.* purpuram] *d.* purpura, *V*¹. fulgora, *R ex corr. V*¹².

que eo tempore ab his pollui, tanto vim esse maiorem, quo-
cumque autem alio menstruo si nudatae segetem ambiant, urucas
et vermiculos scarabaeosque ac noxia alia decidere. Metrodorus
Scepsius in Cappadocia inventum prodit ob multitudinem can-
tharidum; ire ergo per media arva retectis super clunes vestibus. 5
alibi servatur ut nudis pedibus eant capillo cinctuque dissoluto.
cavendum ne id oriente sole faciant, sementim enim arescere,
item novella prata tactu in perpetuum laedi, rutam et hederam
79 res medicatissimas ilico mori. Multa diximus de hac violentia,
sed praeter illa certum est apes tactis alvariis fugere, lina, cum 10
coquantur, nigrescere, aciem in cultris tonsorum hebetari, aes
contactu grave virus odoris accipere et aeruginem, magis si
descrescente luna id accidat, equas, si sint gravidae, tactas ab-
ortum pati, quin et aspectu omnino, quamvis procul visas, si
purgatio illa post virginitatem prima sit aut in virgine aetatis 15
80 sponte. nam et bitumen in Iudaea nascens sola hac vi superari
7, 65 filo vestis contactae docuimus. nec igni quidem vincitur quo
cuncta, cinisque etiam ille, si quis aspargat lavandis vestibus,
purpuras mutat, florem coloribus adimit. ne ipsis quidem feminis
malo suo inter se inmunibus abortus facit inlitu, aut si omnino 20
81 praegnas supergradiatur. quae Lais et Elephantis inter se con-
traria prodidere de abortivis, carbone e radice brassicae vel myrti
vel tamaricis in eo sanguine extincto, itemque asinas tot annis
non concipere quot grana hordei contacta ederint, quaeque alia
nuncupavere monstrifica aut inter ipsas pugnantia, cum haec 25
fecunditatem fieri isdem modis quibus sterilitatem illa prae-
82 nuntiaret, melius est non credere. Bithus Durrachinus hebe-
tata aspectu specula recipere nitorem tradit isdem aversa rursus
contuentibus, omnemque vim talem resolvi, si mullum piscem
secum habeant, multi vero inesse etiam remedia tanto malo, 30
podagris inlini, strumas et parotidas et panos, sacros ignis,
furunculos, epiphoras tractatu mulierum earum leniri, Lais et
Salpe canum rabiosorum morsus et tertianas quartanasque febris

---

1. 2. quoque, *R.* 2. menstruos, *R.* 3. noxa, *V.* 7. semen-
tim] *Janus.* sementia, *C.* 8. novella] *d.* novelle, *r.* prata] *ego.* ta,
V^1. *om. r.* rutam] *codd. Gel.* torutam, V^1. turutam, *r.* ederam, *C.*
9. illico mori, *R.* ico mari, *V.* 11. hebetescere, *R.* ebetari, *V.*
16. et bitumen] *ego.* ut bitumen, V^1. ubi semen, *R. ex corr.* V^2.
in iudaea] *codd. Gel.* iudaea in, *d. om. r.* haec vis, *R.* superare,
V. 17. vestis contactae] *d.* vesti contecte (contexte, R^1. conteste, V^1.)
r. nec] ne, R^2. 20. illitu, *d.* inlitus, V^1. illitus, *r.* 21. lagis, *R.*
clepatis, *V.* 22. de] *om. R.* e] ac, *V.* 27. est] *om. V.*
27. 28. ebetat, *V.* 28. aversas, V^2. 30. malo] magis, *R ex corr.*

menstruo in lana arietis nigri argenteo bracchiali incluso, Diotimus Thebanus vel omnino vestis ita infectae portiuncula ac 83
vel pellicio bracchiali insertae. Sotira obstetrix tertianis quartanisque efficacissimum dixit plantas aegri subterlini, multoque
5 efficacius ab ipsa muliere et ignorantis, sic et comitialis excitari. Icatidas medicus quartanas finiri coitu, incipientibus dumtaxat menstruis, spopondit. inter omnes vero convenit, si aqua po- 84
tusque formidetur a morsu canis, supposita tantum calici lacinia tali, statim metum eum discuti, videlicet praevalente sympathia
10 illa Graecorum, cum rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. cinere eo iumentorum omnium ulcera sanari 7, 64
certum est addita caminorum farina et cera, maculas autem e veste eas non nisi eiusdem urina ablui, cinerem per se rosaceo 85
mixtum feminarum praecipue capitis dolores sedare inlitum fronti,
15 asperrimamque vim profluvii eius esse per se annis virginitate soluta. id quoque convenit, quo nihil equidem libentius credideriim, tactis omnino menstruo postibus inritas fieri Magorum artes, generis vanissimi, ut aestimare licet. ponam enim vel 86
modestissimum e promissis eorum, ex homine siquidem resig-
20 mina unguium e pedibus manibusque cera permixta, ita ut dicatur tertianae, quartanae vel cotidianae febri remedium quaeri, ante solis ortum alienae ianuae adfigi iubent ad remedia in his morbis, quanta vanitate, si falsum est, quanta vero noxia, si transferunt morbos! innocentiores ex his omnium digitorum
25 resigmina unguium ad cavernas formicarum abici iubent eamque quae prima coeperit trahere correptam subnecti collo, ita discuti morbum.

8. (24.) Haec sunt quae retulisse fas sit ac pleraque ex 87
his non nisi honore dicto, reliqua intestabilia, infanda, ut festi-
30 net oratio ab homine fugere. in ceteris claritates animalium aut operum sequemur. Elephanti sanguis, praecipue maris, fluctiones omnis quas rheumatismos vocant sistit. ramentis eboris 88
cum melle Attico, ut aiunt, nubeculae in facie, scobe paronychia tolluntur. proboscidis tactu capitis dolor levatur, efficacius si

---

2. vestes, *V*. porciuncullam, V^1. porcionem ullam, V^2. 3. pelicio, R^1V. 4. aegris, *V*. 5. ignorantis] *Urlichs vind. 605.* ignoranti, *C*. 9. metu, *V*. 12. 13. e veste eas] R^2. evesteas, V^2. eiceaesteneas, *r*. 13. se rosaceo] R^2 soraceo, *r*. 15. per] pro, *V*. 16. resoluta, *V*. quo] quod, *C*. 17. omni, R^1V. 23. vero] R^1. ve, *r*. 25. abiici, *R*. ibici, V^1. obici, V^2. 26. culo, *V*. 28. plereque, *V*. 28. 29. ex his] *om.* R^1V. 31. sequimur, R^1. sequeremur, R^2. 34. promoscidis, V^2.

et sternuat. dextra pars proboscidis cum Lemnia rubrica adalligata inpetus libidinum stimulat. sanguis et syntecticis prodest, iocurque comitialibus morbis.

89 (25.) Leonis adipes cum rosacio cutem in facie custodiunt a vitiis candoremque. sanant et adusta nivibus articulorumque tumores. Magorum vanitas perunctis adipe eo faciliorem gratiam apud populos regesve promittit, praecipue tamen eo pingui
90 quod sit inter supercilia, ubi esse nullum potest. similia dentis, maxime a dextera parte, villique e rostro inferiore promissa sunt. fel aqua addita claritatem oculis inunctis facit et cum adipe eiusdem comitiales morbos discutit levi gustu et ut protinus qui sumpsere cursu id digerant. cor in cibo sumptum quartanis medetur, adips cum rosaceo cotidianis febribus. perunctos eo bestiae fugiunt, resistere etiam insidiis videtur.

91 (26.) Cameli cerebrum arefactum potumque ex aceto comitialibus morbis aiunt mederi, item fel cum melle potum, hoc et anginae, cauda arefacta solvi alvom, fimi cinere crispari capillum. cum oleo et dysintericis prodest inlitus cinis potusque quantum tribus digitis capiatur, et comitialibus morbis. urinam fullonibus utilissimam esse tradunt itemque ulceribus manantibus — barbaros constat servare eam quinquennio et heminis potae ciere alvom — saetas e cauda contortas et sinistro bracchio alligatas quartanis mederi.

92 (27.) Hyaenam Magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione posuerunt, utpote cui et ipsi magicas artes dederint vimque qua alliciat ad se homines mente alienatos. de permu-
8, 105. tatione sexus annua vice diximus, ceteraque de monstrifica natura eius, nunc persequemur quaecumque medicinis produntur.
93 praecipue pantheris terrori esse traditur, ut ne conentur quidem resistere, et aliquid e corio eius habentem non adpeti, mirumque dictu, si pelles utriusque contrariae suspendantur, decidere

---

1. et sternuat] externuat, *V*. promoscidis, V^2. 2. sanguinis, R^1V. 3. iecurque, *R*. iocusque, *V*. 4. faciem, *C*. 6. magnorum, *C*. vanitates, R^1V. eo] R^2. *om. r.* 9. ad, *V*. inferi, R^1V. 12. cursu] gustu, *R ex corr.* digerunt, *V*. in cibo] *d.* in cibos, R^2. in bos, R^1. imbo, *V*. 13. adipe cum, R^2. adipum, R^1. adipsum, *V*. 14. eos, R^1V. videntur, V^2. sui dentur, R^1V^1. 17. caulae, *V*. fumi canere, *V*. 18. *dist. ego.* et] ad, R^2. 21. constat] *om.* R^1V^1. 22. saetas e cauda, R^2. seda, (seta, V^2.) secunda, *V*. secundo, R^1. 25. dederunt, RV^2. 26. mente] *d.* mentes, R^1V^1. mentis, *r.* alienantes, R^1. alienantos, R^2. alienatus, V^1. 26. de] *om.* R^1V^1. 27. de] *om.* R^1V. 27. 28. naturae, *V*. 28. quaecum, *V*. 29. terroris, R^1V.

pilos pantherae; cum fugiant venantem, declinare ad dexteram
ut praegressi hominis vestigia occupent; quod si successerit,
alienari mentem ac vel ex equo hominem decidere; *at* si in
laevam detorserit, deficientis argumentum esse celeremque ca-
5 pturam, facilius autem capi, si cinctus suos venator flagellum-
que inperitans equo septenis alligaverit nodis. mox, ut est 94
sollers ambagibus vanitas Magorum, capi iubent geminorum
signum transeunte luna singulosque prope pilos servari, capitis
dolori inligatam cutem prodesse quae fuerit in capite eius, lip-
10 pitudini fel inlitum frontibus aut, ne omnino lippiatur, decoctum
cum mellis Attici cyathis tribus et croci uncia inunctum, sic
et caligines discuti et suffusiones, claritatem excitari melius in- 95
veterato medicamento, adservari autem in Cypria pyxide, eodem
sanari argema, scabritias, excrescentia in oculis, item cicatrices,
15 glaucomata vero iocineris recentis inassati sanie cum despu-
mato melle inunctis, dentes eius dentium doloribus tactu prod-
esse vel alligatos ordine, umeros umerorum et lacertorum do-
loribus, eiusdem dentes, si de sinistra parte rostri, inligatos
pecoris aut capri pelle stomachi cruciatibus, pulmones in cibo 96
20 sumptos coeliacis, ventriculis cinerem cum oleo inlitum, nervis
medullas e dorso cum oleo vetere ac felle, febribus quartanis
iocur degustatum ter ante accessiones, podagris spinae cinerem
cum lingua et dextro pede vituli marini addito felle taurino,
omnia pariter cocta atque inlita hyaenae pelle, in eodem morbo
25 prodesse et fel cum lapide Assio, tremulis, spasticis, exilientibus 97
et quibus cor palpitet aliquid ex corde coctum mandendum ita
ut reliquae partis cinis cum cerebro hyaenae inlinatur, pilos
etiam auferri hac conpositione inlita aut per se felle, evulsis
prius quos renasci non libeat, sic et palpebris inutiles tolli,
30 lumborum doloribus carnes e lumbis edendas inlinendasque cum
oleo, sterilitatem mulierum emendari oculo cum glycyrrhiza et
aneto sumpto in cibo, promisso intra triduum conceptu. contra 98
nocturnos pavores umbrarumque terrorem unus e magnis den-
tibus lino alligatus succurrere narratur. suffiri furentes eodem

---

3. decipere, *V*. at] *om*. R^2. ut, *r*. 4. leva, *C*. 6. inperitas equos septinis, *V*. ut est] aut, R^1. est, R^2. //itē, *V*. 7. magnarum, *V*. 8. pro, *V*. 9. 10. libidine, *V*. 11. uncia] in uncia, *V*. 15. verum, *V*. inassatis ante, *V*. 17. ordine umeros] umeri ordine, *C*. 18. rostri] R^2. *om*. *r*. 25. asio, *C*. 28. hac] a, *V*. aut] vel, *V*. 29. quos] quam, *V*. 30. sedandas, *V*. 31. emendare, *R*. oculo cum] *d*. oculorum cum, R^2. oculorum, *r*. clizeriza, R^1V. 34. succurrere narratur] *om*. R^1V^1. furentes suffiri, R^2.

et circumligari ante pectus cum adipe renium aut iocinere aut
pelle praecipiunt. mulieri candida a pectore hyaenae caro et
pili septem et genitale cervi, si inligentur dorcadis pelle, collo
99 suspensa continere partus promittuntur, venerem stimulare ge-
nitalia ad sexus suos in melle sumpta, etiamsi viri mulierum 5
coitus oderint, quin immo totius domus concordiam eodem ge-
nitali et articulo spinae cum adhaerente corio adservatis con-
stare. hunc spinae articulum sive nodum Atlantion vocant, est
autem primus. in comitialium quoque remediis habent eum.
100 adipe accenso serpentes fugari dicunt, maxilla comminuta in 10
aneso et in cibo sumpta horrores sedari, eodem suffitu mulie-
rum menses evocari. tantumque est vanitatis ut, si ad bracchium
alligetur superior *e* dextra parte rostri dens, iaculantium ictus
deerraturos negent; palato eiusdem arefacto et cum alumine
Aegyptio calefacto ac ter in ore permutato faetores et ulcera 15
oris emendar*i*, eos vero qui linguam in calciamento sub pede
101 habeant non latrari a canibus, sinistra parte cerebri naribus
inlita morbos perniciosos mitigar*i* sive hominum sive quadripe-
dum, frontis corium fascinationibus resistere, cervicis carnis, sive
mandantur sive arefactae bibantur, lumborum doloribus, nervis 20
a dorso armisque suffiendos nervorum dolores, pilos rostri ad-
motos mulierum labris amatorium esse, iocur in potu datum
102 torminibus et calculis mederi; nam cor in cibo potuve sumptum
omnibus doloribus corporum auxiliari, lienem lienibus, omentum
ulcerum inflammationi*bus* cum oleo, medullas doloribus spinae 25
et nervorum lassitudini, renium nervos potos in vino cum ture
fecunditatem restituere ademptam veneficio, vulvam cum mali
Punici dulcis cortice in potu datam prodesse mulierum vulvae,
adipe a lumbis suffiri parientes difficulter et statim parere, e
103 dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari, spa- 30
sticis genitale e maribus suffitu, item lippientibus, ruptis et
contra inflammationes, servatos pedes tactu, laevos dexteris par-
tibus, dexteros laevis, sinistrum pedem superlatum parturienti
letalem esse, dextro inlato facile eniti, membranam quae fel

---

1. cum] *R*². suum cum, *r*. 3. cervi si] cervis, *V*. collae, *V*.
8. hinc, *R*¹*V*. spinae] ruinae, *R*². 11. suffitu] *d*. suffito, *R*². suffitis, *R*¹. suffittis, *V*. 13. superior e] *Urlichs vind. 608*. superioris, *d*. superiori, *r*. dextrae partis, *R*². 16. emendare, *C*. 18. mitigare, *C*. 21. sufficiendos, *V*. 23. iam, *R*. potune, *V*. potu, *R*¹. sumptum] *om*. *R*¹. 25. inflammationis, *C*. 28. data, *V*.
29. adipsoe, *R*¹. adips, *R*². adipsè, *V*¹. 30. medulla, *V*. 31. lipientibus, *RV*². 32. inflationes, *V*. 33. superlatu, *V*.

continuerit cardiacis potam in vino vel in cibo sumptam succurrere, vesicam in vino potam contra urinae incontinentiam, quae autem in vesica inventa sit urina, additis oleo ac sesamis 104
et melle haustam prodesse aegrimoniae veteri, costarum primam
5 et octavam suffitu ruptis salutarem esse, ex spina vero parturientibus ossa, sanguinem cum polenta sumptum torminibus, eodem tactis postibus ubicumque Magorum infestari artes, non elici deos nec conloqui, sive lucernis síve pelvi, sive aqua sive pila, sive quo alio genere temptetur, carnes si edantur, contra
10 rabidi canis morsus efficaces esse, etiamnum iocur efficacius, carnis vel ossa hominis quae in ventriculo occisae inveniantur 105
suffitu podagricis auxiliari, si ungues inveniantur in his, mortem alicuius capientium significari, excrementa sive ossa reddita, cum interematur, contra magicas insidias pollere, fimum quod in
15 intestinis inventum sit arefactum ad dysintericos valere, potum inlitumque cum adipe anserino toto corpore opitulari laesis malo medícamento, a cane vero morsis adipem inlitum et corium substratum, rursus tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustelae 106
perunctos omnibus odio venire, idem fieri oculo decocto. super
20 omnia est quod extremam fistulam intestini contra ducum ac potestatium iniquitates commonstrant et ad successus petitionum iudiciorumque ac litium eventus, si omnino tantum aliquis secum habeat, eiusdem caverna in sinistro lacerto alligata si quis mulierem prospiciat, amatorium esse tam praesens ut ilico se-
25 quatur, eiusdem loci pilorum cinerem ex oleo inlitum viris qui sint probrosae mollitiae severos, non modo pudicos mores induere.

(28.) Proxime fabulosus est crocodilus ingenio quoque, ille 107
cui vita in aqua terraque communis. duo enim genera eorum.
30 illius e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto coitus, si credimus, stimulant, canini dentes febris statas arcent ture repleti — sunt enim cavi — ita ne diebus quinque ab aegro cernatur qui adalligaverit. idem pollere et ventre exemptos

---

1. potam] *d.* pota, *r.* sumptam] R^2. sumptam (sumpta, *V*) contra, *r.* 3. sesamis] *d.* sebanis, *R.* sebamis, *V.* 4. haustam] *codd. Gel.* has iam, *d.* asiam, *r.* aegrimoniae] *codd. Barb. et Gel.* melli egrimonio, R^1. egrimonio, *r.* 8. sive lucernis] *d.* sine lucernis, *r.* pelvi] *codd. Gel.* lui, R^1V^1. pulvi, *r.* 9. quod, *V.* temptentur, R^2. 12. suffitu — inveniantur] *om.* R^1V^1. podagris, R^2. 16. malo — 17. inlitum] malo, R^1. malum, V^1. 23. habeat] habet (habeat, V^2) ad, *V.* cavernas, V^2. in] V^2. *om. r.* alligatam, R^2. religatam, *r.* 28. est] R^2. et, *r.* crocodilos, R^1V. 33. et] *om. V.*

108 lapillos adversus febrium horrores venientis tradunt. eadem de causa Aegypti perungunt adipe aegros suos. alter illi similis, multum infra magnitudine, in terra tantum odoratissimisque floribus vivit. ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore referta; crocodileam vocant, oculorum vitiis utilissimam cum porri suco inunctis et contra suffusiones vel caligines.
109 inlita quoque ex oleo cyprino molestias in facie nascentis tollit, ex aqua vero morbos omnes quorum natura serpit in facie, nitoremque reddit. lentigines tollit ac varos maculasque omnes, et contra comitiales morbos bibitur ex aceto mulso binis obolis adposita menses ciet. optima quae candidissima et friabilis minimeque ponderosa, cum teratur inter digitos, fermentescens.
110 lavatur ut cerussa. adulterant amylo aut Cimolia, sed maxime *sturnorum fimo quos* captos oryza tantum pascunt. felle inunctis oculis ex melle contra suffusiones nihil utilius praedicant. intestinis et reliquo corpore eius suffiri vulva laborantis salutare tradunt, item velleribus circumdari vapore eiusdem infectis. corii utriusque cinis ex aceto inlitus his partibus quas secari opus sit aut
111 nidor cremati sensum omnem scalpelli aufert. sanguis utriusque claritatem visus inunctis *dat,* cicatrices oculorum emendat. corpus ipsum excepto capite pedibusque elixum manditur ischiadicis tussimque veterem sanat, praecipue in pueris, item lumborum dolores. habent et adipem quo tactus pilus defluit. hic perunctos a crocodilis tuetur, instillaturque morsibus. cor adnexum in lana ovis nigrae cui nullus alius colos incursaverit et primo partu genitae quartanas abigere dicitur.

112 (29.) Iungemus illis simillima et peregrina aeque animalia, priusque chamaeleonem peculiari volumine dignum existimatum Democrito ac per singula membra desecratum, non sine magna voluptate nostra cognitis proditisque mendaciis Graecae vanitatis. similis et magnitudine est supra dicto crocodilo, spinae tantum
113 acutiore curvatura et caudae amplitudine distans. nullum animal pavidius existimatur et ideo versicoloris esse mutationis. vis eius maxima contra accipitrum genus. detrahere enim supervolantem

---

1. orrore, *V.* eadem] *R*². etiam, *r.* 2. adipe] et adipe, *R.* 5. farta crocodillea, *V.* 7. enascenti, *R*². 10. morbos] *om. R*¹*V.* 13. ut cerussa] *d. om. r.* aut cimolia] *R*². aut olias, *R*¹. autem olius, *V.* 14. sturnorum—quos] *Janus ex Dioscor. 2, 98.* qui, *R*². sui, *r.* orizia, *V.* [20. dat] *Urlichs vind. 609. om. C.* 22. sanat] *d.* sanant, *r.* 23. habent et] *R*². habent, *V*². habas et, *r.* hoc, *C.* 24. crocodillus retur, *V.* 25. ex, *R.* 29. desegratum, *V.* 32. amplitudine distans] *d.* amplitudinem, *r.*

ad se traditur et voluntarium praebere lacerandum ceteris animalibus. caput eius et guttur, si roboreis lignis accendantur, imbrium et tonitruum concursus facere Democritus narrat, item iocur in tegulis ustum. reliqua ad venefica pertinentia quae 114
5 dicit, quamquam falsa existimantes, omittemus praeterquam ubi inrisu coarguentium: dextro oculo, si viventi eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli, lingua adalligata pericula puerperii, eundem salutarem esse parturientibus, si sit domi, si vero inferatur, perniciosissimum, linguam, si viventi exempta
10 sit, ad iudiciorum eventus pollere, cor adversus quartanas inligatum lana nigra primae tonsurae. pedem e prioribus dextrum 115
pelle hyaenae adalligatum sinistro bracchio contra latrocinia terroresque nocturnos pollere, item dextram mamillam contra formidines pavoresque, sinistrum vero pedem torreri in furno
15 cum herba quae aeque chamaeleon vocetur, additoque unguento pastillos eos in ligneum vas conditos praestare, si credimus, ne cernatur ab aliis qui id habeat, armum dextrum ad vincendos 116
adversarios vel hostes valere, utique si abiectos eiusdem nervos calcaveris — sinistrum umerum quibus monstris consecret,
20 qualiter somnia quae velis et quibus velis mittantur, pudet referre — somnia ea dextro pede resolvi, sicut sinistro latere lethargos quos fecerit dexter, sic capitis dolores insperso vino in quo latus alterutrum maceratum sit sanari. si feminis sinistri vel pedis cinere misceatur lac suillum, podagricos fieri inlitis
25 pedibus, felle glaucomata et suffusiones corrigi prope creditur 117
tridui inunctione, serpentes fugari ignibus instillato, mustelas contrahi in aquam coiecto, corpori vero inlito detrahi pilos. idem praestare narrat iocur cum ranae rubetae pulmone inlitum, praeterea iocinere amatoria dissolvi, melancholicos autem sanari,
30 si ex corio chamaeleonis sucus herbae Heleniae bibatur, intestina et fartum eorum, cum animal id nullo cibo vivat, cum simiarum urina inlita inimicorum ianuae odium omnium hominum his conciliare, cauda flumina et aquarum impetus sisti, serpentes 118
soporari, eadem medicata cedro et murra inligataque gemino

---

1. ei, *V.* 3. cursus, *V.* 8. si sit] *d.* sisti, *r.* 16. pastillos] in pastillos, *R.* in] *d.* ad in, *r.* 17. qui id] *ego coll. Gellio 10, 12.* quid, *C.* 19. calcaveris] *Urlichs vind. 610.* calcaverit, *C.* 20. mittantur] *d.* mittant, *r.* 21. somnia] *Pint.* omnia, *C.* 22. sic] *d.* sit, *r.* 23. laus, *V.* si] *cod. Tol. om. r.* 26. iniunctione, *V.* lenibus, *V.* 28. rana, *V.* 29. propterea, *V.* 30. Heleniae] *Ianus.* bebente, R^1. lebente, V^1. debente, *r.* 31. fartis meorum, V^1. partem eorum, V^2. id] R^2. *om. r.* cum] *om. C.* 32. urinam, *C.*

ramo palmae percussam aquam discuti, ut quae intus sint omnia appareant, utinamque eo ramo contactus esset Democritus, quoniam ita loquacitates inmodicas promisit inhiberi. palamque est virum alias sagacem et vitae utilissimum nimio iuvandi mortales studio prolapsum.

119 (30.) Ex eadem similitudine est scincus, quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerunt, candidior autem et tenuiore cute. praecipua tamen differentia dinoscitur a crocodilo, squamarum serie a cauda ad caput versa. maximus Indicus, deinde Arabicus. adferuntur salsi. rostrum eius et pedes in vino albo poti cupiditates veneris accendunt, utique cum satyrio et erucae semine singulis drachmis omnium ac piperis duabus admixtis.
120 ita pastilli singularum drachmarum bibantur. per se laterum carnes obolis binis cum murra et pipere pari modo potae efficaciores ad idem creduntur. prodest et contra sagittarum venena, ut Apelles tradit, ante posteaque sumptus. in antidota quoque nobilia additur. Sextius plus quam drachmae pondere in vini hemina potum perniciem adferre tradit, praeterea eiusdem decocti ius cum melle sumptum venerem inhibere.

121 (31.) Est crocodilo cognatio quaedam amnis eiusdem geminique victus cum hippopotamio, repertore detrahendi sanguinis,
8, 96 ut diximus, plurimo autem super Saiticam praefecturam. huius corii cinis cum aqua inlitus panos sanat, adips frigidas febres, item fimum suffitu, dentes e parte laeva dolorem dentium scarifatis gingivis. pellis eius e sinistra parte frontis inguini adalligata venerem inhibet, eiusdem cinis alopecias explet. testiculi drachma ex aqua contra serpentes bibitur. sanguine pictores utuntur.

122 (32.) Peregrinae sunt *et* lynces, quae clarissime quadripedum omnium cernunt. ungues earum omnes cum corio exuri efficacissime in Carpatho insula tradunt. hoc cinere poto propudia virorum, eiusdemque aspersu feminarum libidines inhiberi, item pruritus corporum, urina stillicidia vesicae. itaque eam protinus terra pedibus adgesta obruere traditur. eadem autem et iugulorum dolori monstratur in remedio.

---

1. palmo, *V*. ut quae] *d*. utq;, R^2. vaq;, R^1. utique, *V*. 5. proba ipsum, *R*. 6. quem] et, *V*. 9. serte, *V*. versa] tunsa, *V*. 11. potu, *V*. acedunt, *V*. 12. *interp. ego*. 19. decocto vis, *V*. 20. cognatio] R^2. *om. r*. 21. cum] quo, *V*. trahendi, *R*. 22. plurimi, *R*. salticam, *V*. 24. 25. sacrificatis, R^1. scarificatis, R^2. 25. inguini] *Urlichs vind. 612*. in agmina, *C*. adalligatam, *V*. 28. et] *om. C*. 31. eiusdemque—feminarum] *om*. R^1V^1. eiusdem, R^2. libines, V^2. libies, R^1V^1. 33. terrae, *V*.

9. (33.) Hactenus de externis. nunc praevertemur ad no- 123
strum orbem, primumque communia animalium remedia atque
eximia dicemus, sicuti e lactis usu. utilissimum cuique maternum.
concipere nutrices exitiosum est, hi sunt enim infantes qui
5 colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem. est autem
colostra prima a partu spongea densitas lactis. maxime autem
alit quodcumque humanum, mox caprinum, unde fortassis fa-
bulae Iovem ita nutritum dixere. dulcissimum ab hominis
camelinum, efficacissimum ex asinis. magnorum animalium et
10 corporum facilius redditur. stomacho adcommodatissimum ca- 124
prinum, quoniam fronde magis quam herba vescuntur. bubulum
medicatius, ovillum dulcius et magis alit, stomacho minus utile,
quoniam est pinguius. omne autem vernum aquatius aestivo
et de novellis, probatissimum vero quod in ungue haeret nec
15 defluit. innocentius decoctum, praecipue cum calculis marinis.
alvus maxime solvitur bubulo, minus autem inflat quodcumque
decoctum. usus lactis ad omnia intus exulcerata, maxime renes, 125
vesicam, interanea, fauces, pulmones, foris pruritum cutis, eru-
ptiones pituitae poti ab abstinentia. nam ut in Arcadia bubulum
20 biberent phthisici, syntectici, cachectae, diximus in ratione her- 25, 94
barum. sunt inter exempla qui asininum bibendo liberati sint
podagra chiragrave. medici speciem unam addidere lactis gene- 126
ribus quod schiston appellavere. id fit hoc modo: fictili novo
fervet caprinum maxime, ramisque ficulneis recentibus miscetur
25 additis totidem cyathis mulsi quot sint heminae lactis. cum
fervet, ni circumfundatur praestat cyathus argenteus cum frigida
aqua demissus ita ne quid infundat. ablatum deinde igni re-
frigeratione dividitur et discedit serum a lacte. quidam et ipsum 127
serum iam multo potentissimum decocunt ad tertias partes et
30 sub diu refrigerant. bibitur autem efficacissime heminis per
intervalla, satis diebus quinae, melius a potu gestari. datur
comitialibus, melancholicis, paralyticis, in lepris, elephantiasi,

---

1. praevertens, R^1V. 3. e] R^1. de, R^2. ae, V. 4. conspicere, R^1V^1. 12. alit] alii, V^2. ati, V^1. 13. vernum aquatius] *d.* aquatius (aquacius, V) vernum, *r.* 14. ungue] unget te, R^1. unguente, R^2. unge, R^2 *in marg.* 17. intus exulcerata] *codd. Murb. et Gel.* ictus exulcerata, R^2. ictu tetus, V^2. tetuse (tetus R^1) aulocrata, *r.* 18. proripitua citis, R^1. 19. poti ab] post, R^2. poscit, R^1. poti//, V. poti at, F. abstinentiam, R. arcadia] *codd. Gel.* achaia, R. achaiam, V. 20. cachectae] *codd. Barb.* cacohetae, C. 22. cheragrave, R. theragrativae, V^1. theragraque, V^2. 23. fictile, C. 24. fero et, C. 26. cum] cum et, C. 27. dimissus, V. 31. satis] *lanus.* salis in, R^2. salis, *r.* illius, V.

128 articularis morbis. infunditur quoque lac contra rosiones a medicamentis factas et, si urat dysinteria, decoctum cum marinis lapillis aut cum tisana hordeacia. item ad intestinorum rosiones bubulum aut ovillum utilius. recens quoque dysintericis infunditur, ad colum autem crudum, item vulvae et propter serpentium ictus potisve pityocampis, bupresti, cantharidum aut sala-
129 mandrae venenis, privatim bubulum his qui Colchicum biberint aut cicutam aut dorycnium aut leporem marinum, sicut asininum contra gypsum et cerussam et sulpur et argentum vivum, item durae aluo in febri. gargarizatur quoque faucibus exulceratis utilissime, et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus quos atrophos vocant, in febri etiam quae careat dolore capitis. pueris ante cibum lactis asinini heminam dari, aut si exitus cibi rosiones sentirent, antiqui in arcanis habuerunt, si hoc non esset,
130 caprini. bubuli serum orthopnoicis prodest ante cetera addito nasturtio. inunguntur etiam oculi in lactis heminas additis sesamae drachmis quattuor tritis in lippitudine. caprino lienes sanantur, post bidui inediam tertio die hedera pastis capris, per triduum poto sine alio cibo. lactis usus alias contrarius capitis doloribus, hepaticis, splenicis, nervorum vitio, febres habentibus, vertigini, praeterquam purgationis gratia, gravedini, tussientibus, lippis. suillum utilissimum tenesmo, dysinteriae nec non phthisicis. hoc et mulieribus saluberrimum qui dicerent fuerunt.

131 (34.) De generibus caseorum diximus, cum de uberibus
11, 240 sqq. singulisque membris animalium diceremus. Sextius eosdem effectus equino quos bubulo tradit. hunc vocant hippacen. stomacho utiles qui non sunt salsi, id est recentes. veteres alvum sistunt corpusque minuunt, stomacho inutiliores, et in
132 totum salsa minuunt corpus, alunt mollia. caseus recens cum melle suggillata emendat, mollis alvum sistit, sedat tormina pastillis in vino austero decoctis rursusque in patina tostis cum melle. saprum vocant qui cum sale et sorbis siccis e vino tritus potusque medetur coeliacis, genitalium carbunculis caprinus tritus inpositus, item acidus cum oxymelite. maculis in balineo inlitus oleo interlinitur.

---

6. pytoscampis, *R.* potio campis, *V.* 7. colchicon, *codd. Barb.* cholicum, *C.* 14. sentiret, *V.* 14. 15. esse e caprino, *V.* 16. cauli, *V.* in latis, V^1. illatis, V^2. additum, R^1. additi, V^1. addita, *r.* 16. 17. sesamae] *cod. Tol.* sami id, R^1F. sami//, V^1. semi, *r.* 18. tertia, *R.* 19. lacti sucus, *V.* 21. gravedini] *om. V.* 23. mulieribus] *d.* mulieres, *r.* 26. vocat, R^1V. 28. inutiliores] *Urlichs vind. 614.* utiliores, *C.* 33. genitalibus, R^1V. 34. idem, *V.*

(35.) E lacte fit et butyrum, barbararum gentium lautis- 133
simus cibus et qui divites a plebe discernat, plurimum e bubulo,
et inde nomen, pinguissimum ex ovibus. fit et ex caprino, sed
hieme calefacto lacte, aestate expresso tantum crebro iactatu
5 in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub
ipso ore alias praeligato. additur paululum aquae ut acescat.
quod est maxime coactum in summo fluitat, id exemptum addito 134
sale oxygala appellant. relicum decocunt in ollis. ibi quod
supernatat butyrum est oleosum natura. quo magis virus resipit
10 hoc praestantius iudicatur. pluribus conpositionibus miscetur
inveteratum. natura eius adstringere, mollire, replere, purgare.

(36.) Oxygala fit et alio modo, acido lacte addito in recens 135
quod velis inacescere, utilissimum stomacho. effectus dicemus
suis locis.

15 (37.) Proxima in communibus adipi laus est, sed maxime
suillo, apud antiquos etiam religiosius. certe novae nuptae in-
trantes etiamnum sollemne habent postes eo attingere. inveterat-
tur duobus modis, cum sale aut sincerus, tanto *utilior quanto*
sit vetustior. Axungiam Graeci etiam appellavere eam in vo- 136
20 luminibus suis. neque est occulta virium causa, quoniam id
animal herbarum radicibus vescitur — itaque etiam fimo in-
numeri usus — quamobrem non de alia loquemur *quam e* sue.
multo efficacior e femina est quae non peperit, multo vero
praestantior in apris. est igitur usus axungiae ad emollienda,
25 excalfacienda, discutienda purgandaque. medicorum aliqui ad- 137
mixto anseris adipe taurorumque sebo et oesypo ad podagras
uti iubent, si vero permanet dolor, cum cera, myrto, resina, pice.
sincera axungia medetur ambustis vel nive, pernionibus autem
cum hordei cinere et galla pari modo. prodest et confricatis
30 membris, itinerumque lassitudines et fatigationes levat. ad tussim
veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis
tribus addito melle. vetus etiam phthisis pilulis sumpta sanat 138
quae sine sale inveterata est. omnino enim non nisi ad ea quae

---

3. et ex] ex, *R.* et, *V.* 4 hieme] *B.* hi Faxe, *V.* 5. spiritu, *V.* 6. paulum, *V.* accescat, *V.* 7. quoacto, R^1. quoagulum, R^2. 7. exemplum, *R.* 9. quo] qua, R^1. quod, R^2. 13. velis] *codd. Gel.* ve, R^2. *om. r.* inacescere] *d.* inmacescere, *R.* inmarcescere, *V.* 18. utilior quanto] *om. C.* 19. eam] V^2. iam, *r.* 21. herbarum] R^2. herbarum causa, *r.* 22. loquimur, R^2. quam e] *Urlichs vind. 615. om. C.* 23. est] *Urlichs ibid.* et, *C.* 24. praestantiore, *C. dist. ego.* 28. pernicionibus, V^2. 29. cum] *om.* R^1V. 32. pthisicis, *V.* phthisin, R^2.

purganda sint aut quae non sint exulcerata salsa recipitur. quidam quadrantes axungiae et mulsi in vini cyathis ternis decocunt contra phthisis, quarto quoque die picem liquidam in ovo sumi iubent, circumligatur et lateribus pectoribus scapulis eorum qui phthisim sentiunt, tantaque est vis ut genibus etiam
139 adalligata redeat in os sapor eamque expuere videantur. e sue quae non peperit aptissime utuntur ad cutem mulieres, contra scabiem vero quivis admixto iumentorum sebo pro parte tertia et pice, pariterque subfervefactis. sincera partus in abortum vergentes nutriunt collyrii modo subdita. cicatrices concolores facit cerussa admixta vel argenti spuma, at cum sulpure unguium scabritias emendat. medetur et capillis fluentibus et ulceribus in capite mulierum cum gallae parte quarta et infumata pilis oculorum. datur et phthisicis unciatim cum vini veteris hemina decocta donec tres unciae e toto restent, aliqui et mellis exiguum
140 adiciunt. panis inlinitur cum calce, item furunculis duritiaeque mammarum. rupta et convulsa et spasmata et luxata sanat, clavos et rimas callique vitia cum helleboro albo, parotidas admixta farina salsamentariae testae, quo genere proficit et ad strumas. pruritus et papulas in balineo perunctis tollit, alioque etiamnum modo podagricis prodest mixto oleo vetere, contrito una sarcophago lapide et quinquefolio tuso in vino vel cum calce vel cum cinere. facit et peculiare emplastrum LXXV ℥ ponderi centum spumae argenteae mixtis, utilissimum contra ulcerum inflammationes. adipe verrino et inungui putant utile,
141 quaeque serpant inlinere cum resina. Antiqui axibus vehiculorum perunguendis maxime ad faciliorem circumactum rotarum utebantur, unde nomen, sic quoque utili medicina cum illa
142 ferrugine rotarum ad sedis vitia virilitatisque. et per se axungiae medici antiqui maxime probabant renibus detractam exemptisque venis aqua caelesti fricabant crebro decoquebantque fictili novo saepius, tum demum adservantes. convenit salsam magis mollire, excalfacere, discutere, utilioremque esse vino lotam. Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradidit. ideo novas nu-

1. salsa] sals, *R*². callica *R*¹, gallica, *V*. 2. multis, *C*. ternis] iis, *R*². 3. quanto, *V*. 4. circumligatis, *R*. pectoris, *V*. 9. pariterve, *V*. 10. nutriunt] *ego*. nutrit, *d*. nytrum, *V*². nutrum, *r*. 11. unguium] *d*. adunguium, *r*. 12. capillos fluenti, *RV*¹. 16. illito, *R*¹. inlito, *V*. 17. et convulsa et spasmata] *om*. *R*¹*V*. 19. salsamentaria, *V*. 20. perunctos, *V*. 22. tusa, *V*. 23. calce vel] *R*². calce aut, *r*. 24. utilissime, *V*. 26. inlinire, *R*. 28. utile, *R*. 29. axungiae] *ego*. axungia et, *R*. axuncia, *V*. 32. saeius, *V*. 34. adipi addedisse, *V*.

ptas illo perunguere postes solitas ne quid mali medicamenti inferretur.

(38.) Quae ratio adipis eadem in his quae ruminant sebi 143
est, aliis modis, non minoris potentiae. perficitur omne exemptis
5 venis aqua marina vel salsa lotum, mox in pila tusum aspersa marina. crebro postea coquitur donec odor omnis aboleatur, mox adsiduo sole ad candorem reducitur. a renibus autem omne laudatissimum est. si vero vetus revocetur ad curam, liquefieri 144
prius iubent, mox frigida aqua lavari saepius, dein liquefacere
10 adfuso vino quam odoratissimo. eodemque modo iterum ac saepius cocunt donec virus evanescat. multi privatim sic taurorum leonumque ac pantherarum et camelorum pinguia curari iubent. usus dicetur suis locis.

(39.) Communis et medullarum est. omnes molliunt, ex- 145
15 plent, siccant, excalfaciunt. laudatissima e cervis, mox vitulina, dein hircina et caprina. curantur ante autumnum recentes lotae siccataeque in umbra, per cribrum dein liquatae per lintea exprimuntur ac reponuntur in fictili locis frigidis.

(40.) Inter omnia autem communia animalium vel prae- 146
20 stantissimum effectu fel est. vis eius excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere. minorum animalium subtilius intellegitur et ideo ad oculorum medicamenta utilius existimatur. taurino praecipua potentia etiam in aere pelvibusque aureo colore obducendis. omne autem curatur recens praeligato ore lino
25 crasso, demissum in ferventem aquam semihora, mox siccatum sine sole atque in melle conditum. damnatur equinum tantum inter venena. ideo flamini sacrorum ecum tangere non licet, cum Romae publicis sacris ecus etiam immoletur.

(41.) Quin et sanguis eorum septicam vim habet, item 147
30 equarum, praeterquam virginum, erodit, emarginat ulcera. taurinus quidem recens inter venena est excepta Aegira. ibi enim sacerdos Terrae vaticinatura sanguinem tauri bibit prius quam in specum descendat. tantum potest sympathia illa de qua loquimur, ut aliquando religione aut loco fiat. Drusus tribunus 148

---

1. postes] potest, *V*. 6. cogitur, *R*. 7. omne] *om. R*. 12. leonum, *R*¹*V*. 15. laudatissima e cervis] *Sillig*. laudatissima (laudatissime, *V*) cervicis (cervis, *R*²) *C*. 16. recedentes, *R*¹*V*. 19. 20. praestantissimum] *Sillig et Urlichs vind. 617*. praestantissima, *R*². praestantium, *r*. 23. laurino, *V*. pellibusqne, *C*. 24. dicendis, *V*¹. ducendis, *r*. 25. semihoram, *V*. 30. emarginat] *d*. marginat, *r*. ulcera] *R*². ulcerat, *r*. 32. vaticinatarum, *V*. 33. specus, *R*¹*V*. 33. 34. loquemur, *V*².

plebei traditur caprinum bibisse, cum pallore et invidia veneni sibi dati insimulare Q. Caepionem inimicum vellet. hircorum sanguini tanta vis est ut ferramentorum subtilitas non aliter acrius induretur, scabritia tollatur vehementius quam lima. non igitur et sanguis animalium inter communia dici potest et ideo suis quisque dicetur effectibus.

149 (42.) Digeremus enim in animalia singula usus plurimumque contra serpentes. Exitio his esse cervos nemo ignorat ut, si quae sunt, extractas cavernis mandentes. nec vero ipsi spirantesque tantum adversantur, sed membratim quoque. fugari
8, 118 eas nidore cornus eorum, si uratur, dictum est, at e summo gutture ustis ossibus congregari dicuntur. pelles eiusdem anima-
150 lis substratae securos praestant ab eo metu somnos, coagulum ex aceto potum ab ictu, et si omnino tractatum sit, eo die non ferit serpens. testes quoque eius inveterati vel genitale maris salutariter dantur in vino, item venter quem centipellionem vocant. fugiunt et omnino dentem cervi habentes aut medulla perunctos sebove cervi aut vituli. summis autem remediis prae-
8, 118 fertur hinnulei coagulum matris utero execti, ut indicavimus.
151 sanguine cervino, si una urantur dracontion et cunilago et anchusa lentisci ligno, contrahi serpentes tradunt, dissipari deinde, si sanguine detracto adiciatur pyrethrum. invenio apud auctores Graecos animal cervo minus et pilo demum simile, quod ophion vocaretur, Sardiniam tantum ferre solitam. hoc interisse arbitror et ideo medicinas ex eo omitto.

152 10. Apri quoque cerebrum contra eas laudatur cum sanguine, iocur etiam inveteratum cum ruta potum ex vino, item adips cum melle resinaque, simili modo verrinum iocur et fellis dumtaxat fibra ℵ III pondere vel cerebrum in vino potum. Caprarum cornu vel pilis accensis fugari serpentes dicunt, cineremque ex cornu potum vel inlitum contra ictus valere, item lactis haustus cum uva taminia vel urinae cum aceto scillite, caseum caprinum cum origano inpositum vel sebum cum cera.
153 milia praeterea remediorum ex eo animali demonstrantur, sicut

---

1. plebe, R^1. plebis, R^2. 4. poliatur, R^1V. 7. animalia] V^2. mala, *r*. 11. cornu, *R*. de, *R*. 12. gustis, *C*. 14. ictu] eo, *R in ras*. 15. maris] eius maris, *C*. 16. centipellionem] *d*. centpeleonem, V^1. centipeleonem, *r*. 18. cervi aut] R^2. cervitia aut, *r*. 19. cogulum, V^1. coagulatum, V^2. vero, *V*. 20. una urantur] maturantur, *V*. 22. detracta, *V*. 24. diceretur, R^2. interisse] *Sillig*. interesse, *C*. 26. eos, *V*. 27. inveteratur, *V*. 28. verinum, *V*. 29. dumxtaxat, *R*. dumzazat, V^1. 31. cineremque] *d*. cinereque, *r*. ex] et, *C*. vel] ei, *V*. 32. inaustus, *V*. scillato, *V*.

apparebit, quod equidem miror, cum febri negetur carere. amplior potentia feris eiusdem generis, quod numerosissimum esse diximus, alia vero et hircis. Democritus etiamnum effectus 8, 214
auget eius qui singularis natis sit. fimo quoque caprarum in aceto
5 decocto inlini ictus serpentium placet et recentis cinere in vino, atque in totum difficilius sese recolligentes a serpentium ictu in caprilibus optime convalescunt. qui efficacius volunt mederi 154
occisae caprae alvum dissectam cum fimo intus reperto inligant statim. alii carnem recentem haedorum pilo suffiunt eodemque
10 nidore fugant serpentes. utuntur et pelle eorum recente ad plagas, et carne et fimo equi in agro pasti, coagulo leporis ex aceto, contraque scorpionem et murem araneum. aiunt non feriri leporis coagulo perunctos. a scorpione percussis fimum 155
caprae efficacius cum aceto decoctum auxiliatur, lardum iusque
15 decocti potum et his qui buprestim hauserint. quin etiam si quis asino in aurem percussum a scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt, venenataque omnia accenso pulmone eius fugere. et fimo vituli suffiri percussos a scorpione prodest.

(43.) Canis rabiosi morsu facta volnera circumcidunt ad 156
20 vivas usque partes quidam carnemque vituli admovent et ius ex eodem carnis decoctae dant potui aut axungiam cum calce tusam, hirci iocur, quo inposito ne temptari quidem aquae metu adfirmant. laudant et caprae fimum ex vino inlitum, melis et cuculi et hirundinis decoctum et potum. ad reliquos bestiarum
25 morsus caprinum caseum siccum cum origano inponunt et bibi iubent, ad hominis morsus carnem bubulam coctam, efficacius vituli, si non ante quintum diem solvant.

(44.) Veneficiis rostrum lupi resistere inveteratum aiunt ob 157
idque villarum portis praefigunt. hoc idem praestare et pellis
30 e cervice solida manica existimatur, quippe tanta vis est animalis praeter ea quae retulimus ut vestigia eius calcata equis adferant 8, 80
torporem.

(45.) Iis qui argentum vivum biberint lardum remedio est. 158
Asinino lacte poto venena restinguntur, peculiariter si hyoscya-
35 mum potum sit aut viscum aut cicuta aut lepus marinus aut opocarpatum aut *agaricum* aut dorycnium et si coagulum alicui nocuerit, nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione. multos et alios usus eius dicemus, sed meminisse opor-

---

6. esse, R^2. 8. reperio, *V*. 13. ferire, *V*. 14. cum aceto] acetum, *V*. 17. accenso] *d*. accensa, *r*. 20. admonent, *V*. 22. aqua, *V*. 30. manua, *R*. 36. agaricum] *Urlichs vind. 618*. tarice, *R*. carice, *V*. dorignium, *R*. dorygneum, *V*. 37. in] *om*. *R*.

tebit recenti utendum aut non multo postea tepefacto, nullum enim celerius evanescit. ossa quoque asini confracta et decocta contra leporis marini venenum dantur. omnia eadem onagris
159 efficaciora. De equiferis non scripserunt Graeci, quoniam terrae illae non gignebant, verum tamen fortiora omnia eadem quam in equis intellegi debent. lacte equino venena leporis marini et toxica expugnantur. nec uros aut bisontes habuerunt Graeci in experimentis, quamquam bove fero refertis Indiae silvis, por-
160 tione tamen eadem efficaciora omnia ex his credi par est. sic quoque lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt, maxime supra dicta et si ephemerum inpactum sit aut si cantharides datae, omnia vomitione egeri, sic et caprino iure cantharidas. contra ea vero quae exulceratione enecant sebum vitulinum vel bubulum auxiliatur. nam contra sanguisugas potas butyrum remedio est cum aceto ferro calefacto, quod et per se prodest contra venena. nam si oleum non sit, vicem eius repraesentat.
161 multipedae morsus cum melle sanat. omasi quoque iure poto venena supra dicta expugnari putant, privatim vero aconita et cicutas, itemque vitulino sebo. Caprinus caseus recens his qui viscum biberint, lac contra cantharidas remedio est et contra ephemeri potum cum taminia uva. sanguis caprinus decoctus cum medulla contra toxica venena sumitur, haedinus contra
162 reliqua, coagulum haedi contra viscum et chamaeleonem album sanguinemque taurinum, contra quem et leporis coagulum est ex aceto, contra pastinacam vero et omnium marinorum ictus vel morsus coagulum leporis vel haedi vel agni drachmae pondere ex vino. leporis coagulum et contra venena additur antidotis. Papilio quoque lucernarum luminibus advolans inter mala medicamenta numeratur. huic contrarium est iocur caprinum, sicut fel veneficis ex mustella rustica factis. Hinc deinde praevertemur ad genera morborum.

163 11. (46.) Capilli defluvia ursinus adips admixto ladano et adianto continet alopeciasque emendat et raritatem superciliorum cum fungis lucernarum ac fuligine quae est in rostris earum. *in* porriginem cum vino prodest, ad hanc et cornus cervini cinis

---

4. nunc, R^1V. scalpserunt, R^2. 7. visontes, V^1. vesontes, V^2. 8. quamquam—refertis] *om.* R^1V^1. 8. 9. reportione, R^1V^1. 11. et] est, *V*. epherum, R^1V. 14. sangisugas, R^2. sanguis ungias, *r*. 15. remedium, R^1V. 16. vice, *V*. 20. et] eo, *C*. 23. coagulum — 26. morsus] *om. R*. 27. additum, *V*. 30. fel] *om.* R^1V. 32. mixtu, *V*. 35. in] *Ianus. om. C.* purriginem, R^1V^1. pruriginem, V^2.

e vino, utque non taedia animalium capillis increscant, item fel caprinum cum creta Cimolia et aceto sic uti paulum capiti inarescant, item fel scrofinum, urina tauri. si vero vetus sit, furfures etiam adiecto sulpure emendat. cinere genitalis asini 164
5 spissari capillum putant et a canitie vindicari, si rasis inlinatur plumboque tritus cum oleo, densari et asinini pulli urina; admiscent nardum fastidii gratia. alopecias felle taurino cum Aegyptio alumine tepefactis inlinunt. ulcera capitis manantia urina tauri efficaciter sanat, item hominis vetus, si cyclaminum
10 adiciatur et sulpur, efficacius tamen vitulinum fel, quo cum aceto calefacto et lendes tolluntur. sebum vitulinum capitis 165 ulceribus cum sale tritum utilissimum. laudatur et vulpium adips, sed praecipue felium fimum cum sinapis pari modo inlitum, caprini cornus farina vel cinis, magisque hircini, addito nitro et
15 tamaricis semine et butyro oleoque, prius capite raso; mire continent ita fluentem capillum, sicuti carnis cinere ex oleo inlita supercilia nigrescunt. lacte caprino lendes tolli tradunt, fimo 166 cum melle alopecias expleri, item ungularum cinere cum pice fluentem capillum contineri. Leporinus cinis cum oleo myrteo
20 capitis dolorem sedat, pota aqua quae relicta est e bovis aut asini potu et, si credimus, vulpis masculae genitale circumligatum, cornus cervini cinis inlitus ex aceto aut rosacio aut ex irino.

(47.) Oculorum epiphoras bubulo sebo cum oleo cocto 167
25 inlinunt. cervini cornus cinere scabritias eorundem inunguont, mucrones autem ipsos efficaciores putant. lupi excrementis circumlini suffusiones prodest, cinere eorum cum Attico melle inungui obscuritates, item felle ursino, epinyctidas adipe apruno cum rosaceo. ungulae asininae cinis inunctus e suo lacte oculo-
30 rum cicatrices et albugines tollit. medulla bubula e dextro crure 168 priore trita cum fuligine pilis et palpebrarum vitiis angulorumque occurrit, calliblephari modo fuligo in hoc usu temperatur, optime ellychnio papyracio oleoque sesamino, fuligine in novum vas pinnis detersa, efficacissime tamen evolsos ibi pilos coercet.

---

2. capiti] capta, *R.* 5. a] ea, *R.* e, *V.* 6. urina] *ego.* cum urina, *C.* 10. quod, *V.* 13. felium] *Sillig.* fellum, *C.* 14. caprino, *C.* 15. amarici, *C.* 16. influentem, *R.* 18. cinere] *d.* cinerem, *r.* 19. contineri] *d.* continet, *r.* 20. aqua quae] *Sillig.* aquae, *RV*[1]. quae, *V*[2]. 22. cervini] *d.* cervicini, *R.* cervi, *V.* cinis] *om.* *R*[1]. 25. eorundem] *Gron.* eodem, *R.* eadem, *V.* inunguono, *V*[2]. inunguoni, *r.* 29. sue, *V*[2]. 30. medulla] d. medullae, *r.* 33. ellychnio] *Barb.* et lychnio, *R.* et lycnio, *V.* 34. pas, *V.*

felle tauri cum ovi albo collyria fiunt, aquaque dissoluta inungunt
169 per quadriduum. sebum vituli cum anseris adipe et ocimi suco genarum vitiis aptissimum est. eiusdem medullae cum pari pondere cerae et olei vel rosacei addito ovo duritiae genarum inlinuntur. caseo molli caprino inposito ex aqua calida epiphoraę sedantur, si tumor sit, ex melle; utrumque sero calido fovendum. sicca lippitudo lumbulis suum exustis atque contritis et inpositis
170 tollitur. Capras negant lippire, quoniam quasdam herbas edint, item dorcadas — ob id fimum earum cera circumdatum nova luna devorari iubent — et quoniam noctu aeque cernant. sanguine hircino lusciosos sanari putant nyctalopas a Graecis dictos, caprae vero iocinere in vino austero decocto. quidam inassati iocineris sanie inungunt aut felle caprae, carnesque vesci eas et, dum coquantur, oculos vaporari his praecipiunt. id quoque
171 referre arbitrantur ut rutili coloris fuerint. Volunt et suffiri oculos iocinere in ollis decocto, quidam inassato. fel quidem caprinum pluribus modis adsumunt, cum melle contra caligines, cum veratri candidi tertia parte contra glaucomata, cum vino contra cicatrices et albugines et caligines et pterygia et argema, ad palpebras vero evolso prius pilo cum suco oleris ita ut unctio
172 inarescat, contra ruptas tuniculas cum lacte mulieris. ad omnia inveteratum fel efficacius putant, nec abdicant fimum ex melle inlitum epiphoris, contraque dolores medullam, item pulmonem leporis, et ad caligines fel cum passo aut melle. lupino quoque adipe vel medulla suum fricari oculos contra lippitudines praecipiunt. nam vulpinam linguam habentes in armilla lippituros negant.

173 (48.) Aurium dolori et vitiis medentur urina apri in vitreo servata, fel apri vel suis vel bubulum cum oleo citreo et rosaceo aequis portionibus, praecipue vero taurinum cum porri suco tepidum vel cum melle, si suppuret, contraque odorem gravem per se tepefactum in malicorio. rupta in ea parte cum lacte
174 mulierum efficaciter sanat. quidam etiam in gravitate aures sic perluendas putant, alii cum senecta serpentium et aceto includunt lana collutas ante calida aqua aut, si maior sit gravitas, taurinum

---

3. generum, R^1V. 8. edint] *Sillig*. edent, *C*. 10. devorare, *R*. devore, V^1. aeque] eq. q;, R^1. quoque, R^2. aeque quoquae, *V*. 10. 11. sanguinem, *V*. 11. conare, *R*. 15. fuerit, *C*. 16. inassati, *C*. fel] fel et, R^1V. 20. inunctio, R^2. 22. inveterata, *V*. 23. pulmonum, R^1. pulmones, R^2. 28. vitro, *R*. vitrio, V^1. 31. supperet, R^1V. 33. gravitates, *V*. gravatos, *R*. 35. taurinum] *Urlichs vind. 621*. aurium, *C*.

fel cum murra et ruta in malicorio excalfactum infundunt, lardum quoque pingue, item fimum asini recens cum rosaceo, instillatur, omnia tepefacta. utilior equi spuma vel equini fimi recentis cinis cum rosaceo, butyrum recens, sebum bubulum cum adipe an-
5 serino, urina caprae vel tauri aut fullonia vetus calfacta, vapore per lag*o*en*a*e coll*um* subeunte. admiscent aceti tertiam partem 175
et aliquid murrae, vituli qui nondum herbam gustaverit fimum mixto felle eiusdem et cutem quam relincunt angues, excalefactis prius auribus; lana autem medicamina ea includuntur.
10 prodest et sebum vituli cum anseris adipe et ocimi suco, eiusdem medulla admixto cumino trito infusa, *v*irus verrinum e scrofa exceptum priusquam terram attingat contra dolores, auribus 176
fractis glutinum e naturis vitulorum factum et in aqua liquatum, aliis vitiis adips vulpium, item fel caprinum cum rosaceo tepido
15 aut porri suco aut, si rupta sint aliqua ibi, e lacte mulieris, si gravitas audiendi, fel bubulum cum urina caprae vel hirci, vel si pus sit. in quocumque autem usu putant esse efficaciora haec in cornu caprino per dies viginti infumata. laudant et 177
coagulum leporis tertia denarii parte ex dimidiaque sacope*nti*
20 in Amineo vino. parotidas ursinus adips conprimit pari pondere cerae et taurini sebi. addunt quidam hypocisthidem et per se butyrum inlitum, si prius foveantur feni Graeci decocti suco, efficacius cum strychno. prosunt et vulpium testes et taurinus sanguis aridus tritus, urina caprae calefacta instillata auribus,
25 fimum eiusdem cum axungia inlitum.

(49.) Dentes mobiles confirmat cervini cornus cinis dolores- 178
que eorum mitigat, sive infricentur sive coluantur. quidam efficaciorem ad omnes eosdem usus crudi cornus farinam arbitrantur. dentifricia utroque modo fiunt. magnum remedium
30 est et in luporum capitis cinere certumque est in excrementis eorum plerumque inveniri ossa. haec adalligata eundem effectum habent, item leporina coagula per aurem infusa contra dolores. et capitis eorum cinis dentifricium est adiectoque nardo mulcet graveolentiam oris. aliqui murinorum capitum cinerem miscuisse 179

---

2. cum] R^2. cui, *r*. 4. bubulum] *om.* R^1V. 5. calfacto, *V*. 6. per] et per, *V*. laguene collo, *C*. 7. murrae] urinae, *R*. *dist. ego*. 11. Dirus, *C*. 13. factum] fetum, R^1. foetum, *V*. 15. ruta, R^1V. 16. vel hirci] hyrci, *V*. 17. esse] *om.* R^1V. 19. denarii parte] denarii, R^2. *om.* R^1. parte, *V*. sacopenii] *ego*. sacopemi, *C*. 22. inlinitum, R^1V. 23. strigano, *R ex corr.* V^2 *in ras.* stichano, *F*. 24. urinae, *V*. 30. et] *om.* *R*. certum, *V*.

malunt. reperitur in latere leporis os acui simile, hoc scarifare dentes in dolore suadent. talus bubulus accensus eos qui labant cum dolore admotus confirmat. eiusdem cinis cum murra dentifricium est. ossa quoque ex ungulis suum combusta eundem usum praebent, item ossa ex acetabulis pernarum circa quae
180 coxendices vertuntur. isdem sanari demissis in fauces iumentorum verminationes notum est, sed et combustis dentes confirmari, asini quoque lacte percussu vexatos aut dentium eiusdem cinere, item lichene equi cum oleo infuso per aurem. est autem hoc non hippomanes, quod alioqui noxium omitto, sed in equo-
181 rum genibus ac super ungulas. praeterea in corde equorum invenitur os dentibus caninis maximis simile, hoc scarifari dolorem aut exempto dente mortui equi maxillis ad numerum eius qui doleat demonstrant. equarum virus a coitu in ellychnis accensum Anaxilaus prodidit equinorum capitum usus repraesentare monstrifice, similiter ex asinis. nam hippomanes tantas in veneficio vires habet ut adfusum aeris mixturae in effigiem equae
182 Olympiae admotos mares equos ad rabiem coitus agat. medetur dentibus et fabrile glutinum in aqua decoctum inlitum et mox paulo detractum ita ut confestim conluantur vino in quo decocti sunt cortices mali Punici dulcis. efficax habetur et caprino lacte conlui dentes vel felle taurino. talorum caprae recentium cinis dentifricio placet et omnium fere villaticarum quadrupedum, ne saepius eadem dicantur.

183 12. (50.) Cutem in facie erugari et tenerescere candore lacte asinino putant, notumque est quasdam cottidie septingenties custodito numero foveri. Poppaea hoc Neronis principis instituit, balnearum quoque solia sic temperata, ob hoc asinarum gregibus eam comitantibus. impetus pituitae in facie butyro inlito tolluntur, efficacius cum cerussa, sincero vero ea vitia quae serpunt, superinposita farina hordeacia, ulcera in facie membrana e partu
184 bovis madida. Frivolum videatur, non tamen omittendum propter desideria mulierum, talum candidi iuvenci XL diebus noctibusque,

---

1. os acui] *R*². os acu, *V*². aco, *r*. scarificare, *R*¹. scarificari, *R*². 2. dolore suadent] *d*. dolores valent (vident, *R*¹) *r*. labent, *V*. 6. 7. iumentorum] *om*. *R*¹*V*¹. 7. combustis] *R*². combustis corruptos, *R*¹. comruptis, *V*¹. comruptos, *V*². 8. asini] *ego*. asino, *R*. asinino, *V*. percussa, *V*. 12. centibus, *R*¹. tentibus, *V*. 14. lychnis, *R*. elycnis, *V*¹. elychnis, *V*². 15. equorum, *V*². 21. sint, *R*¹. *om*. *R*². 24. dicatur, *C*. 25. candore] *Urlichs vind. 624*. candore custodito (custodit, *E*) *C*. 26. septingentes, *EV*. 27. foveri] *Urlichs ibid*. fovere, *C*. 28. temperant, *R*. temperans, *V*. ab, *E*. asinorum, *ER*. 31. insuperinposita, *E*.

donec resolvatur in liquorem, decoctum et inlitum linteolo candorem cutisque erugationem praestare. fimo taurino malas rubescere aiunt, non ut crocodileam inlini melius, sed foveri frigida et ante et postea iubent. testas et quae decolorem faciunt 185
5 cutem fimum vituli cum oleo et cummi manu subactum emendat, ulcera oris ac rimas sebum vituli vel bovis cum adipe anseris et ocimi suco. est et alia mixtura sebo vituli cum medulla cervi et albae spinae foliis una tritis. idem praestat et medulla cum resina vel, si vaccina sit, et ius e carne vaccina. lichenas 186
10 oris praestantissime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum sulpure vivo, ramo ficulneo permixtum, ita ut bis die recens inlinatur, item lepras ex melle et aceto decoctum, quas et iocur hirci calidum inlinitum tollit, sicut elephantiasin fel caprinum, etiamnum lepras ac furfures
15 tauri fel addito nitro, urina asini circa canis ortum, maculas in facie fel utriusque per sese aqua infractum evitatisque solibus ac ventis post detractam cutem. similis effectus et in taurino 187 vitulinove felle cum semine cunilae *ac* cinere e cornu cervino, si canicula exoriente conburatur. asinino sebo cicatricibus a
20 lichene leprisque maxime color redditur. hirci fel et lentigines tollit admixto caseo ac vivo sulpure spongeaeque cinere, ut sit mellis crassitudo. aliqui inveterato felle maluere uti, mixtis 188 calidis furfuribus pondere oboli unius quattuorque mellis, prius defricatis maculis. efficax eiusdem et sebum cum melanthio et
25 sulpure et iride, labrorum fissuris cum anserino adipe ac medulla cervina resinaque et calce. Invenio aput auctores his qui lentigines habeant negari magice sacrificiorum usum.

(51.) Lacte bubulo aut caprino tonsillae et arteriae exul- 189 ceratae levantur. gargarizatur tepidum ut est expressum aut
30 calefactum. caprinum utilius cum malva decoctum et sale exiguo. linguae exulcerationi et arteriarum prodest ius omasi gargarizatum, tonsillis autem privatim renes vulpium aridi cum melle triti

---

2. cutique erugatione, *RV*. 5. vituli] *om*. *E*. manu] *d*. nanum, *R*[1]. manum, *r*. 6. anserino, *RV*. 9. et ius e] eius, *E*. et iusse, *V*[1]. 13. et] ad, *E*. 16. fel] per, *E*. utrisque, *E*. evivatisque, *E*. 17. simili, *E*. et in — 18. felle] taurino sevo vituli novo felle effectus et in taurino sevo felle, *E*. 18. ac] *om*. *C*. e] *om*. *R*[1]*V*. 19. sit, *E*. a] *ego*. ac, *C*. 21. ac] *E*. cum, *r*. vino, *R*[1]*V*. 21. 22. sit mellis] melle sit, *E*. 26. calces, *EV*. caput, *E*. 26. 27. lentiginem habebant, *E*. 27. mirari, *ER*[2]. magices, *R*. magicae, *V*. 28. 29. exulcerata et, *R*. 29. iubantur, *R*[1]*V*[1]. iuvantur, *V*[2]. gargarizatum, *RV*. est] *E*. est usus, *r*. 31. 32. gargarizatur, *E*. 32. tonsillas, *R*[1]*V*.

inlitique, anginae fel taurinum vel caprinum cum melle, iocur
190 melis ex aqua. oris gravitatem ulceraque butyrum emendat.
spinam aliudve quid faucibus adhaerens felis extrinsecus fimo
perfricatis aut reddi aut delabi tradunt. strumas discutit fel
aprunum vel bubulum tepidum inlitum — nam coagulum leporis 5
191 e vino in linteolo exulceratis dumtaxat inponitur — discutit et
ungulae asini vel equi cinis ex oleo vel aqua inlitus et urina
calefacta et bovis ungulae cinis ex aqua, fimum quoque fervens
ex aceto, item sebum caprinum cum calce aut fimum ex aceto
decoctum testesque volpini. prodest et sapo, Gallorum hoc in- 1
ventum rutilandis capillis. fit ex sebo et cinere, optimus fagino
et carpineo, duobus modis, spissus ac liquidus, uterque apud
Germanos maiore in usu viris quam feminis.

192 (52.) Cervicum dolores butyro aut adipe ursino perfricentur,
rigores bubulo sebo, quod strumis prodest cum oleo. dolorem 1
inflexibilem — opisthotonum vocant — levat urina caprae
auribus infusa aut fimum cum bulbis inlitum, ungues contusos
fel cuiuscumque animalis circumligatum, pterygia digitorum fel
taurinum aqua calida dissolutum. quidam adiciunt sulpur et
alumen pari pondere omnium. 2

193 (53.) Tussim iocur lupi ex vino tepido sanat, ursinum fel
admixto melle aut ex cornus bubuli summis partibus cinis, vel
saliva equi triduo pota — ecum mori tradunt — pulmo cer-
vinus cum gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle
cottidiano eligmate. efficacior est ad id subulo cervorum generis. 25
194 sanguinem expuentes cervini cornus cinis, coagulum leporis
tertia parte denarii cum terra Samia et vino myrteo potum sanat,
eiusdem fimi cinis in vino vesperi potus nocturnas tussis, pili
quoque leporis suffiti extrahunt pulmonibus difficiles excreationes.
purulentas autem exulcerationes pectoris pulmonisque et a pul- 30
mone graveolentiam halitus butyrum efficacissime iuvat cum pari
modo mellis Attici decoctum donec rufescat et matutinis sum-
ptum ad mensuram lingulae. quidam pro melle laricis resinam
195 addere maluere. si sanguis reiciatur, efficacem tradunt bubulum
sanguinem, modice et cum aceto sumptum, nam de taurino 35

---

3. pinnam, *ER*². felix, *RV*. 4. delui, *E*. 7. vel aqua] aqua, *E*. vel aquas, *V*. et urina — 8. aqua] *om. R*¹*V*. 10. testes, *EV*. gallarum, *ER*. 11. fit] *om. E*. 12. caprino, *C*. 15. bubulo] butylo, *E*. 17. ut simum, *E*. 18. inligatum, *R*¹*V*¹. illigatum, *V*². 19. taurinum] *E*. tauri aridum, *r*. et] e, *E*. 23. salivequi, *E*. salivae qua, *V*². pota ecum] potucum, *E*. 25. eligmato, *E*. oligmate, *V*. est] a, *E*. *om. V*. 27. narii, *E*. 31. iuvant, *E*.

credere temerarium est. sed glutinum taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in vetere sanguinis excreatione.

13. (54.) Stomachum exulceratum lactis asinini potus reficit, 196
item bubuli, rosiones eius caro bubula admixto aceto et vino
5 cocta, rheumatismos cornus cervini cinis, sanguinis excreationes haedinus sanguis recens ad cyathos ternos cum aceto acri pari modo fervens potus, coagulum tertia parte ex aceto potum,
(55.) iocineris dolores lupi iocur aridum ex mulso, asini iocur 197
aridum cum petroselini partibus duabus ac nucibus tribus ex
10 melle tritum et in cibo sumptum, sanguis hircinus cibo aptatus. suspiriosis ante omnia efficax est potus equiferorum sanguinis, proxime lactis asinini tepidi, bubuli decocti ita ut serum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho nasturti albi perfusi aqua, deinde melle diluti. iocur quoque vulpinum aut pulmo in vino
15 nigro aut fel ursinum in aqua laxat meatus spirandi.

(56.) Lumborum dolores et quaecumque alia molliri opus 198
sit ursino adipe perfricari convenit, cinerem apruni aut suilli fimi inveterati aspergi potioni vini. Adiciunt et Magi sua commenta: primum omnium rabiem hircorum, si mulceatur barba,
20 mitigari, eadem praecisa non abire eos in alienum gregem. huic admiscent fimum caprinum et subdito linteolo uncto cava manu quantum capi possit fervens sustineri iubent ita ut, si laeva pars doleat, haec medicina in dextera manu fiat aut e contrario. fimum quoque ad eum usum acus aereae punctu tolli iubent. 199
25 modus est curationis donec vapor ad lumbos pervenisse sentiatur, postea manum porro tuso inlinunt, item lumbos ipso fimo cum melle; suadent in eo dolore et testes leporis devorare. ischiadicis fimum bubulum inponunt calfactum in foliis cinere ferventi, in renium dolore leporis renes crudos devorari iubent, aut certe
30 coctos ita ne dente contingantur. ventris quidem dolore temptari negant talum leporis habentes.

(57.) Lienem sedat fel apri vel suis potum vel cervini 200

---

2. untere, *E*[1]. utere, *E*[2]. 3. asini, *RV*. efficit, *E*. 5. sanguis] *om*. *R*[1]*V*. 8. asinini, *E*. 9. ex] *V*. ac, *r*. 11. sanguinis, *R*[1]*V*. 12. bulbi, *E*. bulbis, *R*[2]. 13. albi] *om*. *R*[1]*V*. 14. dein, *RV*. vulpium, *E*. 15. parandi, *E*. 16 alias mollire, *E*. 17. fricari, *RV*. 18. adiciunt] *Sillig*. adficiunt, *R*[2]. adficiat, *E*. adferunt, *r*. 19. primi, *E*. 20. mitiori, *E*. 22. pati, *R*[1]*V*. posset, *E*. sustinere, *R*. 23. aut e] *R*[2]. aut, *R*[1], ante, *r*. 24. ad eum] eleum, *E*. tusum, *E*. acus] causa, *ER*[2]. punctu] *Ianus*. punctis, *ER*[2]. punctos, *r*. 25. est] *d*. ex, *V*. et, *r*. pervenire, *E*. 26 porro] vero porro, *ER*[2]. 28. follis, *R*[1]*V*. 30. contigatur, *R*. contirigatur, *V*. dolorem, *E*. dolores, *r*.

cornus cinis in aceto, efficacissime tamen inveteratus lien asini ita ut in triduo sentiatur utilitas. asinini pulli fimum quod primum edidit — poleam vocant Syri — dant in aceto mulso, datur et equi lingua inveterata ex vino praesentaneo medicamento, ut didicisse se ex barbaris Caecilius Bion tradidit, et lien bubulus simili modo, recens autem assus vel elixus in cibo. in vesica quoque bovis alii capita XX tusa cum aceti sextario
201 imponuntur ad lienis dolores. eadem ex causa emi lienem vituli quanti indicatus sit iubent Magi nulla pretii cunctatione, quoniam hoc quoque religiose pertineat, divisumque per longitudinem adnecti tunicae utrimque et induentem pati decidere ad pedes, dein collectum arefacere in umbra. cum hoc fiat, simul residere lienem aegri vitiatum liberarique eum morbo dicitur. prodest et pulmo vulpium cinere siccatus atque in aqua potus, item haedorum lien impositus.

202 14. (58.) Alvum sistit cervi sanguis, item cornus cinis, iocur aprunum ex vino potum citra salem recensque, item assum, vel suillum, hircinum decoctum ad quintam heminae in vino, coagulum leporis in vino ciceris magnitudine aut, si febris sit, ex aqua — aliqui et gallam adiciunt, alii per se leporis sanguine contenti sunt — lac coctum, equini fimi cinis in aquae potu, taurini cornus veteris e parte ima cinis inspersus potioni aquae, sanguis hircinus in carbone decoctus, corium caprinum cum suo
203 pilo decoctum suco epoto. Coagulum equi et sanguis caprinus vel medulla vel iocur alvum solvit, fel lupi cum elaterio umbilico inligatum vel lactis equini potus, item caprini cum sale et melle, caprae fel cum cyclamini suco et aluminis momento — aliqui et nitrum et aquam adiecisse malunt — fel tauri cum absinthio
204 tritum ac subditum pastillo, butyrum largius sumptum. coeliacis et dysintericis medetur iocur vaccinum, cornus cervini cinis tribus digitis captus in potione aquae, coagulum leporis subactum in

---

2. asini, *EV*. pauli, *E*. 2. 3. quod primum] *om*. R^1V^1. 3. poleant, *EV*. 4. et] *om*. *EV*. 5. dicis esse ex, *E*. celius, R^1. caelius, *V*. 5. 6. traditur et alieni, *E*. 7. aceto, *RV*. 8. emi] in, *E*. mi, V^2. 9. quantum, *E*. 12. in umbra] *om*. *E*. faciat, R^1V. 14. et] *om*. R^1V. 15. lien] R^2. lieni, *E*. *om*. *r*. 16. cervini sanguinis, *E*. 17. aprinum, *ER*. 18. ad quintam] *om*. *E*. heminae] *Gron*. eminam, *E*. heminam, *r*. 19. leporis] *om*. *E*. 20. *dist. ego*. 21. cocto, *R*. cinis] *om*. R^1V^1. aqua potus, *R* (?). 22. ima] iam, *EV*. spersus, *E*. 23. in] *om*. R^1V. corium — 24. epoto] *om*. R^1V^1. 25. fel] vel, *E*. 27. alvum in his, R^1V. 27. 28. aliqui et] aliquem, *E*. aliqui, *V*. 29. subitum, R^1V.

pane, si vero sanguinem detrahant, in polenta, apruni vel suilli vel leporini fimi cinis inspersus potioni tepidi vini. vituli quoque ius vulgariter datum inter auxilia coeliacorum et dysintericorum tradunt. lactis asinini potus utilior addito melle, nec minus efficax fimi cinis ex vino utrique vitio, item polea supra dicta. 200 equi coagulum, quod aliqui hippacen appellant, etiam si san- 205 guinem detrahant, vel fimi cinis dentiumque eiusdem tusorum farina salutaris et bubuli lactis decocti potus. dysintericis addi mellis exiguum praecipiunt et, si tormina sint, cornus cervini cinerem aut fel taurinum cumino mixtum et cucurbitae carnes umbilico inponere. caseus recens vaccinus inmittitur ad utrumque vitium, item butyrum heminis quattuor cum resinae terebinthinae sextante aut cum malva decocta aut cum rosaceo. datur et sebum vitulinum aut bubulum, item medullae — ex- 206 cocuntur cum farinae ceraeque exiguo et oleo, ut sorberi possint; medulla et in pane subigitur — lac caprinum ad dimidias partes decoctum. si sint et tormina, additur protropum. torminibus satis esse remedii in leporis coagulo poto e vino tepido vel semel arbitrantur aliqui. cautiores et sanguine caprino cum farina hordeacea et resina ventrem inlinunt. Ad omnis epi- 207 phoras ventris inlini caseum mollem suadent, veterem autem in farinam tritum coeliacis et dysintericis dari, cyatho casei in cyathis vini cibari tribus. sanguis caprinus decoctus cum medulla dysintericis, iocur assum caprae coeliacis subvenit, magisque etiam hirci, in vino austero decoctum potumque vel ex oleo myrteo umbilico inpositum. quidam decocunt a tribus sextariis aquae ad heminam addita ruta. utuntur et liene asso caprae 208 hircive et sebo hirci in pane qui cinere coctus sit, caprae, a renibus maxime, ut per se hauriatur protinus aqua modice frigida. sorberi iubent aliqui et in aqua decoctum sebum admixta polenta et cumino et aneto acetoque. inlinunt et

---

1. panem, *E.* detrahunt, *ER*². aprum, *E.* aprini, *R.* 2. leporinis, *EV.* leporis, *R*¹. ituli, *E.* bituli, *V*¹. 3. suis, *RV.* dati, *EV.* auxilio coeliaco, *E.* 4. traduntur, *C.* minus] in usus, *E.* 5. fimi *om. E.* 8. salutares, *RV.* 10. aut] ut, *E.* 12. 13. terebinthinae] *d.* terebentini, *E.* terebinthini, *R*². terebinthi, *R*¹. terebenti, *V*¹. terebinti, *V*². 13. cum rosaceo] rosatio, *E.* rosaceo, *R*². 14. aut] et, *R*¹*V.* *dist. ego.* 14. 15. medulla et coquuntur (cocuntur, *V*) *EV.* 15. farine, *R.* farina et, *E.* farina, *V.* possit, *C.* 20. resina] *E*². resinem, *V.* resine, *r.* 22. farina, *C.* 23. cibari] *V.* cibat, *R*¹. *om. r.* 27. addito ritu, *C.* 29. aqua] *ego.* que, *E.* inque, *R.* lique, *V.* 29. 30. modi frigidem, *E.* 30. *dist. ego.* 31. aneto] *E.* aneso et, *r.*

209 ventrem coeliacis fimo cum melle decocto. utuntur ad utrumque vitium et coagulo haedi in vino myrtite fabae magnitudine poto et sanguine eiusdem in cibum formato quem sanguiculum vocant. infundunt dysintericis et glutinum taurinum aqua calida resolutum. Inflationes discutit vitulinum fimum in vino decoctum. Intestinorum vitiis magnopere prodest coagulum cervorum decoctum cum lente betaque in cibo ita sumptum, leporis pilorum cinis cum melle decocto, lactis caprini potus decoctus cum
210 malva exiguo sale addito. si et coagulum addatur, maioribus emolumentis fiat. eadem vis est et in sebo caprino in sorbitione aliqua, uti protinus hauriatur frigida aqua. item feminum haedi cinis rupta intestina sarcire mire traditur, fimum leporis cum melle decoctum et cottidie fabae magnitudine sumptum ita ut deploratos sanaverint. laudant et caprini capitis cum suis pilis decocti sucum.

211 (59.) Tenesmos, id est crebra et inanis voluntas desurgendi, tollitur poto lacte asinino, item bubulo. Taenearum genera pellit
178 cervini cornus cinis potus. quae in excrementis lupi diximus inveniri ossa, si terram non attigerint, colo medentur adalligata
200 bracchio. polea quoque supra dicta magnopere prodest decocta in sapa, item suilli fimi farina addito cumino in aqua rutae decoctae, cornus cervini teneri cinis cocleis Africanis cum testa sua tusis mixtus in vini potione.

212 15. (60.) Vesicae calculorumque cruciatibus auxiliatur urina apri et ipsa vesica pro cibo sumpta, efficacius, si prius fumo maceretur utrumque. vesicam elixam mandi oportet, et a muliere feminae suis. inveniuntur et in iocineribus eorum lapilli aut duritiae lapillis similes, candidae, sicut in vulgari sue, quibus contritis atque in vino potis pelli calculos aiunt. ipsi apro tam gravis urina sua est ut nisi egesta fugae non sufficiat ac velut
213 devinctus opprimatur, exuri illa tradunt eos. leporis renes inveterati in vino poti calculos pellunt. in perna suum articulos
179 esse diximus quorum decoctum ius facit urinae utile. asini renes inveterati tritique ex vino mero dati vesicae medentur. calculos expellunt lichenes equini ex vino aut mulso poti diebus XL.

---

7. betaque] betaque atque na (ne, R^1) R^1V. ita] *om.* R^1V. ruptum, *E*. 8. decoctus] *E*. decocti, *R*. decocto, *V*. 14. deploratores, E^1. deplanatos, *RV*. caprino, *RV*. 15. discocti, *RV*. 20. brachia, *E*. dicto, *EV*. 21. aquae, *E*. 26. maceratur, *E*. 27. et in] in, *E*. et, *V*. 30. sua] *om.* R^1V. 31. deunctus, *E*. 32. pernae, *EV*. 33. quorum] *d.* quod, *r*. 34. et, *C*. 35. poto, E^1. potu, *V*.

prodest et ungulae equinae cinis in vino aut aqua, item fimum
caprarum in mulso, efficacius silvestrium, pili quoque caprini
cinis, verendorum carbunculis cerebrum apri vel suis sanguisque.
vitia vero quae in eadem parte serpunt iocur eorum combustum, 214
5 maxime iunipiri ligno, cum charta et arrhenico sanat, fimi cinis,
fel bubulum cum alumine Aegyptio ac murra ad crassitudinem
mellis subactum, insuper beta ex vino cocta inposita, caro quo-
que, manantia vero ulcera sebum cum medulla vituli in vino
decoctum, fel caprinum cum melle rubique suco, vel si serpant,
10 fimum etiam prodesse cum melle dicunt aut cum aceto et per
se butyrum. Testium tumor sebo vituli addito nitro cohibetur 215
vel fimo eiusdem ex aceto decocto. Urinae incontinentiam co-
hibet vesica apruna, si assa mandatur, ungularum apri vel suis
cinis potioni inspersus, vesica feminae suis conbusta ac pota,
15 item haedi, vel pulmo, cerebrum leporis in vino, eiusdem testi-
culi tosti vel coagulum cum anserino adipe in polenta, renes
asini in mero triti potique. Magi verrini genitalis cinere poto
ex vino dulci demonstrant urinam facere in canis cubili ac verba
adicere, ne ipse urinam faciat ut canis in suo cubili. rursus
20 ciet urinam vesica suis, si terram non attigerit, inposita pubi.
(61.) Sedis vitiis praeclare prodest fel ursinum cum adipe. 216
quidam adiciunt spumam argenti ac tus. prodest et butyrum
cum adipe anserino ac rosaceo. modum ipsae res statuunt, ut
sint inlitu faciles. praeclare medetur et taurinum fel in linteolis
25 concerptis, rimasque perducit ad cicatricem. inflationibus in
ea parte sebum vituli, maxime ab inguinibus, cum ruta, ceteris
vitiis medetur sanguis caprinus cum polenta, item fel caprinum
condylomatis per se, item fel lupinum ex vino. Panos et 217
apostemata in quacumque parte sanguis ursinus discutit, item
30 taurinus aridus tritus. praecipuum tamen remedium traditur
in calculo onagri quem dicitur, cum interficiatur, reddere urina
liquidiorem initio sed in terra spissantem se. hic adalligatus
femini omnes impetus discutit omnique suppuratione liberat.

---

5. charta et arrenico, *d.* cartha arrhenico, *E.* charta arrenico, *R.* cartae tarrhenico (tirrhenico, V^2) *V.* 6. felle, R^1V. cum] qui, R^1V.
7. betam, *C.* coctam, *C.* 9. fel] vel, *E.* serpat, *C.* 10. prodest, *E.* dicunt] *om.* R^1V. 11. tumor] cum, *E.* nigro, R^1V.
13. vesica] *d.* vesicae, *r.* 16. in] ni, *E.* 17. magis, EV^2.
18. demonstratur, R^1. demonstrat, R^2. deinde monstrat, *E.* cubiculi, *E.* 19. cubiculi, E^1. 21. sed iis, V^1. sed his, V^2. sedis is, R^1. sedis his, R^2. 24. fel] *om.* *E.* 27. item — 28. per se] *om.* R^1V^1.
28. condylomatis] *d.* cum condylomatis, *r.*

est autem rarus inventu nec ex omni onagro, sed celebri remedio. prodest et urina asini cum melanthio et ungulae equinae cinis cum oleo et aqua inlitus, sanguis equi, praecipue admissarii,
218 sanguis bubulus, item fel. caro quoque eosdem effectus habet calida inposita et ungulae cinis ex aqua aut melle, urina caprarum, hircorum quoque carnes in aqua decoctae aut fimum ex his cum melle decoctum, fel verrinum, urina suum in lana inposita. Femina adteri adurique equitatu notum est. utilissimum est ad omnes inde causas spumam equi ex ore inguinibus inlinere. Inguina et ex ulcerum causa intumescunt. remedio sunt equi saetae tres totidem nodis alligatae intra ulcus.

219 16. (62.) Podagris medetur ursinus adips taurinumque sebum pari pondere et cerae. addunt quidam hypocisthidem et gallam. alii hircinum praeferunt sebum cum fimo caprae et croco sinapive vel caulibus hederae tritis ac perdicio vel flore
220 cucumeris silvestris, item bovis fimum cum aceti faece. magnificant et vituli qui nondum herbam gustaverit fimum aut per se sanguinem tauri, vulpem decoctam vivam donec ossa tantum restent, lupumve vivum oleo cerati modo incoctum, sebum hircinum cum helxines parte aequa, sinapis tertia, fimi caprini cinerem cum axungia. quin et ischiadicos uri sub pollicibus pedum eo fimo fervente utilissime tradunt, articulorumque vitiis fel ursinum utilissimum esse et pedes leporis adalligatos, podagras quidem mitigari pede leporis viventi absciso, si quis secum
221 adsidue habeat. Perniones ursinus adips rimasque pedum omnes sarcit, efficacius alumine addito, sebum caprinum, dentium equi farina, aprunum vel suillum fel, cum adipe pulmo inpositus, etsi subtriti sint contunsive offensatione, si vero adusti frigore, leporini pili cinis, eiusdem pulmo contusis dissectus aut pul-
222 monis cinis. Sole adusta sebo asinino aptissime curantur, item bubulo cum rosaceo. Clavos et rimas callique vitia fimum apri

---

1. sed] *V*. sed ne, *E*. sed me, *R*². *om*. *R*¹. celebrari, *C*. 3. equae, *E*. praecipuae, *E*. praecipue equi, *R*¹. praecipuae aequi, *V*. 4. habet] *E*. habet et, *r*. 6. quoque] *V*. que, *r*. 8. femora, *RV*. atteri, *R*. adtaerri, *E*. trita adteri (arcteri, *V*²) *V*. 9. est] *om*. *E*. causas] caoras, *E*. inguinibusque, *EV*. 10. inunguina, *V*. inunguna, *R*¹. 11. modis, *E*. vicus, *EV*. 13. hypcystidem, *E*. hypocistidem, *r*. 15. sinapii, *E*. sinapi, *r*. vel] cum, *R ex corr*. *V*. 18. donec — 19. vivum] *om*. *E*. 19. certatim, *RV*. 20. helxines] *Barb*. helsine (helsinae, *V*) si, *C*. partes, *E*. 21. uri] vir, *E*. 22. eo] e, *R*¹*V*. articulorum, *R*¹*V*. 24. quidam, *E*. viventis, *ER*². 27. ferina, *E*. 28. etsi] *E*. et, *r*. 30. sole] *d*. sol, *V*. sola, *r*.

vel suis recens inlitum ac tertio die solutum sanat, talorum cinis, pulmo aprinus aut suillus aut cervinus, adtritus calciamentorum urina asini cum luto suo inlita, clavos sebum bubulum cum turis polline, perniones vero corium conbustum, melius
5 si ex vetere calciamento, iniurias e calceatu ex oleo corii caprini cinis. Varicum dolores sedat fimi vitulini cinis cum lilii bulbis 223
decoctus addito melle modico, itemque omnia inflammata et suppurationes minantia. eadem res et podagris prodest et articularis morbis, e maribus praecipue vitulis, articulorum adtritis
10 fel aprorum vel suum linteo calefacto inpositum, vituli qui nondum herbam gustaverit fimum, item caprinum cum melle in aceto decoctum. Ungues scabros sebum vituli emendat, item caprinum admixta sandaraca. Verrucas vero aufert fimi vitulini cinis ex aceto, asini urina et lutum.

15 (63.) Comitiali morbo testes ursinos edisse prodest vel 224
aprunos bibisse ex lacte equino aut ex aqua, item aprunam urinam ex aceto mulso, efficacius quae inaruerit in vesica sua. dantur et suum testiculi inveterati tritique in suis lacte, praecedente vini abstinentia et sequente continuis diebus, dantur
20 et leporis sale custoditi pulmones cum turis tertia parte in vino albo per dies XXX, item coagula eiusdem, asini cerebrum ex 225
aqua mulsa, infumatum prius in foliis, semuncia per dies vel ungularum eius cinis coclearibus binis toto mense potus, item testes sale adservati et inspersi potioni in asinarum maxime
25 lacte vel ex aqua. membrana partus earum, praecipue si marem pepererint, olefactata accedente morbo comitialium resistit. sunt qui e mare nigroque cor edendum cum pane sub diu prima aut secunda luna praecipiant, alii carnem, aliqui sanguinem aceto dilutum per dies XL bibendum. quidam urinam aquae ferrariae 226
30 ex officinis miscent eademque potione et lymphatis medentur. comitialibus datur et lactis equini potus lichenque in aceto mulso bibendus, dantur et carnes caprinae in rogo hominis tostae, ut volunt Magi, sebum earum cum felle taurino pari pondere

---

5. si] *om. E.* e] eo, *R¹V.* 7. decoctis, *C.* 8. minantia eadem res] *om. R¹V.* 11. herba, *RV.* item — 12. emendat] *om. R¹V¹.* 13. vituli, *E.* 14. urina et] *Urlichs vind. 627.* urinae, *C.* 17. mulso] item mulso (muso, *V*) *R¹V.* inhorruerit, *R¹.* inorruerit, *V.* in] ex, *E.* 18. tritique] que, *E.* 18. 19. procedente, *E.* praecendente, *V.* 24. aspersi, *E.* 26. olefacta, *RV.* 27. mari, *E.* 29. aquae] quae, *R¹V.* ferriariae, *R¹.* fere, *R².* ferrarte, *V¹.* ferriae, *V².* 30. lympaticis, *E.* lymphaticis, *R².* 31. lichenque] *Barb.* licheneque, *E.* lichene qui, *r.* 32. bibendum, *EV.* 33. pari] *om. R¹V.*

decoctum et in folliculo fellis reconditum ita ne terram attingat, potum vero ex aqua sublime. morbum ipsum deprehendit caprini cornus vel cervini usti nidor. Sideratis urina pulli asinini nardo admixto perunctione prodesse dicitur.

227 (64.) Regio morbo cornus cervini cinis, sanguis asini ex vino, item fimum asinini pulli quod primum edidit a partu datum fabae magnitudine e vino medetur intra diem tertium. eadem et ex equino pullo similiterque vis est.

(65.) Fractis ossibus praesentaneus maxillarum apri cinis vel suis, item lardum elixum atque circumligatum mira celeritate solidat. costis quidem fractis laudatur unice caprinum fimum ex vino vetere, aperit, extrahit, persanat.

228 (66.) Febres arcet cervorum caro, ut diximus, eas quidem
8, 119 quae certo dierum numero redeunt oculus lupi dexter salsus adalligatusque, si credimus Magis. Est genus febrium quod amphemerinon vocant. hoc liberari tradunt, si quis e vena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquae hauserit. quartanis Magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari
229 iubent, et ne recidant non removeri septeno circumitu. quis hoc, quaeso, invenire potuit? quae est ista mixtura? cur digitus potissimum bubonis electus est? modestiores iocur felis decrescente luna occisae inveteratum sale ex vino bibendum ante accessiones quartanae dixere. idem Magi fimi bubuli cinere consperso puerorum urina inlinunt digitos pedum manibusque leporis cor adalligant. coagulum ante accessiones propinant. datur et caseus caprinus recens cum melle diligenter sero expresso.

230 17. (67.) Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est. Lethargicos excitat asini lichen naribus inlitus ex aceto, caprini cornus nidor aut pilorum, iocur aprunum. itaque et veternosis datur. Phthisicis medentur iocur lupi ex vino macro, suis feminae herbis pastae laridum, carnes asininae ex iure sumptae. hoc genere maxime in Achaia curant id malum. fimi quoque aridi sed pabulo viridi pasto bove fumum harundine

---

2. ex aqua sublime] sub limine ex aqua, *E*. 5. asini] asinini pulli, *ER*². 9. maxillam, *R*¹*V*. apri] *E*. apruni, *R*¹*V*¹. aprini, *r*. 13. quidem] vero, *R*¹*V*. 14. lippi, *E*². pippi, *E*¹. 15. et, *C*. 17. aeque, *E*. 19. recedant, *E*. circumitum, *RV*. 20. quaeve, *R*². 24. manibusque] *d*. manusque, *EV*². mausque, *R*². manuus que (quae, *V*¹) *r*. 26. sero] *om*. *R*¹*V*. 32. macres, *R*¹. macre, *V*. ex] *E*. et, *R*². e, *r*. 33. hoc] ne hoc, *E*.

haustum prodesse tradunt, bubuli cornus mucronem exustum duorum coclearium mensura addito melle pilulis devoratis. caprae sebo in pulte alicacia et phthisim et tussim sanari, vel 231
recenti, cum mulso liquefacto, ita ut uncia in cyathum addatur
5 rutaeque ramo permisceatur, non pauci tradunt. rupicaprae sebi cyatho et lactis pari mensura deploratum phthisicum convaluisse certus auctor adfirmat. sunt et qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo et cervi pulmonem, maxime subulonis, siccatum in fumo tritumque in vino.

10 (68.) Hydropicis auxiliatur urina e vesica capri paulatim 232
data in potu, efficacius quae inaruerit cum vesica sua, fimi taurini maxime, sed et bubuli — de armentivis loquor, quod bolbiton vocant — cinis coclearium trium in mulsi hemina, bovis feminae in mulieribus, ex altero sexu in viris, quod veluti
15 mysterium occultarunt Magi, fimum vituli masculi inlitum, fimi vitulini cinis cum semine staphylini, aequa portione ex vino, sanguis caprinus cum medulla. efficaciorem putant hircinum utique si lentisco pascantur.

(69.) Igni sacro ursinus adips inlinitur, maxime qui est ad 233
20 renes, vitulinum fimum recens vel bubulum, caseus caprinus siccus cum porro, ramenta pellis cervinae desecta pumice ex aceto trita, rubori cum prurigine equi spuma aut ungulae cinis, eruptionibus pituitae asinini fimi cinis cum butyro, papulis nigris caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo re-
25 moto, pusulis suilli fimi cinis aqua inlitus vel cornus cervini cinis,
(70.) luxatis recens fimum aprinum vel suillum, item vitulinum, 234
verris spuma recens cum aceto, fimum caprinum cum melle, bubula caro inposita, ad tumores fimum suillum in testo calefactum tritumque cum oleo. duritias corporum omnes tollit
30 optime adips e lupis inlitus. In his quae rumpere opus est plurimum proficit fimum bubulum in cinere calefactum aut

---

1. prodest produnt, *E.* bubuliae, *RV.* 2. pipulis, *RV.* 3. pulite, *E.* acacia, *E.* phision, *E.* 6. 7. conva'sisse, *R.* cornua iussisse, *V.* 7. autem adfirmare, *E.* et qui] et, *R.* qui et, *V.* cinere, *E.* 10. urina e vesica] *ego.* urinae (urine, *R.* urina, *V*) vesicae, *C.* capri] *Urlichs vind. 629.* apri, *C.* 11. potus, *ER.* 12. sed] subulonis sed, *E.* quid, *E.* 13. coclearíorum, *E.* dociarium, *V.* eminae, *E.* hemine, *V.* 14. bovis feminae] *om.* R^1V. ex] et ex, ER^2. sexu in] vino, *V.* viris] vini, *E.* 17. hircinum] *Sillig.* hircini, *E.* hircim, R^2. hirci, *r.* 21. delecta, *V.* deiecta, *r.* punicae, *E.* punice, *V.* 22. rubori] *codd. Gel.* rubrorem, R^1. ruborem, *r.* 28. ad] *om. E.* tumorem, *E.* in] sub, R^1V. 29. mollit, *RV.* 30. sit, R^1V.

caprinum in vino vel aceto decoctum, in furunculis sebum bubulum cum sale aut, si dolores sint, cum oleo liquefactum sine
235 sale, simili modo caprinum, (71.) in ambustis ursinus adips cum lilii radicibus, aprunum aut suillum fimum inveteratum, saetarum ex his e penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus, tali bubuli 5 cinis cum cera et medulla cervina, fel tauri, fimum leporis,
236 sed caprarum fimum sine cicatrice sanare dicitur. Glutinum praestantissimum fit ex auribus taurorum et genitalibus, nec quicquam efficacius prodest ambustis, sed adulteratur nihil aeque, quibusvis pellibus inveteratis calciamentisque etiam decoctis. 10 Rhodiacum fidelissimum, eoque pictores et medici utuntur. id quoque quo candidius eo probatius, nigrum et lignosum damnatur.

237 (72.) Nervorum doloribus fimum caprinum decoctum in aceto cum melle utilissimum putant vel putrescente nervo. 15 Spasmata et percussu vitiata fimo apruno curant vere collecto et arefacto, sic et quadrigas agentis tractos rotave vulneratos
238 et quoquo modo sanguine contuso, vel si recens inlinatur. sunt qui incoxisse aceto utilius putent. quin et in potu farinam eam ruptis convulsisque et eversis ex aceto salutarem promittunt. 20 reverentiores cinerem eius ex aqua bibunt, feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario adprobare vellet. proximam suillo fimo vim putant.

239 18. (73.) Sanguinem sistit coagulum cervinum ex aceto, item leporis, huius quidem et pilorum cinis, item ex fimo asini 25 cinis inlitus, efficacior vis e maribus aceto admixto et in lana ad omne profluvium inposito, similiter ex equino capitis et feminum aut fimi vitulorum cinis inlitus ex aceto, item caprini
240 cornus vel fimi ex aceto. hircini vero iocineris dissecti sanies efficacior, et cinis utriusque ex vino potus vel naribus ex aceto 30 inlitus, hircini quoque utris, vinarii dumtaxat, cinis cum pari pondere resinae, quo genere sistitur sanguis et vulnus glutinatur.

---

1. vino vel aceto] *E.* aceto (acetum, *R*) vel in vino, *r.* 2. dolores sint cum] *V.* dolores (dolor est, *R*) intinctum, *r.* 3. in — 4. radicibus] *om.* R^1V. 5. tali] et alii, *E.* 7. fimus, *RV.* sanari, *E.* 9. adulteratus, *ER.* 16. percussu] *d.* percussi, ER^2. percusso, *r.* collectae, *E.* collect, *V.* 17. argentis, *E.* rotat vel, *ER ex corr.* 19. utilius putent] ER^2. salutarem promittunt, *r. Vid. v. 20.* potum, *E.* posito, R^1V. 20. convulneratisque, ER^2. et] *om.* R^1V. eversos, *E.* salutarem promittunt] utilius (ulius, R^1) putent, R^1V. 22. 23. se trigario] strigario, *E.* se triario, R^1. e trigario, V^1. 23. adprobavere, R^1V. 25. ex] et, ER^2. e, *V. om.* R^1. 27. 28. feminam, R^1V. 31. utris] *d.* utres, ER^2. utrius, *r.* 32. existitur, *E.*

haedinum quoque coagulum ex aceto et feminum eius combustorum cinis similiter pollere traduntur.

(74.) Ulcera sanat in tibiis cruribusque ursinus adips ad- 241
mixta rubrica, quae vero serpunt fel aprunum cum resina et
5 cerussa, maxillarum apri vel suum cinis, fimum suum inlitum
siccum, item caprinum ex aceto subfervefactum. cetera purgantur et explentur butyro, cornus cervini cinere vel medulla cervi, felle taurino cum cyprino aut fimo hircino. fimum recens suum vel inveterati farina inlinitur vulneribus ferro factis. phagedaenis
10 et fistulis inmittitur fel tauri cum suco porri aut lacte mulierum
vel sanguis aridus cum cotyledone herba. carcinomata curat 242
coagulum leporis cum pari pondere capparis adspersum vino, gangraenas ursinum fel pinna inlitum, asini ungularum cinis ea quae serpunt ulcera inspersus. sanguis equi adrodit carnes
15 septica vi, item fimi equini inveterati favilla, ea vero quae
phagedaenas vocant in ulcerum genere corii bubuli cinis cum melle. caro vituli recentia vulnera non patitur intumescere. fimum bubulum cum melle, fimi vitulini cinis sordida ulcera et 243
quae cacoethe vocant e lacte mulieris sanant, recentes plagas
20 ferro inlatas glutinum taurinum liquefactum, tertio die solutum. caseus caprinus siccus ex aceto ac melle purgat ulcera, quae vero serpant cohibet sebum cum cera, item addita pice ac sulpure percurat. similiter proficit ad cacoethe haedi feminum cinis e lacte mulieris et adversus carbunculos suis feminae cerebrum tostum
25 inlitumque.

(75.) Scabiem hominis asininae medullae maxime abolent 244
et urinae eiusdem cum su*illo* luto inlit*ae*, butyrum etiam quod in iumentis proficit cum resina calida, glutinum taurinum in aceto liquefact*um* addita calce, fel caprinum cum aluminis cinere,
30 bovas fimum bubulum, unde et nomen traxere. canum scabies sanatur bubulo sanguine recenti iterumque, cum inarescat, inlito et postero die abluto cinere lixivo.

---

8. fimo] *om.* R^1V^1. ircino, R^2V^2. irino, R^1V^1. 9. inlinuntur, R^1V. 10. mittuntur, *E.* 13. fel] *E.* vel, *r.* 15. styptica, *E.* 16. pagedene, *E.* generum, *E.* 17. recentia — 18. cinis] *om.* R^1V^1. 17. patiuntur, *C.* *dist. ego.* 18. fimi] *Urlichs vind. 632.* femininum, EV^2. feminum, R^2. *om. r.* 19. e] *om. E.* et e, *r.* 20. solutum] *d.* solut, R^1. solutus, *V.* solutas, *r.* 22. addito, *E.* 23. hedi, *E.* hoedi, R^2. *om.* R^1. cae, *V.* 24. adversus] ad, R^1V. 27. et] *om. E.* suillo] *Urlichs vind. 633.* suo, *C.* inlito, *C.* 28. tumentis, *EV.* in — 29. caprinum] *om. E.* in aceto liquefacto addita (*om. R.*) calce (*om. R.*) fel caprinum, *r.* 30. bonas, *E.* 31. sanatura, *E.* sanantur, *R.* utrumque, *E.* 32. lexivo, *E.* lixive, *V.*

245 (76.) Spinae et similia corpori extrahuntur felis excrementis, item caprae ex vino, coagulo quocumque, sed maxime leporis, cum turis polline et oleo aut cum visci pari pondere aut cum propoli. Cicatrices nigras sebum asininum reducit ad colorem, fel vituli extenuat calefactum. medici adiciunt murram et mel et crocum aereaque puxide condunt. aliqui et florem aeris admiscent.

246 19. (77.) Mulierum purgationes adiuvat fel tauri in lana sucida adpositum — Olympias Thebana addidit hysopum et nitrum — cornus cervini cinis potus, item vulva laborantes inlitus quoque et fel taurinum cum opio adpositum obolis binis. vulvas et pilo cervino suffire prodest. Tradunt cervas, cum senserint se gravidas, lapillum devorare, quem in excrementis repertum aut in vulva — nam et ibi invenitur — custodire
247 partus adalligatum. inveniuntur et ossicula in corde et in vulva perquam utilia gravidis parturientibusque. nam de pumice quae
11, 203 in vaccarum utero simili modo invenitur diximus in natura boum. Lupi adips inlitus vulvas mollit, dolores earum iocur. carnes lupi edisse parituris prodest, aut si incipientibus parturire sit iuxta qui ederit, adeo ut etiam contra inlatas noxias valeat.
248 eundem supervenire pernitiosum est. Magnus et leporis usus mulieribus. vulvas adiuvat pulmo aridus potus, profluvia iocur cum Samia terra ex aqua potum, secundas coagulum — caventur pridiana balnea — inlitum quoque cum croco et porri suco, vellere adpositum abortus mortuos expellit. si vulva leporum in cibis sumatur, mares concipi putant, hoc et testiculis eorum et coagulo profici, conceptum leporis utero exemptum his quae
249 parere desierint restibilem fecunditatem adferre. sed pro conceptu leporis saniem et viro Magi propinant, item virgini VIII grana fimi ut stent perpetuo mammae. coagulo quoque ob id cum melle inlinunt, sanguinem ubi evolsos pilos renasci nolunt. Inflationi vulvae fimum aprunum suillumve cum oleo inlini

---

5. externuat, *E.* extenua, *r.* 9. addit, *RV.* 10. nintrum, R^2. mintrum, R^1V. vulvae, *E.* vulvas, *R.* 11. inlit, R^1. inlitum, ER^2. adpositus, *E.* appositus (adpositum, *V*) cum, R^1V. appositus, R^2. 12. et] *om.* *RV.* pilos, *E.* 15. invenitur, R^1V. 16. pumice] *d.* pumnicae, *E.* pula, R^1. punice, *r.* 16. 17. quae in] *V.* quae, *E.* que, R^2. que in R^1. 18. carnes] carnes eorum, R^1V. 20. qui edent, R^1. quia aderit, *E.* 21. super ventre, R^1V. 24. suco] suco et, R^1V. 25. vulvae, ER^2. 27. coagulum, *E.* 28. 29. pro conceptu] *ER ex corr.* conceptus, *V.* 29. santem, *V.* sagninem, R^1. sagniem, R^2. maio, *R.* magio, *V.* item — 30. mammae] *om.* R^1V. 31. inlinit, R^1V. et nasci, *E.* 32. inflationem, *E.* inflatione, *V.*

prodest. efficacius sistit farina aridi, ut aspergatur potioni, vel
si gravidae aut puerperae torqueantur. Lacte suis poto cum 250
mulso adiuvantur partus mulierum, per se vero potum deficientia
ubera puerperarum replet. eadem circumlita sanguine feminae
5 suis minus crescent. si dolent, lactis asinini potu mulcentur,
quod addito melle sumptum et purgationes earum adiuvat. sanat
et vulvarum exulcerationes eiusdem animalis sebum inveteratum
et in vellere adpositum duritias vulvarum emollit. per se vero
recens vel inveteratum ex aqua inlitum psilotri vim optinet.
10 eiusdem animalis lien inveteratus ex aqua inlitus mammis abun- 251
dantiam facit, vulvas suffitu corrigit. Ungulae asininae suffitio
partum maturat ut vel abortus evocetur, nec aliter adhibentur,
quoniam viventem partum necant. eiusdem animalis fimum si
recens inponatur, profluvia sanguinis mire sedare dicitur, nec
15 non et cinis eiusdem fimi, qui et vulvae prodest inpositus.
Equi spuma inlita per dies XL prius quam primum nascantur 252
pili restinguntur, item cornus cervini decocto, melius, si recentia
sint cornua. Lacte equino iuvantur vulvae collutae. quod si
mortuus partus sentiatur, lichen equae e dulci potus eicit, item
20 ungula suffitu aut fimum aridum. Vulvas procidentes butyrum
infusum sistit. induratam vulvam aperit fel bubulum rosaceo
admixto, foris vellere cum resina terebinthina inposito. aiunt 253
et suffitu fimi e mari bove procidentes vulvas reprimi, partus
adiuvari, conceptus vero vaccini lactis potu. Sterilitatem a
25 partus vexatione fieri certum est. hanc emendari Olympias
Thebana adfirmat felle taurino et adipe serpentium et aeruginę
ac melle medicatis locis ante coitus. Vitulinum quoque fel in
purgationibus sub coitu adspersum vulvae etiam duritiam ventris
emollit et profluvium minuit umbilico peruncto atque in totum
30 vulvae prodest. modum statuunt fellis pondere denarii, opii 254
tertiam admixto amygdalino oleo quantum satis esse appareat,

---

1. sisti, *RV*. potione, *RV*. 2. si] sistit, R^1. si sit, *V*. poto] pute, *RV*. 5. crescunt, R^1V. potu] *d*. potum, *E*. potus, *r*. 6. sumptis, R^1. sumptus, *V*. 8. duritias] *d*. duritia, *r*. 9. vel] veluti, *E*. 10. lieni, *RV*. inlitum, *R*. inlitu, *V*. 11. suffitu] suffitae, *ER*. 12. alter adhibetur, *E*. 15. inpositum *ER ex corr*. 17. restringuntur, *R*. restringunt, *V*. decocti, *E*. 18. lates, *E*. 19. licaen, *E*. licen, *r*. equae e] *Sillig coni*. equae, *E*. eque, *r*. duci, *E*. eiicie, *R*. efficit, *E*. 20. ungula] *Sillig*. ungulas, *C*. suffitum, *E*. 22. cum—23. vulvas] *om*. R^1V^1. 23. procedentes, *EV*. 24. potum, *E*. potus, *V*. 25. vexatione] *d*. vexationem, *E*. vexationes, *r*. 26. tauri, R^1V. 27. ac] ad, *E*. 28. duritias, *RV*. 30. modum] *om*. R^1V. opio, *R*. op, *E*. 31. amygdaleo, *E*.

haec in vellere inponunt. masculi fel vituli cum mellis dimidio tritum servatur ad vulvas. Carnem vituli si cum aristolochia inassatam edant circa conceptum, mares parituras promittunt. medulla vituli in vino et aqua decocta cum sebo exulcerationibus vulvarum inposita prodest, item adips vulpium excrementumque
255 felium, hoc cum resina et rosaceo inpositum. Caprino cornu suffiri vulvam utilissimum putant. silvestrium caprarum sanguis cum palma marina pilos detrahit, ceterarum vero fel callum vulvarum emollit inspersum et a purgatione conceptus facit. sic quoque psilotri vis efficitur, evulsis pilis triduo servatur inlitum. profluvium quamvis inmensum urina caprae pota sisti obstetrices promittunt, et si fimum inlinatur. membrana caprarum in qua partus editur inveterata potuque sumpta in vino
256 secundas pellit. Haedorum pilis suffiri vulvas utile putant et in profluvio sanguinis coagulum bibi aut hyoscyami semen inponi. E bove silvestri nigro si sanguine ricini lumbi perungantur mulieri, taedium veneris fieri dicit Osthanes, idem amoris potu hirci urinae admixto propter fastidium nardo.

257 (78.) Infantibus nihil butyro utilius per se et cum melle, privatim et in dentione et ad gingivas et ad oris ulcera. Dens lupi adalligatus infantium pavores prohibet dentiendique morbos, quod et pellis lupina praestat — dentes quidem eorum maximi equis quoque adalligati infatigabilem cursum praestare dicuntur.
258 — leporum coagulo ubere inlito sistitur infantium alvus. Iocur asini admixta modice panace instillatum in os a comitialibus morbis et aliis infantes tuetur; hoc XL diebus fieri praecipiunt. et pellis asini iniecta inpavidos infantes facit. dentes qui equis primum cadunt facilem dentitionem praestant adalligati infanti-
259 bus, efficacius, si terram non attigere. Lien bubulus in melle et datur et inlinitur ad lienis dolores, ad ulcera manantia cum melle** lien vituli in vino decoctus tritusque et inlitus ulcuscula oris. Cerebrum caprae Magi per anulum aureum traiectum prius quam lac detur infantibus instillant contra comitiales ceterosque infantium morbos. caprinum fimum inquietos infantes adalligatum

---

1. inponuntur, R^1V. masculinum, *C*. 3. marem, *RV*. 4. et] *V*. ex, *r*. exulceratio, R^1V. 5. idem, R^1V. 6. rosaceum, *E*. inpositam, R^1V. caprini, *E*. 8. detrahi, *E*. 11. potus, *C*. 13. qua] aqua, *C*. editus, *E*. inveterat, R^1. inveteratatur, *V*. 15. profluvia, *E*. profluo, *V*. semine, *C*. 17. pota, *R*. poto, *V*. 18. admixti, *R*. admixtu, *V*. 21. dentiendique] *Ianus*. dentientique, *C*. 25. a] *om*. *E*. 29. attingere *EV*. 30. et datur] edetur, ER^2. 31. *lac. indicavit Sillig*.

panno cohibet, maxime puellas. lacte caprino aut cerebro leporum perunctae gingivae faciles dentitiones faciunt.

(79.) Somnos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitrabatur, 260
vulgus et gratiam corpori in VIIII dies, frivolo quidem ioco,
5 cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione.
Magi felle caprae, sacrificatae dumtaxat, inlito oculis vel sub
pulvino posito somnum allici dicunt. sudores inhibet cornus
caprini cinis ex myrteo oleo perunctis.

(80.) Coitus stimulat fel aprunum inlitum, item medullae 261
10 suum haustae, sebum asininum anseris masculi adipe admixto
inlitum, item a coitu equi a Vergilio quoque descriptum virus
et testiculi equini aridi ut potioni interi possint dexterve asini
testis in vino potus portione vel adalligatus bracchiali, eiusdem
a coitu spuma collecta russeo panno et inclusa argento, ut
15 Osthanes tradit. Salpe genitale in oleum fervens mergi iubet 262
septies eoque perungui pertinentes partes, Bialcon cinerem ex
eodem bibi vel tauri a coitu urinam, luto ipso inlini pubem.
at e diverso muris fimo inlito cohibetur virorum venus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut suis assus, ieiuni cibo sumptus eo
20 die, item haedinus.

20. (81.) Mira praeterea traduntur in isdem animalibus: 263
vestigium equi excussum ungula, ut solet plerumque, si quis
collectum reponat, singultus remedium esse recordantibus quonam
loco id reposuerint, iocur luporum equinae ungulae simile esse
25 et rumpi equos qui vestigia luporum sub equite sequantur, talis
suum discordiae vim quandam inesse, in incendiis, si fimi aliquid egeratur e stabulis, facilius extrahi nec recurrere oves bovesque, hircorum carnes virus non resipere, si panem hordeacium 264
eo die quo interficiantur ederint laserve dilutum biberint, nullas
30 vero teredinem sentire luna decrescente induratas sale. adeoque
nihil omissum est ut leporem surdum celerius pinguescere reperiamus, animalium vero medicinas: si sanguis profluat iumen- 265
tis, suillum fimum ex vino infundendum, boum autem morbis
sebum, sulpur vivum, alium silvestre concoctum, trita in vino

---

4. frivolo] *om. E.* loco, *EV*². laco, *V*¹. 6. magis, *E.* felle caprae] fel, *R*¹*V.* 8. ex] *d.* e, *E.* et, *r.* 10. permixto, *E.* 11. ad coitum, *RV.* a] *om. E.* 13. portione] pro potione, *ER*². 14. roseo, *E.* risseo, *R*¹. 15. in] id in, *R*¹*V.* 16. vialcon, *E.* 17. ibi, *E.* urina, *RV.* 18. at e] ad e, *V.* de, *E.* diversus, *R.* diversu, *V.* muri, *C.* 20. haedinus] editus, *E.* 26. discordiae] adipis (adips, *V*¹. adeps, *V*²) cordiae, *R*¹*V.* 28. recipere, *R*¹*V.* 30. sale] *om. E.* 31. surdum] tardium, *E.* 34. concoctum] *cod. Tol.* cum (oum, *E.* eum, *R*) coctum, *C.*

discripto per aetatum gradus. Deserta deinde et haec secta est,
quoniam necesse erat in ea litteras scire. mutata et quam postea
26, 12 Asclepiades, ut rettulimus, invenerat. auditor eius Themison
fuit, seque inter initia adscripsit illi, mox procedente vita ad
sua placita mutavit, sed et illa Antonius Musa eiusdem auctori- 5
tate divi Augusti quem contraria medicina gravi periculo exeme-
7 rat. Multos praetereo medicos celeberrimosque ex his Cassios,
Calpetanos, Arruntios, Rubrios. ducena quinquagena HS annua
his mercedes fuere apud principes. Q. Stertinius inputavit prin-
cipibus quod sestertiis quingenis annuis contentus esset, sescena 10
enim sibi quaestu urbis fuisse enumeratis domibus ostendebat.
8 par et fratri eius merces a Claudio Caesare infusa est, census-
que, quamquam exhausti operibus Neapoli exornata, heredi
HS $\overline{\text{CCC}}$ reliquere, quantum Athenaidi Arruntius solus. exortus
deinde est Vettius Valens adulterio Messalinae Claudii Caesaris 15
nobilitatus pariterque eloquentia. adsectatores et potentiam
9 nanctus novam instituit sectam. eadem aetas Neronis princi-
patu ad Thessalum transilivit delentem cuncta placita et rabie
quadam in omnis aevi medicos perorantem, quali prudentia
ingenioque aestimari vel uno argumento abunde potest, cum 20
monumento suo, quod est Appia via, iatronicen se inscri-
pserit. nullius histrionum equorumque trigari comitatior egressus
in publico erat, cum Crinas Massiliensis arte geminata, ut cautior
religiosiorque, ad siderum motus ex ephemeride mathematica
cibos dando horasque observando auctoritate eum praecessit, 25
nuperque HS $\overline{\text{C}}$ reliquit, muris patriae moenibusque aliis paene
10 non minore summa extructis. Hi regebant fata, cum repente
civitatem Charmis ex eadem Massilia invasit damnatis non solum
prioribus medicis verum et balneis, frigidaque etiam hibernis

---

1. discerpto, *E*. descripto, *R*. 2. eas, *RV*. 3. auditor] additos, *V*² *in ras.* or, *R*¹*F*. themiston, *ER*². temison, *r*. 4. fuit seque] fuisseque, *ER*². scripsit illo, *E*. procedentia, *E*. vitia, *C*. 4. 5. ad sua] *E*. sua et, *r*. 5. 6. auctoritatem, *EV*. 7. praeterea, *E*. 8. calpitanos, *ER*². carpetanos, *R*¹*V*¹. arbuntios, *R*¹*V*. ducena — HS] ducena — his, *V*. al. $\overline{\text{ss}}$, *E*. 8. 9. annua his] annua, *R*². anulis, *R*¹. annualis, *V*. 9. mercedes] mercede his, *ER*². Q.] quae, *EV*, 11. numeratis, *E*. 12. fratri] facti, *E*. 13. exhaustis, *E*. ex austi, *V*. operis, *R*¹*V*. opera, *R*². heredis, *E*. 14. HS. CCC., *E*. HS. trecenties centena milia, *R* (?). sti. ceci, *V*. Athenaidi] *ego*. athenade, *R*¹. at//nadens, *V*¹. atenaidem, *V*². athena idem (id est, *E*) *r*. 16. eloquentiae, *E*. *dist. A. Kiessling*. potentie, *R*. potentiae, *r*. 20. abunde — 21. monumento] *om*. *R*¹*V*¹. 20. potest] reperta est, *V*. porta est, *r*. 21. suo] *om*. *V*¹. 23. ut] uc, *V*¹. ita ut, *EV*². 29 balineis, *RV*. a balneis, *E*.

algoribus lavari persuasit. mersit aegros in lacus. videbamus senes consulares usque in ostentationem rigentes, qua de re exstat etiam Annaei Senecae adstipulatio. nec dubium est omnes 11
istos famam novitate aliqua aucupantes anima statim nostra
5 negotiari. hinc illae circa aegros miserae sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur accessio alterius. hinc illa infelix monumentis inscriptio, turba se medicorum perisse. Mutatur ars cottidie totiens interpolis, et ingeniorum Graeciae flatu inpellimur, palamque est, ut quisque inter istos
10 loquendo polleat, imperatorem illico vitae nostrae necisque fieri, ceu vero non milia gentium sine medicis degant nec tamen sine medicina, sicuti p. R. ultra sexcentesimum annum, neque ipse in accipiendis artibus lentus, medicinae vero etiam avidus, donec expertam damnavit.

15 (6.) Etenim percensere insignia priscorum in his moribus 12
convenit. Cassius Hemina ex antiquissimis auctor est primum e medicis venisse Romam Peloponneso Archagathum Lysaniae filium L. Aemilio M. Livio cos. anno urbis DXXXV, eique ius Quiritium datum et tabernam in compito Acilio emptam ob id
20 publice. vulnerarium eum fuisse *tradunt*, mireque gratum ad- 13
ventum eius initio, mox a saevitia secandi urendique transisse nomen in carnificem et in taedium artem omnesque medicos, quod clarissime intellegi potest ex M. Catone, cuius auctoritati triumphus atque censura minimum conferunt, tanto plus in ipso
25 est. quamobrem verba eius ipsa ponemus:

(7.) Dicam de istis Graecis suo loco, M. fili. 14
quid Athenis exquisitum habeam et quod bonum sit illorum litteras inspicere, non perdiscere, vincam. nequissimum et indocile genus illorum, et hoc
30 puta vatem dixisse: quandoque ista gens suas litteras dabit, omnia conrumpet, tum etiam magis, si medicos suos hoc mittet. iurarunt inter se barbaros necare omnes medicina, et hoc ipsum mer-

---

1. mersit] *om.* R^1V^1. latus, *ER*. 2. ostentationem] *R ex corr.* V^2. ostentionem, *E*. ostantionem, V^1. 4. fama, *E*. 7. infelicis, ER^2. monumenti, *RV*. scriptio, R^1V. turba se] turbare, R^1V^1. turbas re, V^2. mediorum, V^2. 8. cotiens, *E*. interpellis, R^1V. 10. valeat, R^1V. 13. lentus] *d.* tentus, R^1V^1. lentis, *r*. 15. recensere, R^1V^1. 16. antiquis, *E*. 20. credunt, *C*. 20. 21. gradu adventu, *E*. 21. initio] *om.* *E*. 23. auctoritas, *E*. auctoritate, *r*. 25. ipsa] *om.* R^1V^1. 26. filio, R^1V. 30. puta vatem] putabam item, *E*. 31. corrumpit, *RV*. 32. si] *om.* R^1V^1. 33. et] sed, *V*. set, *r*.

cede faciunt ut fides is sit et facile disperdant. nos quoque dictitant barbaros et spurcius nos quam alios opicon appellatione foedant. interdixi tibi de medicis.

15 (8.) Atque hic Cato sescentesimo quinto anno urbis nostrae obiit, octogensimo quinto suo, ne quis illi defuisse publice tempora aut privatim vitae spatia ad experiendum arbitretur. quid ergo? damnatam ab eo rem utilissimam credimus? minime, Hercules. subicit enim qua medicina se et coniugem usque ad longam senectam perduxerit, his ipsis scilicet quae nunc nos trademus, profiteturque esse commentarium sibi quo medeatur filio, servis, familiaribus, quem nos per genera usus sui digerimus.
16 Non rem antiqui damnabant, sed artem, maxime vero quaestum esse manipretio vitae recusabant. ideo templum Aesculapii, etiam cum reciperetur is deus, extra urbem fecisse iterumque in insula traduntur, et cum Graecos Italia pellerent diu etiam post Catonem, excepisse medicos. augebo providentiam illorum.
17 solam hanc artium Graecarum nondum exercet Romana gravitas, in tanto fructu paucissimi Quiritium attigere et ipsi statim ad Graecos transfugae, immo vero auctoritas aliter quam Graece eam tractantibus etiam apud inperitos expertesque linguae non est, ac minus credunt quae ad salutem suam pertinent, si intellegunt. itaque, Hercules, in hac artium sola evenit ut cuicumque medicum se professo statim credatur, cum sit periculum in
18 nullo mendacio maius. non tamen illud intuemur, adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. nulla praeterea lex quae puniat inscitiam eam, capitale nullum exemplum vindictae. discunt periculis nostris et experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidisse inpunitas summa est. quin immo transit convitium et intemperantia culpatur ultroque qui periere arguuntur. sed decuriae pro more censuris principum examinantur, inquisítio per parietes agitur, et qui de nummo

---

2. dictitabant, R^1V. spurcius] *E.* super eius, *r.* 3. opicon] *O. Jahnus in Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850, 266.* opificos, *E.* hoppicos, R^1. hoppificos, R^2. hoppocos, *V.* 3. 4. interdixi—medicis] *om.* R^1V^1. 7. ut, R^1V. ad] *E.* aut, *r.* experiendum] *d.* expediendum, *r.* 8. ab eo rem] ab eorum, *E.* haberem, R^1. utilissimum, *E.* 9. quam, *E.* se] est, *E.* 10. 11. nos tredamus, *E.* nostras citamus, *r.* 11. profitemurque, *E.* 12. differimus, *E.* 19. tantum, R^1. fructum, R^1V. 23. in] *om. E.* sol, EV^1. 24. medicum se] *d.* medum se, *E.* modo se (re, *V*) *r.* professae, *E.* proferra, *R.* proferro, *V.* 27. eam] ea, *V. om. r.* capitalem, *E.* 31. pro more] pomere, *E.* 32. exanimantur, *V.* exanimatur, *E.*

iudicet a Gadibus columnisque Herculis arcessitur, de exilio vero non nisi XLV electis viris datur tabella. at de iudice ipso 19
quales in consili*um* eunt statim occisuri! merito, dum nemini nostrum libet scire quid saluti suae opus sit. alienis pedibus
5 ambulamus, alienis oculis agnoscimus, aliena memoria salutamus, aliena et vivimus opera, perieruntque rerum naturae pretia et vitae argumenta. nihil aliud pro nostro habemus quam delicias. Non deseram Catonem tam ambitiosae artis invidiae a me ob- 20
iectum aut senatum illum qui ita censebat, idque non criminibus
10 artis arreptis, ut aliquis exspectaverit. quid enim venenorum fertilius aut unde plures testamentorum insidiae? iam vero et adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi in Livia Drusi Caesaris, item Valentis in qua dictum est regina. non sint artis 21
ista sed hominum; non magis haec urbi timuit Cato, ut equidem 8
15 credo, quam reginas. ne avaritiam quidem arguam rapacesque nundinas pendentibus fatis et dolorum indicaturam ac mortis arram aut arcana praecepta, squamam in oculis emovendam potius quam extrahendam, per quae effectum est ut nihil magis pro re videretur quam multitudo grassantium; neque enim
20 pudor sed aemuli pretia summittunt. notum est ab eodem 22
Charmide unum aegrum e*x* provincialibus HS CC reconductum 10
Alconti vulnerum medico, HS C̄ damnato ademisse Claudium principem, eidemque in Gallia exulanti et deinde restituto adquisitum non minus intra paucos annos. et haec personis in-
25 putentur. ne faecem quidem aut inscitiam eius turbae arguamus, 23
ipsorum intemperantiam, in morbis aquarum calidarum deverticulis imperiosa inedia et ab isdem deficientibus cibo saepius die ingesto, mille praeterea paenitentiae modis, culinarum etiam praeceptis et unguentorum mixturis, quando nullas omisere vitae
30 inlecebras. invehi peregrinas merces conciliarique externa pretia 24

---

1. a] *om. E.* 2. nisi] nisi de, *E.* 3. consilio, *C.* 4. quod, *E.* 5. ambulemus, *E.* aliene, *E.* 6. et] *om. E.* 8. ambitiose, *E.* ambitione, *V.* 9. aut] ut a, *E.* idque] itaque, *E.* 11. feracius, *R.* unde] *E.* unius, *r.* 12. in] *om. R¹V.* eudemi] *codd. Barb.* eundem, *C.* 13. sunt, *R¹V.* 13. 14. artes istae, *E.* 16. ac] aut, *R¹V.* 17. arram] *V.* arma, *E.* atycon, *R.* praecepti, *R¹V.* squam, *V.* et movendam, *R¹V.* 18. magis] ma, *R¹V¹.* 20. pudor sed] pudoris, *E.* aemulis, *C.* notum] *d. om. R¹V¹.* non, *r.* 21. ex] e, *R¹V¹.* et, *r.* CC] .C., *E.* ducentis, *R* (?). ducenta, *V.* *dist. ego.* 22. medicorum, *E.* 24. intra — personis] *om. E.* 25. faecem] faecem hoc, *E.* turbae] *d.* turbam, *r.* arguemus, *R¹V.* 26. imperantiam, *E.* intemperantia, *V.* *dist. ego.* 27. in media, *E.* 28. die] de, *RV¹.*

displicuisse maioribus crediderim equidem, non tamen hoc Catonem providisse, cum damnaret artem. theriace vocatur excogitata compositio luxuriae. fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura quae singula sufficerent. Mithridatium antidotum ex rebus LIIII componitur, interim nullius pondere aequali et quarundam rerum sexagesima denarii unius imperata,
25 quo deorum, per Fidem, ista monstrante! hominum enim subtilitas tanta esse non potuit, ostentatio artis et portentosa scientiae venditatio manifesta est. ac ne ipsi quidem illa novere, conperique volgo pro cinnabari Indica in medicamenta minium
33, 124 addi inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter
26 pigmenta. verum haec ad singulorum salutem pertinent, illa autem quae timuit Cato atque providit, innocentiora multo et parva opinatu quae proceres artis eius de semet ipsi fateantur, illa perdidere imperii mores, illa quae sani patimur, luctatus, ceromata ceu valitudinis causa instituta, balineae ardentes quibus persuasere in corporibus cibos coqui ut nemo non minus validus exiret, oboedientissimi vero efferrentur, potus deinde ieiunorum ac vomitiones et rursus perpotationes ac pilorum eviratio instituta resinis eorum, itemque pectines in feminis quidem publicati.
27 ita est profecto, lues morum, nec aliunde maior quam e medicina, vatem prorsus cottidie facit Catonem et oraculum: satis esse ingenia Graecorum inspicere, non perdi-
28 scere. Haec fuerint dicenda pro senatu illo sescentisque p. R. annis adversus artem in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt, simul contra attonitas quorundam persuasiones qui prodesse nisi pretiosa non putant. neque enim dubitaverim aliquis fastidio futura quae dicentur animalia, at non Virgilio fuit nominare formicas nulla necessitate et curculiones ac lucifugis congesta cubilia blattis, non Homero inter proelia deorum inprobitatem muscae describere, non naturae gignere ista, cum gignat hominem. proinde causas quisque et effectus, non res aestimet.

---

1. quidem, *E*. et quidem, *V*. 2. theriae, *RV*. 3. luxuriae] *om*. R^1V^1. fit ex] fixit, *C*. 5. inter, *V*. nullius] *ego*. nullos, *C*. 6. aequa, R^1V. et quali, *E*. imperator, *C*. 7. istam, *ER*. 9. 10. moveri conplerique, *E*. 11. ac de inscitium, R^1V. 14. opinato, R^1V. eiusdem semet, EV^2. eius de remet, V^1. ipsis, ER^2. ipso, R^1. 15. imperio, *R*. iperio, V^1. 16. cremata, *E*. 17. cibo, *E*. coqui] quibus, *V*. 20. in] ne, R^1V. 21. moraum, V^1. moralium, V^2. nec] *d. om*. R^1. ne, *r*. e] *E*. a, *r*. 26. acconitas, *E*. ationitas, *V*. 27. persuasione, *E*. nisi] nb, *E*. 28. discentur, *C*. 28. 29. ad non, V^1. anne, *E*. 31. descripsere, R^1V. 32. gignant, *E*.

(9.) Ordiemur autem *a* confessis, hoc est lanis ovisque, ut 29
rebus praecipuis honos in primis perhibeatur. quaedam etiamsi
alienis locis, tamen obiter dici necesse erit. nec deerat materia
pompae, si quicquam aliud intueri liberet quam fidem operis,
5 quippe inter prima proditis etiam ex cinere phoenicis nidoque
medicinis, ceu vero id certum esset atque non fabulosum.
inridere est vitae remedia post millensimum annum reditura
monstrare. 2. Lanis auctoritatem veteres Romani etiam reli- 30
giosam habuere postes a nubentibus attingi iubentes praeter-
10 que cultum et tutelam contra frigora sucidae plurima praestant
remedia ex oleo vinoque aut aceto, prout quaeque mulceri
morderive opus sit et adstringi laxarive, luxatis membris dolen-
tibusque nervis inpositae et crebro suffusae. quidam et salem
admiscent luxatis, alii cum lana rutam tritam adipemque inpo-
15 nunt, item contusis tumentibusque. halitus quoque oris gratiores 31
facere traditur confricatis dentibus atque gingivis admixto melle.
prodest et phreneticis suffitu. sanguinem in naribus sistit cum
oleo rosaceo, et alio modo indita auribus opturatis spissius.
quin et ulceribus vetustis inponitur cum melle. vulnera ex vino
20 vel aceto vel aqua frigida et oleo expressa sanat. arietis vellera 32
luta frigida ex oleo madefacta in muliebribus malis inflamma-
tiones vulvae sedant et, si procidant, suffitu reprimunt. sucida
lana inposita subditaque mortuos partus evocat. sistit etiam
profluvia earum, et canis rabiosi morsibus inculcata post diem
25 septimum solvitur. reduvias sanat ex aqua frigida, eadem nitro,
sulpure, oleo, aceto, pice liquida fervescentibus tincta quam
calidissima inposita bis die lumborum dolores sedat. sistit et
sanguinem ex ariete sucida articulos extremitatium praeligans.
laudatissima omnis e collo, natione vero Galatica, Tarentina, 33
30 Attica, Milesia. sucidam inponunt et desquamatis, percussis,
lividis, incussis, conlisis, contritis, deiectis, capitis et aliis do-
loribus, stomachi inflammationi ex aceto et rosaceo. cinis eius

---

1. ordinemus, *E*. a] *om. C.* ovisque ut] *Urlichs vind. 636.* ovisque obitur ut (*om. E*) *C.* 2. etiam sic, *RV*. 3. deerit, *RV*. materie, *E*. 7. vitia, *EV*^{2}. vitiam, *r*. reddituram, *E*. redituram, *V*. 9. postes] potest, *E*. tubentes, *V*^{1}. *om. R*^{1}. 11. mulcerique ut, *R*^{1}*V*^{1}. 12. morderiqui, *V*^{1}. morderique, *R*^{1}*V*^{2}. 13. et] in, *E*. 16. mellis, *R*^{2}. 17. suffitus, *E*. 18. et—indita] et alio indita modo, *E*. indita et alio modo, *V*. 19. qui nec, *E*. 20. 21. vellere luta (uta, *E*) *EV*. 21. frigidam, *E*. 22. sucide, *RV*. 23. evocant, *RV*. 26. ferventibus, *ER*^{2}. 27. his, *E*. 30. sucida, *E*. 31. deiectis] *om. R*^{1}*V*^{1}.

inlinitur adtritis, vulneratis, ambustis. et in oculorum medica-
34 mentis additur, item in fistulas auresque suppuratas. ad hoc detonsam eam, alii evolsam, decisis summis partibus siccant carpuntque et in fictili crudo conponunt ac melle perfundunt uruntque. alii astulis taedae subiectis et subinde interstratis oleo adspersam accendunt cineremque in labellis aqua addita confricant manu et considere patiuntur, idque saepius mutantes aquam, donec linguam adstringat leniter nec mordeat. tunc cinerem reponunt. Vis eius septica est efficacissimeque genas purgat.

35 (10.) Quin ipsae sordes pecudum sudorque feminum et alarum adhaerentes lanis — oesypum vocant — innumeros prope usus habent. in Atticis ovibus genito palma. fit pluribus modis, sed probatissimum lana ab his partibus recenti concerpta aut quibuscumque sordibus sucidis primum collectis lento igni in aeneo subfervefactis et refrigeratis pinguique quod supernatet collecto in fictile vas iterumque decocta priore materia, quae pinguitudo utraque frigida aqua lavatur et in linteo saccatur ac sole torretur, donec candida fiat ac tralucida, tum in stagnea
36 pyxide conditur. probatio ut sordium virus oleat et manu fricante ex aqua non liquetur sed albescat ut cerussa. oculis utilissimum contra inflammationes genarumque callum. quidam in testa torrent donec pinguitudinem amittat, utilius tale existimantes
37 erosis et duris genis, angulis scabiosis et lacrimantibus. ulcera non oculorum modo sanat sed oris etiam et genitalium cum anserino adipe. medetur et vulvae inflammationibus et sedis rhagadis et condylomatis cum meliloto ac butyro. reliquos usus eius digeremus. sordes quoque caudarum concretae in pilulas siccatae per se tusaeque in farinam et inlitae dentibus mire prosunt, etiam labantibus, uvae gingivisque, si carcinoma serpat,
38 iam vero pura vellera aut per se inposita caecis doloribus aut accepto sulpure, et cinis eorum genitalium vitiis, tantumque pollent ut medicamentis quoque superponantur. medentur ante

---

1. 2. medicamenta, *RV*. 2. huc, *R*¹*V*. 5. uruntque] *d*. utrumque, *r*. astuli, *E*. assulis, *RV*¹. 6. in] et, *V*. additas, *R*¹*V*. 8. tum, *RV*. 12. oesopum, *E*. 13. habet, *C*. palam, *R*¹*V*. 14. modis] *om*. *R*¹*V*¹. 16. superiacet, *RV*. 17. vase, *ER*¹. priore] *d*. priori, *R*. priora, *V*. propter, *E*. ateria, *E*. 18. vitaque, *E*. siccatur, *EV*². 20. oleat et] oleante, *E*. 21. aut, *E*. cerosa, *V*. ceterosa, *R*¹. 22. genarum vel gallum (gallium, *E*¹) quidem intestator, *E*. 23. torren, *EV*. 28. digerese, *R*¹. digere, *V*¹. 29. tuseque, *V*². tureque, *V*¹. tucuteque, *R*. tusae aeque, *E*. farina, *RV*. 30. uvae] *ego*. quae, *E*. que, *r*. 31. posita. *R*¹*V*. 33. pollet, *E*.

omnia et pecori ipsi, si fastidio non pascatur. cauda enim quam artissime praeligata, evolsa inde lana, statim vescuntur, traduntque quod extra nodum sit e cauda praemori.

3. (11.) Lanae habent et cum ovis societatem simul fronti 39
5 inpositae contra epiphoras. non opus est eas in hoc usu radicula esse curatas neque aliud quam candidum ex ovo infundi ac pollinem turis. ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent urentisque refrigerant — quidam cum croco praeferunt — et pro aqua miscentur collyriis. infantibus vero contra
10 lippitudines vix aliud remedio est butyro admixto recenti. eadem 40
cum oleo trita ignes sacros leniunt betae foliis superinligatis. candido ovorum in oculis et pili reclinantur Hammoniaco trito admixtoque et vari in facie cum pineis nucleis ac melle modico. ipsa facies inlita sole non uritur. ambusta aquis si statim ovo
15 occupentur, pusulas non sentiunt — quidam admiscent farinam hordeaciam et salis parum — ulceribus vero ex ambusto cum candido ovorum tostum hordeum et suillo adipe mire prodest. eadem curatione ad sedis vitia utuntur, infantibus quidem etiam 41
si quid ibi procidat, ad pedum rimas ovorum candido decocto
20 cum cerussae denariorum duum pondere, pari spumae argenti, murrae exiguo, dein vino, ad ignem sacrum candido ovorum trium cum amulo. aiunt et vulnera candido glutinari calculosque pelli. Lutea ovorum cocta ut indurescant, admixto croco mo- 42
dice, item melle, ex lacte mulieris inlita dolores oculorum
25 mitigant, vel cum rosaceo et mulso lana oculis inposita, vel cum trito apii semine ac polenta in mulso inlita. prodest et tussientibus per se luteum devoratum liquidum ita ut dentibus non attingatur, thoracis destillationibus, faucium scabritiae. privatim contra haemorroidis morsum inlinitur sorbeturque
30 crudum. prodest et renibus, vesicae rosionibus exulcerationi- 43
busque, cruenta excreantibus. quinque ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysintericis cum cinere putaminis sui et papaveris suco ac vino. dantur coeliacis cum uvae passae

---

1. pascantur, *ER*. 2. praeligat, *ER*. 3. nondum fit, *E*. primori, *E*. praemorari, *R*. 7. infusa, *E*. 8. urentisqua, *ER*². urentes ove, *R*¹. 13. varii, *E*. turi, *V*. ac] a, *E*. modico] mixto *R*¹*V*. 14. uruntur, *R*¹*V*. 16. parvum, *E*. param, *V*. 19. procedat, *RV*. 22. trium] trum, *ER*². candida, *E*. glutinare, *R*¹*V*. 25. mitigatur, *E*. 26. con trita, *E*. inlata, *E*. 27. itaque ut, *E*. 29. haemorroidis] *ego*. emorroidas, *EV*². nemo roidas, *V*¹. haemoroidas, *R*. 30. vesicae rosionibus] *om*. *E*. 32. cum cinere] *d*. cum inira, *E*. ovum (cum *R*²) cineris, *r*.

pinguis pari pondere et malicori per triduum aequis portionibus, et alio modo lutea ovorum trium, lardi veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus, trita ad crassitudinem mellis et,
44 cum opus sit, abellanae nucis magnitudine ex aqua pota, item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto, sic et lien*t*ericis, sanguinem autem reicientibus cum tribus cyathis m*u*sti. utuntur isdem ad liventia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. sistunt et menses mulierum cocta et e vino pota,
45 inflationes quoque vulvae cruda cum oleo ac vino inlita. utilia sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe et rosaceo, sedis etiam vitiis indurata igni ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo, item ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinuntur. Fiunt et tota lutea, quae vocant sitista, cum triduo incubita tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ovorum cum gallae dimidio, ita ne ante duas horas alius cibus sumatur. dant et dysintericis pullos in ipso ovo decoctos admixta vini austeri
46 hemina et pari modo olei polentaeque. Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labiorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. comburi sine membrana oportet, sic fit et dentifricium. idem cinis et mulierum menses cum murra inlitus sistit. firmitas putaminum tanta est ut recta nec vi nec pondere ullo frangantur, nec nisi
47 paulum inflexa rotunditate. Tota ova adiuvant partum cum ruta et aneto et cumino pota e vino. scabiem corporum ac pruritum oleo et cedria mixtis tollunt, ulcera quoque umida in capite cyclamino admixta. ad puris et sanguinis excreationes ovum crudum cum porri sectivi suco parique mensura mellis Graeci calefactum hauritur. dantur et tussientibus cocta et trita cum melle et cruda cum passo oleique pari modo. infunduntur et virilitatis vitiis singula cum ternis passi *cyathis* amulique semuncia a balneis, adversus ictus serpentium cocta tritaque adiecto na-
48 sturtio inlinuntur. Cibo quot modis iuvent notum est, cum transmeent faucium tumorem calfactuque obiter foveant. nullus

---

3. trita] *om.* R^1V. 5. fricea, *E*. et] et in, ER^2. 6. lienterics] *Pint.* lieni. Ericis (erici, *E*) *C*. autem] ater, *E*. 7. mixti, *C*. sunt, *E*. 8. coctae, *E*. cocte, R^2. *om.* R^1. in vino] V^2. in eo ino, V^1. e vino, *ER ex corr.* 9. ac] *E*. aut, *r*. 11. durata, *E*. 13. cum, *E*. ex] et, *EV*. 18. putaminis, *R*. putanei, *E*. 20. cinis] cibi, *E*. 22. litus, R^1. halitus, *V*. 26. cedra, R^1V. 27. ad] ac, EV^2. 31. singulis, R^1V^1. si singula, *E*. cyathis] *om. C*. 33. cibo] *codd. Gel.* cibos, *C*. 34. transmetent, *E*. tumore, *E*.

est alius cibus qui in aegritudine alat neque oneret simulque vim potus et cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus 49
putamen. talibus cum farina in panem subactis coeliaci re- 10, 167
creantur. quidam ita resoluta in patinis torrere utilius putant,
5 quo genere non alvos tantum sed et menses feminarum sistunt, aut si maior sit impetus, cruda cum farina et aqua hauriuntur, et per se lutea ex his decocta in aceto donec indurescant, iterumque cum trito pipere torreantur ad cohibendas alvos. Fit et dysintericis remedium singulare ovo effuso in fictile novum 50
10 eiusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo confusis crebroque permixtis. quo fuerint ea excellentiora hoc praesentius remedium erit. alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam adiciunt rubentem vinumque et alio modo temperant, olei tantum mensura pari pineique corticis
15 duabus sexagensimis denari ac una eius quod rhus diximus, 24, 91
mellis obolis quinque simul decoctis, ita ut cibus alius post quattuor horas sumatur. torminibus quoque multi medentur ova bina cum alii spicis quattuor una terendo vinique hemina calefaciendo atque ita potui dando. Et, ne quid desit ovorum 51
20 gratiae, candidum ex his admixtum calci vivae glutinat vitri fragmenta. vis vero tanta est ut lignum perfusum ovo non ardeat ac ne vestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ovis tantum locuti sumus, cum et reliquarum alitum restent magnae utilitates, sicut suis locis dicemus.

25 (12.) Praeterea est ovorum genus in magna fama Galliarum, 52
omissum Graecis. angues ea numero *sex* convoluti salivis faucium corporumque spumis artifici conplexu glomerant. uranium appellatur; Druidae sibilis id dicunt in sublime iactari sagoque oportere intercipi ne tellurem attingat, profugere raptorem equo,
30 serpentes enim insequi donec arceantur amnis alicuius inter-

---

1. aegritudinem, *E.* 2. vim] vini, *E.* cibus, R^1V. 3. pane, *E.* 4. torreri, *R.* rore, *E.* 7. luta, R^1V. lute, R^2. decocta] *d.* decoctorum, *r.* indurescat, R^1V^1. 9. singulare ovo] *om. E.* fictili novo, *ER ex corr.* 13. reiunam, *E.* revin, R^1. revina, R^2. reiuna, *V.* alio] a, R^1V^1. 14. mensuram, *E.* 15. denari ac] *ego.* denariae, V^1. denarie, R^1. denariorum, *r.* quod rhus] quod rhuunt, V^1. quo trahi, *ER in ras.* quod trahi, V^2. 16. decocti, *E.* alius] *om.* R^1V. 18. una terrendo, *RV.* uterendo, *E.* 19. potui dando] *E.* potando, *r.* desit ovorum] de aestivorum (estivorum, R^1) R^1V. 20. vivae] *E.* ut, *r.* 26. anguis, R^1V^1. sex] *ego.* est, *RV.* est ovorum, *E.* conluti, *E.* salivis] *R.* saluis, *E.* sad huius, *V.* 27. arteficii, *E.* artificii, V^2. artifi, V^1. 27. glomerant. uranium] *ego.* glomerantur (glomerant, *R*) annum (//nnum, V^1. onnum, *F.* annunt, V^2) *C.* 28. appellatum, R^1. apellantum, V^1. apellantur, V^2.

ventu; experimentum eius esse, si contra aquas fluitet vel auro
53 vinctum. atque, ut est Magorum sollertia occultandis fraudibus
sagax, certa luna capiendum censent, tamquam congruere
operationem eam serpentium humani sit arbitrii. vidi equidem
id ovum mali orbiculati modici magnitudine, crusta cartilagineis 5
54 velut acetabulis bracchiorum polypi crebris insigni. Druidis ad
victorias litium ac regum aditus mire laudatur, tantae vanitatis
ut habentem id in lite in sinu equitem R. e Vocontiis a divo
Claudio principe interemptum non *ob* aliud sciam. hic tamen
conplexus anguium et frugifera eorum concordia in causa videtur 10
esse quare exterae gentes caduceum in pacis argumentis circum-
data effigie anguium fecerint, neque enim cristatos esse in
caduceo mos est.

55 (13.) De anserum ovis magnae utilitatis ipsoque ansere
dicturi hoc in volumine debemus honorem et Commageno, 15
clarissimae rei. fit ex adipe anserum, alioqui celeberrimi usus,
[est ad hoc in Commagene Syriae parte] cum cinnamo, casia,
pipere albo, herba quae Commagene vocatur, obrutis nive vasis,
odore iucundo, utilissimum ad perfrictiones, convulsiones, caecos
aut subitos dolores omniaque quae acopiis curantur, unguen- 20
56 tumque pariter et medicamentum est. fit et in Syria alio modo,
avium adipe curato ut dicemus, additis erysisceptro, xylobalsamo,
phoenice tuso, item calamo, singulorum pondere quod sit adipis,
vino bis aut ter subfervefactum. fit autem hieme, quoniam
aestate non glaciat nisi accepta cera. Multa praeterea remedia 25
sunt ex ansere, quod miror aeque quam in capris, namque
28, 153 anser corvusque ab aestate in autumnum morbo conflictari
dicuntur.

57 4. (14.) De anserum honore quem meruere Gallorum in

---

3. censet, *E*. 4. operatione (operatone, *V*) ea, *R*¹*V*. arbitri, *ER*. vidi] vidi id, *EV*². 5. cartilagineis] *ego*. carticulaginis, *E*. cartilaginis, *R*². cartilagis, *r*. 6. *dist. ego*. insigni] *ego*. insigne, *C*. 7. laudantur, *EV*². 8. aequitem, *E*¹. aequietem, *E*². e vocontiis] *codd. Gel.* evocantiis, *E*. evocantis, *R*². evocantem, *r*. a] *om. R*¹*V*. 9. ob] ad, *ER*². *om. r*. 10. frugifera torum, *E*. efferatorum, *R* (?). concordiae, *E*. 15. cammagenorum, *ER ex corr.* cum magnae, *V*. 16. aliqui, *RV*. 17. est—parte] *uncis inclusi ego*. est ad hoc] *E*. sed (est sed, *R*²) in hoc in (*om. R*) *r*. cinnamomo, *RV*. 18. picere, *R*². vicere, *R*¹. cicere, *V*. 19. iucundi, *E*. iucunde, *V*. praefictiones, *E*. 21. et] ac, *R*. *om. E*. 22. aerissceptro, *E*. erisceptro, *V*². ceitro, *V*¹. *om. R*¹ (?). 23. quod] *Sillig*. quid, *R*¹. qui, *r*. adipisci, *E*. 24. subfervefactus, *E*. ferrefactum, *R*¹. fiat, *RV*¹. 26. in capris] pancharis, *R*¹*V*¹. 27. ansere, *E*.

Capitolium ascensu deprehenso diximus. eadem de causa sup- 10, 51
plicia annua canes pendunt inter aedem Iuventatis et Summani
vivi in furca sabucea armo fixi. sed plura de hoc animali dici
cogunt priscorum mores. Catulos lactentes adeo puros existi- 58
5 mabant ad cibum ut etiam plácandis numinibus hostiarum vice
uterentur iis. Genitae Manae catulo res divina fit et in cenis
deum etiamnunc ponitur catulina. aditialibus quidem epulis
celebres fuisse Plauti fabulae indicio sunt. sanguine canino
contra toxica nihil praestantius putatur, vomitiones quoque hoc
10 animal monstrasse homini videtur, et alios usus ex eo mire
laudatos referemus suis locis.

(15.) Nunc ad statutum ordinem pergemus. Adversus ser- 59
pentium ictus efficacia habentur fimum pecudis recens in vino
decoctum inlitumque, mures dissecti inpositi, quorum natura
15 non est spernenda, praecipue in adsensu siderum, ut diximus, 2, 109 11, 196
cum lumine lunae fibrarum numero crescente atque decrescente.
tradunt Magi iocinere muris dato porcis in fico sequi dantem
id animal, in homine quoque similiter valere, sed resolvi cyatho
olei poto.

20 (16.) Mustelarum duo genera, alterum silvestre; distant 60
magnitudine, Graeci vocant ictidas. harum fel contra aspidas
dicitur efficax, cetero venenum. haec autem quae in domibus
nostris oberrat et catulos suos, ut auctor est Cicero, cottidie
transfert mutatque sedem, serpentes persequitur. ex ea inve-
25 terata sale denari pondus in cyathis tribus datur percussis aut
ventriculus coriandro fartus inveteratusque et in vino potus, ex
catulis mustelae etiam efficacius.

(17.) Quaedam pudenda dictu tanta auctorum adseveratione 61
commendantur ut praeterire fas non sit, siquidem illa concordia
30 rerum aut repugnantia medicinae gignuntur, veluti cimicum
animalis foedissimi et dictu quoque fastidiendi natura contra
serpentium morsus et praecipue aspidum valere dicitur, item
contra venena omnia, argumento, quod dicunt gallinas quo die

---

1. capitolio ascenso, R^1V. 3. armo] arbores, *E.* arbore, R^2. fixis, *RV*. 4. lactantes, *RV*. 5. cibus, V^1. cibos, V^2. 7. additalibus, *E.* 9. putant, *RV*. 12. statutum] instituti, *R.* institutis, *V*. 15. adsensus, *E.* adscensu, *R.* 17. dato] *d.* dati, *E.* datur, *R.* 17. 18. si qui tantem id animali, *E.* 18. solvi, R^1V^1. 20. distrans, *R.* distans, *V*. 25. in] *om. E.* datus, *E.* datis, R^2. da't, R^1. percussus, *E.* 26. fastus, *E.* inveteratus, *RV*. 26. 27. ex catulis] *ego.* et (e, *R*) catulus (catulum, R^1V) *C.* 27. etiam efficacius] *om. E.* 31. contra] *om.* R^1V^1. 33. dicant, *RV*.

ederint non interfici ab aspide carnes quoque earum percussis
62 plurimum prodesse. ex his quae tradunt humanissimum est
inlinere morsibus cum sanguine testudinis, item suffitu eorum
abigere sanguisugas adhaerentes haustasque ab animalibus re-
stinguere in potu datis, quamquam et oculos quidam his in- 5
ungunt tritis cum sale et lacte mulierum, auresque cum melle
et rosaceo admixtis. eos qui agrestes sint et in malva nascantur
63 crematos cinere permixto rosaceo infundunt auribus. cetera
quae de his tradunt, vomitionum et quartanarum remedia alio-
rumque morborum, quamquam ovo aut cera aut faba inclusos 10
censeant devorandos, falsa nec referenda arbitror. lethargi
tantum medicinae cum argumento adhibent, quoniam vincatur
aspidum somnifica vis, septenos in cyatho aquae dantes, puerili-
64 bus annis quaternos. et in stranguria fistulae inposuere. adeo
nihil parens illa rerum omnium sine ingentibus causis genuit. 15
quin et adalligatos laevo bracchio binos lana subrepta pastoribus
resistere nocturnis febribus prodiderunt, diurnis in russeo panno.
rursus his adversatur scolopendra suffituque enecat.

65 (18.) Aspides percussos torpore et somno necant omnium
serpentium minime sanabiles. sed venenum earum si sanguinem 20
attingit aut recens vulnus, statim interemit, si inveteratum ulcus,
tardius. de cetero potum quantalibet copia non nocet; non enim
est tabifica vis, itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxia
sunt. cunctarer in proferendo ex his remedio, ni M. Varro
LXXXIII vitae anno prodidisset aspidum ictus efficacissime 25
sanari hausta a percussis ipsorum urina.

66 (19.) Basilisci, quem etiam serpentes ipsae fugiunt, alias
olfactu necantem, qui hominem, vel si aspiciat tantum, dicitur
interimere, sanguinem Magi miris laudibus celebrant coeuntem
picis modo et colore, dilutum cinnabari clariorem fieri. attri- 30
buunt ei successus petitionum a potestatibus et a diis etiam

---

1. deerit, *E*. quoque] *E*. que, *r*. 4. ab] *om*. *R*¹*V*. 5. datas, *R*¹*V*. quamquam et] quam ab, *E*. oculis, *E*. 5. 6. his — cum] *E*. in his ungunt contritis, *r*. 8. infunduntur, *E*. 9. vomine, *E*. 14. in] *om*. *E*. inpuere, *E*. 16. alligatos, *R*¹*V*. subrecta, *EV*. 17. ruisseo panne, *E*. 18. necat, *E*. 19. percusso, *R*¹*V*. 20. sangui, *E*. sanguine, *r*. 21. si] *om*. *ER*. 22. quantumlibet, *E*. 23. bis, *EV*. 24. cunctare, *E*. ni] *om*. *ER*¹. 25. prodidisset] *cod*. *Tol*. prodidisse, *C*. 26. sanari] curari, *E*. de basilisco sanari, *R*. 27. ipsi, *ER*²*V*². 28. aspiciant, *V*². aspiciunt, *R*¹*V*¹. 30. calore, *R*¹. calorem, *V*. 30. 31. attribuunt] *Sillig*. tribuunt, *E*. aut tribuunt, *r*. 31. ei] et, *ER ex corr*. potitionem, *E*. a] *om*. *E*. a dis etiam, *R*. additi sed iam, *V*.

precum, morborum remedia, veneficiorum amuleta. quidam id Saturni sanguinem appellant.

(20.) Draco non habet venena. caput eius limini ianuarum 67
subditum propitiatis adoratione diis fortunatam domum facere
5 promittitur, oculis eius inveteratis et cum melle tritis inunctos
non expavescere ad nocturnas imagines etiam pavidos, cordis
pingue in pelle dorcadum nervis cervinis adalligatum in lacerto
conferre iudiciorum victoriae, primum spondylum aditus po-
testatium mulcere, dentes eius inligatos pellibus caprearum
10 cervinis nervis mites praestare dominos potestatesque exorabilis.
sed super omnia est compositio qua invictos faciunt Magorum 68
mendacia: cauda draconis et capite, pilis leonis e fronte et
medulla eiusdem, equi victoris spuma, canis ungue adalligatis
cervino corio nervisque cervi alternatis et dorcadis. quae co-
15 arguisse non minus referet quam contra serpentes remedia de-
monstrasse, quoniam et haec Magorum beneficia sunt. draconum
adipem venenata fugiunt, item, si uratur, ichneumonum, fugiunt
et urticis tritis in aceto perunctos.

(21.) Viperae caput inpositum, vel alterius quam quae per- 69
20 cusserit, sine fine prodest, item si quis ipsam eam in vapore
baculo sustineat, aiunt enim praecanere, item si quis exustae
eiusdem cinere inlinat. reverti autem ad percussum serpentem
necessitate naturae Nigidius auctor est. caput quidem dissecant
Scythae inter aures ad eximendum lapillum quem aiunt ab ea
25 devorari territa. alii ipso toto capite utuntur. fiunt ex vipera 70
pastilli qui theriaci vocantur a Graecis, ternis digitis mensurae
utrimque amputatis exemptisque interaneis et livore spinae ad-
haerente, reliquo corpore in patina ex aqua et aneto discocto
spinisque exemptis et addita similagine atque ita in umbra

---

1. media, *R*[1]*V*[1]. amuleta] *codd. Gel.* manuieta, *ER.* malvieta, *V.* quidem ad, *E.* 3. lumina, *R*[1]. limina, *V.* 4. proprietatis, *RV.* 5. vinctus, *R*[1]. iunctus, *V.* 6. pavescere, *E.* 7. pingui, *E.* 9. alligatos, *R*[1]*V.* caprerum, *E*[1]. caprarum, *E*[2]. capraearum, *V.* 13. ungues, *E.* unguibus, *R.* adalligans, *V. om. R*[1]. 14. 15. arguisse, *E.* 15. referet] *Gron.* regeret, *E.* referret, *r.* contraria, *RF.* contra//, *V.* 16. et] *om. E.* Magorum] *ego.* morborum, *E.* morum, *r.* veneficia, *RV.* 17. item—fugiunt] *om. E.* 18. urticis] *R.* uricis, *V.* urcis, *E.* perunctis, *RV.* 19. quam que, *E.* quem que, *V.* 21. vaculos, *E.* sustineant, *V*[2]. sustinea, *V*[1]. usus tineant, *E.* 22. eius, *ER.* 22. 23. serpentium necessitatem. *E.* 23. quidam, *EV.* 24. scite, *EV.* exhimendum, *V.* eximen, *E.* 26. 27. mensurae utrimque] *cod. Tol.* mensurent' utrique, *R.* mensuretur imque (i//que, *V*[1]. inque, *V*[2]) *VF.*

siccatis pastillis quibus ad multa medicamenta utuntur. significandum videtur e vipera tantum hoc fieri. quidam purgatae ut supra dictum est adipem cum olei sextario decocunt ad dimidias. ex eo, cum opus sit, ternis stillis additis in oleum perunguntur ut omnes bestiae fugiant eos. 5

71 (22.) Praeterea constat contra omnium ictus quamvis insanabiles ipsarum serpentium exta inposita auxiliari, eosque qui aliquando viperae iecur coctum hauserint numquam postea feriri a serpente. neque anguis venenatus est nisi per mensem luna instigatus, et prodest vivus conprehensus et in aqua contusus, 10
72 si foveantur ita morsus. Quin et inesse ei remedia multa creduntur, ut digeremus, et ideo Aesculapio dicatur. Democritus quidem monstra quaedam ex his confingit ut possint avium sermones intellegi. Anguis Aesculapius Epidauro Romam advectus est vulgoque pascitur et in domibus, ac nisi incendiis 15 semina exurerentur, non esset fecunditati eorum resistere. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est quod et in aqua vivit, hydri vocantur, nullo serpentium inferiores veneno. horum iecur servatum adversus percussos ab his auxilium est.
73 Scorpio tritus stelionum veneno adversatur. fit enim ex stelionibus malum medicamentum. nam cum inmortuus est vino, 20 faciem eorum qui biberint lentigine obducit. ob hoc in unguento necant eum insidiantes pelicum formae. remedium est ovi luteum et mel ac nitrum. fel stelionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur. 25

74 (23.) Inter omnia venenata salamandrae scelus maximum est. cetera enim singulos feriunt, nec plures pariter interimunt, ut omittam quod perire conscientia dicuntur homine percusso neque amplius admitti a terra, salamandra populos pariter necare inprovidos potest. nam si arbori inrepsit, omnia poma inficit 30

---

2. e vipera] opera, *E.* 3. sexario, *E.* sextària, *RV*[1]. 5. perunguentur, *E.* perungitur, *R*[1]. perunguitur, *V*[1]. vestigiae, *RV.* 7. auxiliari — 8. postea] *om.* *R*[1]*V*[1]. 9. mense, *EV.* 10. et prodēē, *R.* et prodeest, *V*[1]. sed pio deest, *E.* et] *E.* est et, *r.* 11. ei] et, *ERF; in V ras.* 12. crederentur, *R*[1]*V.* diceremus, *E.* 13. quaedam] *om.* *R*[1]*V.* confingit] *d.* configit, *R*[1]*V*[1]. conficit, *r.* 14. anguaes, *F*[2]. angue, *R.* anguae, *V.* *om.* *E.* 15. parcitur, *EV.* 16. fecundita deorum, *R*[1]*V*[1]. 17. orbem, *E.* 19. auxilium] ava illum, *V*[1]. *V*[2] *supra scripsit:* vel habile. 20. tricus tellinum, *E.* ex] et, *R*[1]*V.* et ex, *R*[2]. 20. 21. telionibus, *E.* 22. biberit lentiginem, *EV.* 29. amitti, *E.* a] *ego.* ad, *C.* terras, *ER*[2]. terram, *R*[1]. salamandrae, *E.* 30. arbori] *R*[2]. arboris, *EV*[2]. arbores, *r.*

veneno, et eos qui ederint necat frigida vi nihil aconito distans. quin immo si contacto ab *ea* ligno vel pedis crista panis inco- 75
catur, idem veneficium est, vel si in puteum cadat, quippe cum saliva eius quacumque parte corporis vel in pede imo respersa
5 omnis in toto corpore defluat pilus. tamen talis ac tanti veneni a quibusdam animalium, ut subus, manditur. dominante eadem 76
illa rerum dissidentia venenum eius restingui primum omnium ab his quae vescantur illa verisimile est, ex his vero quae pro*b*antur cantharidum potu aut lacerta in cibo sumpta. cetera
10 adversantia diximus dicemusque suis locis. ex ipsa quae Magi tradunt contra incendia, quoniam ignes sola animalium extinguat, si forent vera, iam esset experta Roma. Sextius venerem accendi cibo earum, si detractis interaneis et pedibus et capite in melle serventur, tradit negatque restingui ignem ab his.

15 (24.) E volucribus in auxilium contra serpentes primum 77
vultures. adnotatum quoque minus virium esse nigris. pinnarum ex his nidore, si urantur, fugari eas dicunt, item cor eius alitis habentes tutos esse ab impetu non solum serpentium sed etiam ferarum latronumque et regum ira.

20 (25.) Carnibus gallinaceorum ita ut tepebunt avulsae ad- 78
positis venena serpentium domantur, item cerebro in vino poto. Parthi gallinae malunt cerebrum plagis inponere. ius quoque ex his potum praeclare medetur et in multis aliis usibus mirabile. Pantherae, leonis non attingunt perunctos eo, praecipue
25 si et alium fuerit incoctum. alvum solvit validius e vetere 79
gallinaceo, prodest et contra longinquas febres et torpentibus membris tremulisque et articularis morbis et capitis doloribus, epiphoris, inflationibus, fastidiis, incipiente tenesmo, iocineri, renibus, vesicae, contra cruditatis, suspiria. itaque etiam faciendi
30 eius extant praecepta: efficacius coci cum olere marino aut

---

1. aconito — 2. pedis] *om. R.* 2. eo, *C.* pidis, V^1. crusta, EV^2. 2. 3. invocatur, ER^1. 3. id enim beneficium, *E.* est vel si] est vel, *ER.* et si, *V.* 4. salivas, *E.* 5. tanta, *E.* 6. conditur, RV^2. *dist. ego.* 8. ex his vero] *Ianus. om. E.* ex his vero simile est, *r.* probantur] prodantur, *E.* produntur, *r.* 9. potum, *C.* 12. si] sint, *RF; in V ras.* esse, *EV.* rosa, *E.* romae, V^2. 13. parum, R^1V. 14. igni, R^1V. 15. auxilio, *E.* primi, *R.* primus, V^1. 16. vultures] *d.* vultur est, ER^2V^2. vultureis, R^1F. vulture//s, V^1. adnotandum, *E.* adnotatur, R^1F. adnotatu//, V^1. 17. si] i, *E.* 24. eos, *E.* 27. morbis et] *E.* morbis in, *r.* 28. inflacionibus, *V.* inflammationibus, *E.* fastidiis — 29. renibus] *om.* R^1V. 30. efficacius] efficacius enim, *R* (?). coci cum] coctum, *R.* coti cum, V^2.

cybio aut cappari aut apio aut herba Mercuriali, polypodio aut aneto, utilissime autem in congiis tribus aquae ad tres heminas cum supra dictis herbis et refrigeratum sub diu dari tempestivis antecedente vomitione. Non praeteribo miraculum quamquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt id in se. ita hoc venenum auri est. ad gallinacei ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt.

81 (26.) Auxiliatur contra serpentes et columbarum caro recens concerpta et hirundinum, bubonis pedes usti cum plu*m*bagine herba. Nec omittam in hac quoque alite exemplum magicae vanitatis, quippe praeter reliqua portentosa mendacia cor eius inpositum mammae mulieris dormientis sinistrae tradunt efficere ut omnia secreta pronuntiet, praeterea in pugnam ferentis id
82 fortiores fieri. eiusdem ovo ad capillum remedia demonstrant. quis enim, quaeso, ovum bubonis umquam visere potuit, cum ipsam avem vidisse prodigium sit? quis utique experiri et praecipue in capillo? sanguine quidem pulli bubonis etiam crispari
83 capillum promittunt. Cuius generis prope videri possint quae tradunt et de vespertilione, si ter circumlatus domui vivus per fenestram inverso capite infigatur, amuletum esse, privatimque ovilibus circumlatum totiens et pedibus suspensum susum super limine. sanguinem quoque eius cum carduo contra serpentium ictus inter praecipua laudant.

84 (27.) Phalangium est Italiae ignotum et plurium generum: unum simile formicae, sed multo maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis guttis. acerbior huius quam vespae ictus. vivi*t* maxime circa furnos et molas. in remedio est, si quis eiusdem generis alterum percusso ostendat, et ad hoc servantur mortui. inveniuntur et cortices eorum qui triti et poti
85 medentur. aeque phalangion Graeci vocant inter genera ara-

---

1. mercurii alii, *E*. 2. ad tres] *E*. aut res (tres, V^2) *r*. 3. cum] *om*. R^1V. 5. auro] aurore, R^1. auro///, *V*. linquescenti, R^1V^1. 7. gallinaceis ipsis, ER^2. sarmentis, *C*. 10. plumbagine] *codd. Barb.* pulpagine, *E*. bulbagine, *R*. pulbagine, *V*. 11. alite—magicae] *om*. *E*. magicae] magicae quoque, *RV*. 12. reliquas, R^1V^1. portentosa] *om*. V^1. a, R^1. portento a, R^2. mendicia, *R*. emendacia, V^1. medicina, *E*. 14. id] idem, ER^2. 15. fortes, *RV*. 16. cum] quam, *E*. 17. quis] *om*. *E*. 20. vespertilioni, *V*. vespertilionis, *E*. 21. infigatur] ER^2. adfiguratur, *r*. 22. circumraptum, *RV*. susum] *ego*. sursum, *v*. suum, *E*. *om*. *r*. 27. nigris, *E*. 28. vivi, *C*. 30. qui] co, *E*. 31. aeque] *Urlichs vind. 641*. mustelae catuli, ut diximus (*om*. *C*) supra. aeque, *Cv*.

neorum, sed distingunt lupi nomine. tertium genus est eodem phalangi nomine araneus lanuginosus grandissimo capite, quo dissecto inveniri intus dicuntur vermiculi duo adalligatique mulieribus pelle cervina ante solis ortum praestare ne con-
5 cipiant, ut Caecilius in commentariis reliquit. vis ea annua est, quam solam ex omni atocio dixisse fas sit, quoniam aliquarum fecunditas plena liberis tali venia indiget. Vocatur et rhox acino 86
nigro similis, ore minimo sub alvo, pedibus brevissimis tamquam inperfectis. dolor a morsu eius qualis a scorpione, urina
10 similis araneis textis. idem erat asterion, nisi distingueretur virgulis albis. huius morsus genua labefactat. peior utroque est caeruleus, lanugine nigra, caliginem concitans et vomitus araneosos. etiamnum deterior a crabrone pinna tantum differens. hic et ad maciem perducit. Myrmecion formicae similis capite, 87
15 alvo nigra, guttis albis distinguentibus, vesparum dolore torquet. Tetragnathii duo genera habent: peior medium caput distinguente linea alba et transversum altera; hic oris tumorem facit. at cinereus posteriore parte candicans lentior, minime autem noxius eodem colore qui telas muscis in parietibus latissime pandit.
20 Contra omnium morsus remedio est gallinaceorum cerebrum 88
cum piperis exiguo potum in posca, item formicae quinque potae, pecudum fimi cinis inlitus ex aceto et ipsi aranei quicumque in oleo putrefacti. Muris aranei morsus sanatur coagulo agnino poto, ungulae arietinae cinere cum melle, mustelae catulo
25 ut in serpentibus dictum est. si iumenta momorderit, mus recens 60
cum sale inponitur aut fel vespertilionis ex aceto. et ipse mus 89
araneus contra se remedio est divulsus inpositus. nam si praegnas momordit, protinus dissilit. optimum, si is inponatur qui momorderit, sed et alios ad hunc usum servant in oleo

---

1. sed — nomine] *om.* R^1V^1. 1. 2. eorum phalangion, *E*. 2. quod, EV^1. 3. ictus, R^1V^1. 4. ne] *om.* *E*. 6. atocio] *codd. Barb.* atocito, *E*. atocita, R^2. ad aceto, R^1. a tacito, *V*. 7. rhox acino] *Urlichs vind. 642.* rhacino, *E*. racino, *R*. rachino, *V*. 8. albo, *EV*. 9. morsu] mosi, *E*. urinae, V^2. ure, R^1V^1. 10. asterion] *Barb.* ascertion, *E*. astercion, *R*. astertion, *V*. 13. pinnae, *E*. pennas, *R*. pinnas, *V*. 14. capitis, R^1V. 15. albo, *E*. alvum, V^1. nigram, *E*. 16. tetragnathii] *Barb.* tetragnanti, ER^2. tetragnenti hi, R^1. tetragnanthi hi (i, V^2) *V*. 17. oris] R^2. oras, EV^2. praesta, R^1. pras///, V^1. prasto, *F*. 18. cinereus] *d.* cinereas, ER^1. cinereos, R^2. cinere hos, *V*. 20. remedium, *E*. gallinaceum, ER^2. 22. intus, R^1V. 23. araneis, *RV*. 24. agevino, *E*. a////vino, R^1. agne vino, R^2. anguino, *V*. potu, *RV*. cinere] *d.* cineres, ER^2. cinerem, *r*. 25. mordeat, *E*. mus] mundo, *E*. 28. praegnans, V^1. praegnantem, V^2. momordit] *om.* R^1V^1. si his, R^1V. nisi, *r*.

aut luto circumlitos. est et contra morsum eius remedio terra ex orbita, ferunt enim non transiri ab eo orbitam torpore quodam naturae.

90 (28.) Scorpionibus contrarius maxime invicem stelio traditur, ut visu quoque pavorem his adferat et torporem frigidi sudoris. itaque in oleo putrefaciunt eum et ita ea vulnera perungunt. quidam oleo illo spumam argenteam decocunt ad emplastri genus atque ita inlinunt. hunc Graeci coloten vocant et ascalaboten et galeoten. in Italia non nascitur. est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, et vescitur *araneis,* quae omnia *a* nostris stelionibus aliena sunt.

91 (29.) Prodest et gallinarum fimi cinis inlitus, draconis iocur, lacerta divulsa, mus divulsus, scorpio ipse suae plagae inpositus aut assus in cibo sumptus aut potus in meri cyathis duobus. proprium est scorpionum quod manus palmam non feriunt nec nisi pilos*a* attingere. lapillus qualiscumque ab ea parte quae in terra erat adpositus plagae levat dolorem, item testa terra operta ex aliqua parte sicut erat inposita liberare dicitur — non debent respicere qui inponunt et cavere ne sol
92 aspiciat — vermes terreni triti inpositi. Multa et alia ex his remedia sunt propter quae in melle servantur. noctua apibus contraria et vespis crabronibusque et sanguisugis, pici quoque Martii rostrum secum habentes non feriuntur ab his. adversantur et locustarum minimae sine pinnis, quas attelebos vocant. Est et formicarum genus venenatum, non fere in Italia. solipugas Cicero appellat, salpugas Baetica, his cor vespertilionis con-
76 trarium omnibusque formicis. salamandris cantharidas diximus resistere.

93 (30.) Sed in his magna quaestio, quoniam ipsae venena sunt potae vesicae cum cruciatu praecipuo. Cossinum equitem Romanum amicitia Neronis principis notum, cum is lichene correptus esset, vocatus Aegypto medicus ob hanc valetudinem eius a Caesare, cum cantharidum potum praeparare voluisset, interemit. verum inlitas prodesse non dubium est cum suco

---

1. est et] *Urlichs vind. 643.* est, *E.* et, *r.* 5. ut] *om. RV.* 6. ita ea] *d.* in ea, *E.* ita, *r.* 8. colitens, *E.* 10. araneis] *Urlichs vind. 644 ex Arist. hist. an. 9, 2. p. 609, a.; om. C.* a] *om. C.* 14. aut potus] *E.* adpositus, *r.* 16. pilosa] *Ianus.* pilos, *C.* 17. qua, *RV.* inpositus, *RV.* item — 19. dicitur] *om. E.* 18. testa—parte] V^2. testa, R^2. teste, *r.* 19. ne] *E.* nisi, *r.* 20. terni, *RV.* 22. vescis, RV^1. vesci, V^2. 23. martii] *R.* martii in, *E.* mari, *V.* 25. vere, *E.* 28. resistere] *om. E.* 33. potu, *EV.* 34. interemi, V^1. interiit, V^2.

taminiae uvae et sebo ovis vel caprae. Ipsarum cantharidum 94
venenum in qua parte sit non constat inter auctores. alii in
pedibus et in capite existimant esse, alii negant. convenit tantum
pinnas earum auxiliari, in quacumque parte sit venenum. ipsae
5 nascuntur ex vermiculo, in spongea maxime cynorrhodi quae fit
in caule, sed fecundissime in fraxino, ceterae in alba rosa, minus
efficaces. potentissimae inter omnes variae, luteis lineis quas
in pinnis transversas habent; multum pingues inertiores, mi-
nutae, latae, pilosae, inutilissimae vero unius coloris macrae.
10 Conduntur in calice fictili non picato et linteo conligato, con- 95
tectae rosa matura, et suspenduntur super acetum cum sale
fervens donec per linteolum vaporentur, postea reponuntur.
vis earum adurere corpus, crustas obducere. eadem pityocampis
in picea nascentibus, eadem bupresti, similiterque praeparantur.
15 efficacissimae omnes ad lepras lichenas, dicuntur et menses ciere
et urinam, ideo Hippocrates et hydropicis dabat. Cantharides 96
obiectae sunt Catoni Uticensi, ceu venenum vendidisset in au-
ctione regia, quoniam eas HS LX addixerat. 5. Et sebum autem
struthocamelinum tunc venisse HS XXX obiter dictum sit, effica-
20 cioris ad omnia usus quam est anserinus adips.

(31.) Diximus et mellis venenati genera; contra utuntur 97
melle in quo apes sint mortuae. idem potum in vino remedium 21, 74
est vitiorum quae e cibo piscium gignuntur.

(32.) In canis rabidi morsu tuetur a pavore aquae canini 98
25 capitis cinis inlitus vulneri, oportet autem comburi omnia eodem
modo, ut semel dicamus, in vase fictili novo argilla circumlito
atque ita in furnum indito. idem et in potione proficit. quidam
ob id edendum dederunt. aliqui et vermem e cadavere canino
adalligavere menstruave canis in panno subdidere calci aut intus
30 ipsius caudae pilos combustos inseruere vulneri. Cor caninum 99
habentem fugiunt canes, non latrant vero lingua canina in cal-

---

2. ali, V^1. *om. E.* 3. et in] *E.* et, *r.* 5. sponge, R^1V. tynorodii, *E.* tynorodi, R^2. gymorhodi, *r.* 6. alia, *R.* aliae, *r.* 8. *dist. ego.* 9. verum, *E.* 10. 11. contectae] *Ianus.* coniecte, *E.* coniectae, *r.* 14. pice, *RV.* 15. lepras] R^2. leplas, *E.* feras, *r.* et] *om. E.* ciet, *E.* 16. dabant, RV^1. cantharidas, *RV.* 17. vendidisse, *E.* vendisse, *V.* 19. sit] est, *E.* 21. et] ut *suprascripto* ad, *E.* genere, *E.* 22. stant, R^1V. item, *RV.* 23. e] *om. E.* 24. rabios, V^1. rabiosi, RV^2. ad, *E.* 25. aut rem, *E.* aurem, *V.* 27. ista, R^1V. furnum] *d.* fornum, *E.* forum, R^2. fumum, *r.* quidem, *E.* 28. aliquid, R^1V. 29. calci] calici, *C.* 30. insuere, *E.* inser inserveri, R^1. inserviere, *V.*

ciamento subdita pollici aut cauda*m* mustelae quae abscissa *ea* dimissa sit habentes. est limus salivae sub lingua rabiosi canis qui datus in potu hydrophobo*s* fieri non patitur, multo tamen utilissime iocur eius qui in rabie momorderit datur, si fieri possit, crudum mandendum, sin minus, quoquo modo coctum, aut ius
100 coctis carnibus. Est vermiculus in lingua canum qui vocatur a Graecis lytta, quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt. idem ter igni circumlatus datur morsis a rabioso ne rabidi fiant. et cerebello gallinaceo occurritur, sed id devoratum anno tantum eo prodest. aiunt et cristam galli contritam efficaciter inponi et anseris adipem cum melle. saliuntur et carnes eorum qui rabidi fuerunt ad eadem remedia in
101 cibo dandae. quin et necantur catuli statim in aqua ad sexum eius qui momorderit, ut iocur crudum devoretur ex iis. prodest et fimum gallinaceum, dumtaxat rufum, ex aceto inpositum, et *m*uri*s* aranei caudae cinis, ita ut ipse cui abscissa sit vivus dimittatur, glaebula ex hirundinum *n*ido inlita ex aceto, vel pulli hirundinis combusti, membrana sive senectus anguium vernatione exuta cum cancro masculo ex vino trita, nam etiam per se re-
102 posita in arcis armariisque tineas necat. mali tanta vis est ut urina quoque calcata rabiosi canis noceat, maxime ulcus habentibus. remedio est fimum caballinum adspersum aceto et calefactum in fico inpositum. minus hoc miretur qui cogitet lapidem a cane morsum usque in proverbium discordiae venisse. qui in urinam canis suam egesserit torporem lumborum sentire dicunt. Lacerta, quam sepa, alii chalcide*m* vocant, in vino pota morsus suos sanat.

103 (33.) Veneficiis ex mustela silvestri factis contrarium est ius gallinacei veteris large haustum, peculiariter contra aconita*ta*,

---

1. subpudita, *R*[1]. subpedita, *V*. polli, *E*. cauda, *E*. caduca, *R*. caduda, *V*. abscisa ea, *Ianus*. abscissae, *E*. abscise, *R*. abscisae, *V*. 2. sint, *E*. 3. hydrophobas, *E*. hydropolophas, *R*[1]. hydropos, *R*[2]. hydropoloblas, *V*. 5. sin] *V*. si, *r*. 8. idem] id est, *E*. item, *r*. igni] rigni, *E*. rigini, *V*. 9. a] *E*. *om*. *r*. 10. galli] *om*. *E*. 11. 12. salluuntur, *E*. salliuntur, *V*. 13. dandi, *V*. danti, *R*[2]. danati, *E*. *om*. *R*[1]. qui, *R*[1]*V*. 15. rupum, *V*[1]. ruptum, *RV*[2]. 16. aures, *C*. cui abscisa (abscissa, *E*[2]) sit, *ER*[2]. sit cui abscisa, *r*. vivus] filius, *E*. 17. dimittitur gleba, *E*. harundinum, *E*. nido] modo, *E*. lino, *r*. ex aceto] *om*. *E*. 18. vernationum, *R*[1]. vernationem, *R*[2]*V*. 19. exita, *E*. ex vino] *om*. *E*. 20. necant, *C*. mali] *om*. *E*. 22. remedium, *E*. est] sese, *R*[1]. esse, *V*. adeparsum, *E*. 23. fixo, *E*. 25. discuntur, *E*. 26. isepa, *V*. hisepa, *R*. irepha, *E*. chalcidem] *Sillig coni*. calciden, *V*[1]. calcidicen, *RV*[2]. calchidicaen, *E*. 29. aconitata] *Ianus*. aconita, *C*.

addi parum salis oporteat; gallinarum fimum, dumtaxat candidum, in hysopo decoctum aut mulso, contra venena fungorum boletorumque, item inflationes ac strangulationes, quod miremur, cum, si aliud animal gustaverit id fimum, torminibus et infla-
5 tionibus adficiatur. Sanguis anserinus contra lepores marinos 104
valet cum olei aequa portione, item contra mala medicamenta omnia — adservatur cum Lemnia rubrica et spinae albae suco; pastillorum drachmis quinque in cyathis ternis aquae bibatur — item mustelae catulus ut supra diximus praeparatus. Coagulum 60
10 quoque agninum adversus omnia mala medicamenta pollet, item sanguis anatum Ponticarum. itaque et spissatus servatur vinoque diluitur. quidam feminae anatis efficaciorem putant. Simili 105
modo contra venena omnia ciconiarum ventriculus valet, coagulum pecoris, ius ex carne arietum, privatim adversus can-
15 tharidas, item lac ovium calidum praeterque iis qui buprestim aut aconitum biberint, columbarum silvestrium fimum privatim contra argenti vivi potum, contra toxica mustela vulgaris inveterata drachmis binis pota.

6. (34.) Alopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo 106
20 cyprio et melle, item ungularum muli vel mulae ex oleo myrteo, praeterea, ut Varro noster tradit, murinum fimum, quod rite muscerdas appellat, aut muscarum capita recentia prius folio ficulneo asperatas. alii sanguine muscarum utuntur, alii decem diebus cinerem earum inlinunt cum cinere chartae vel nucum
25 ita ut sit tertia pars e muscis, alii lacte mulierum cum brassica cinerem muscarum subigunt, quidam melle tantum. nullum animal minus docile existimatur minorisve intellectus. eo mirabilius est Olympiae sacro certamine nubes earum immolato tauro deo quem Myioden vocant extra territorium id abire. alopecias 107
30 cinis ex murium capitibus caudisque et totius muris emendat, praecipue si veneficio acciderit haec iniuria, item irenacei cinis cum melle aut corium combustum cum pice liquida. caput quidem eius ustum per se etiam cicatricibus pilos reddit. alo-

---

1. satis, *E*. 2. decocto, *E*. contra] *om*. *E*. 3. inflammationes, *E*. 4. 5. intionibus, *E*. 5. adficitur, *RV*. 7 sq. *dist. Ianus et ego*. lennia, *ER*². lenta, *r*. 8. quinque in] qui in, *E*. quinque, *r*. 14. pecoris] caulis, *E*. tus, *R*¹*V*. 15. praecesque, *E*. iis qui] in cibus, *E*. his quibus, *r*. 19. pecodum, *E*. pecudis, *R*¹*V*. 21. rite] *ego*. item, *R*. lite, *r*. 22. muscredas, *R*¹*V*. ut, *E*. 25. tertia pars e] *R*². tertiae, *E*. tertia pars portio e, *r*. cum — 26. cinerem] *R*². cum — cinere, *E*. *om*. *r*. 26. subiciunt, *EV*. 29. miloden, *R*. myloden, *r*. vocent, *R*¹*V*. 30. ex] *d*. e, *R*. et, *r*. 31. beneficio, *EV*. irinacei, *RV*.

pecias autem in ea curatione praeparari oportet novacula. et
sinapi quidam ex aceto uti maluerunt. quae de irenaceo
108 dicentur omnia tanto magis valebunt in hystrice. Lacertae
98 quoque ut docuimus combustae cum radice recentis harundinis,
quae ut una cremari possit, minutim findenda est, ita myrteo 5
oleo permixto cineres capillorum defluvia continent. efficacius
virides lacertae omnia eadem praestant, etiamnum utilius admixto
sale et adipe ursino et cepa tusa. quidam denas virides in
decem sextaris olei veteris discocunt, contenti semel in mense
109 unguere. Pellium viperinarum cinis alopecias celerrime explet, 10
item gallinarum fimum recens inlitum. corvi ovum in aereo
vase permixtum inlitumque deraso capite nigritiam capilli adfert,
sed donec inarescat oleum in ore habendum est ne et dentes
simul nigrescant, idque in umbra faciendum neque ante qua-
110 driduum abluendum. alii sanguine et cerebro eius utuntur cum 15
vino nigro, alii excocunt ipsum et nocte concubia in plumbeum
vas condunt. aliqui alopecias cantharide trita inlinunt cum pice
liquida, nitro praeparata cute — caustica vis earum, cavendum-
que ne exulcerent alte — postea ad ulcera ita facta capita
murium et fel murium et fimum cum helleboro et pipere inlini 20
iubent.

111 (35.) Lendes tolluntur adipe canino vel anguibus in cibo
sumptis anguillarum modo aut eorum vernatione quam exuunt
pota, porrigines felle ovillo cum creta Cimolia inlito capite donec
inarescat. 25

112 (36.) Capitis doloribus remedio sunt coclearum quae nudae
inveniuntur nondum peractae, ablato capite, et his duritia lapidea
exempta — est autem ea calculi latitudine — quae adalligantur
et minutae fronti inlinuntur tritae, item oesypum, ossa e capite
vulturis adalligata aut cerebrum cum oleo et cedria, peruncto 30
113 capite et intus naribus inlitis, cornicis cerebrum coctum in cibo
sumptum vel noctuae, gallinaceus si inclusus abstineatur die ac

---

1. *dist. ego.* 2. utili, R^1V. irenacei, *E.* irinaceo, *r.* 3. histrici, *E.* histrichi, *r.* 4. recentis] *d.* recentis cum, *r.* 6. permixto] ER^2. permixte, *r.* 7. etiamnum] templum annum, R^1V^1. 8. denos, *EV.* 9. sextarios, *E.* veteris] *om.* R^1V^1. continenti semel, R^1. continentis mel, *V.* 12. capiti, E^2. adfert sed] adferre, *E.* 16. ipsum] *om. E.* noctu, *E.* nocte in, *r.* 19. ita] alta, R^1V. 20. et fel murium] *om.* R^1V. 23. quam] *d.* qui, *V.* qua, *r.* 24. inlita, *E.* linito, *r.* 27. peraciae, *EV.* ablato] *ego.* ablata, *C.* capita, *RV.* et] *E.* ex, *r.* lapide, R^1V. 28. ea] *om.* ER^2. calicula, R^1V. alligantur, *E.* 29. aesypum, *V*, erypum, *E.* ossa e] *R.* osse, *r.* capitum, *E.* 30. et] *om. E.*

nocte, pari inedia eius qui doleat, evulsis collo plumis circumligatisque vel cristis, mustelae cinis inlitus, surculus ex nido milvi pulvino subiectus, murina pellis cremata ex aceto inlito cinere, limacis inter duas orbitas inventae ossiculum per aurum argentum ebur traiectum in pellicula canina adalligatum, quod remedium pluribus semper prodest. Fracto capiti aranei tela 114
ex oleo et aceto inposita non nisi vulnere sanato abscedit. haec et vulneribus tonstrinarum sanguinem sistit, a cerebro vero profluentem anseris sanguis aut anatis infusus, adeps earundem alitum cum rosaceo. Coc*l*eae matutin*o* pascentis harundine caput praecisum, maxime luna plena, lineo panno adalligant capitis doloribus liceo, aut cera alba fronti inlinunt et pilos caninos panno adalligant.

(37.) Cerebrum cornicis in cibo sumptum palpebras gignere 115
dicitur, oesypum cum murra calida penicillo inlitum. idem praestare muscarum fimique murini cinerem aequis portionibus ut efficiatur dimidium pondus denarii promittitur, additis duabus sextis denarii e stibi, ut omnia oesypo inlinantur, item murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem acopi. pilos in his 116
incommodos evulsos renasci non patitur fel irenacei, ovorum stelionis liquor, salamandrae cinis, lacertae viridis fel in vino albo sole coactum ad crassitudinem mellis in aereo vase, hirundinis pullorum cinis cum lacte tit*h*ymalli, spuma coclearum.

(38.) Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli septem dierum 117
emendari specillo demisso in dexteram partem, si dexter oculus curetur, in sinistram, si sinister, aut felle recenti axionis. noctuarum est id genus, quibus pluma aurium modo micat. Suffusionem oculorum canino felle malebat quam hyaenae curari Apollonius Pitanaeus cum melle, item albugines oculorum. Murium capitum caudaeque cinere ex melle inunctis claritatem 118
visus restitui dicunt, multoque magis gliris aut muris silvestris cinere aut aquilae cerebro vel felle cum Attico melle. cinis et

---

1. inedia] medridie, E^1. meridie, E^2. qui] cuius, *E*. colo, *E*. 3. inlita, *E*. 4. cinerem, *EV*. 5. argentum] *Urlichs vind. 648.* cogerent cum, *C*. 6. semperque, *RV*. facto, *E*. fractum, *V*. ad caput fractum facto, R^1. tela] cera, *E*. 8. ulceribus, *E*. tostrinarum, *EV*. sistit a] sistit, R^1V^2 *in ras.* si stilla, *F*. 9. perfluentem, *E*. profluenti, *r*. 10. cochleae matutino] *Hard.* coctae (cocta, ER^2) matutina, *C*. 15. calidos penicillos, *E*. calida (calido, R^2) specillo, *R*. alida specielo, *V*. 18. e stibi] *codd. Gel.* extivi, *E*. estivi, *R*. aestivi, *V*. 21. salamandram, R^1V. 25. dimisso, *RV*. 29. oculorum] *om.* RV^1. 30. cinere] et cinere, *E*. ex] *R*. et, r. 32. *interp. ego.* et] *om. E*.

adips soricis cum stibi tritus lacrimosis oculis plurimum confert
33, 101 — stibi quid sit dicemus in metallis — mustelae cinis suf-
fusionibus, item lacertae, hirundinis cerebrum. coc*l*eae tritae
fronti inlitae epiphoras sedant sive per se sive cum polline sive
119 cum ture. sic et solatis, id est sole correptis, prosunt. vivas 5
quoque cremare et cinere earum cum melle Cretico inunguere
caligines utilissimum est. iumentorum oculis membrana aspidis
qua*m* exuit vere, cum adipe eiusdem claritatem inunctis facit.
Viperam vivam in fictili novo comburere addito feniculi suco ad
cyathum unum et turis mina una, atque ita suffusiones oculorum 10
et caligines inunguere utilissimum est. medicamentum id echeon
120 vocatur. Fit et collyrium vipera in olla putrefacta vermiculisque
enatis cum croco tritis. exuritur in olla cum sale quem lingendo
claritatem oculorum consecuntur et stomachi totiusque corporis
tempestivitatis. hic sal et pecori datur salubritatis causa et in 15
antidotum contra serpentes additur. quidam e*x* A*thoitis* viperis
121 utuntur in cibis. primum omnium occisae statim salem in os
addi iubent donec liquescat, mox quattuor digitorum mensura
utrimque praecisa exemptisque interaneis discoquunt in aqua
oleo, sale, aneto, et aut statim vescuntur aut pane colligunt, 20
ut saepius utantur. Ius praeter supra dicta peduculos e*x* toto
corpore expellit pruritusque etiam summae cutis. effectum
ostendit et per se capitis viperini cinis. utilissime oculos in-
122 unguit, itemque adeps viperinus. De felle non audaciter suaserim
11, 163 quae praecipiunt, quoniam, ut suo loco docuimus, non aliud 25
est serpentium venenum. anguium adeps aerugini mixtus ruptas
oculorum partis sanat, et membrana sive senectus vernatione
eorum exuta si adfricetur, claritatem facit. boae quoque fel

---

1. adeps, *d.* alipe, *EV*[1]. adipe, *r.* soricis cum stibi] suis, *E*[1]. sui, *E*[2]. lacrimosus, *E.* confer, *E.* 2. stibis, *RV.* est, *R*[1]*V.* 3. item — hirundinis] *om. R*[1]*V.* cocleae] *ego.* coctae, *C. Cf. p. 247, 10.* 4. se sive] sive, *R*[1]*V*[1]. se, *V*[2]. 6. iniungi, *E.* et unguere, *V.* 7. est] *E.* est vel, *r.* 8. quam] *ego.* quae, *E. om. r.* exuit vere] *E.* ex (et, *R*) utere, *r.* factis, *R*[1]. facti, *V.* 10. mina] *E.* mamna, *R*[2]. mam, *R*[1]. mammam, *V.* unam, *V.* 12. vipera] *E.* e vipera, *r.* 13. linguendo, *R ex corr.* tinguendo, *V.* 16. ex Athoitis] *ego coll. l. 7, 27.* et attollitur, *V.* et adtollitur vi (*om. E*) *r.* et ad coli vitium, *Ianus.* 17. occisae] *d.* octisa ae, *E.* occisa, *r.* statim] statim in, *E.* 18. mox] umor, *E.* 19. utrumque, *ER*[2]. triumque, *r.* 20. sale aneto] *om. E.* et] *E. om. r.* aut] aut omnium, *E.* omnium aut, *R*[2]. pene, *V.* a pane, *E.* 21. ius] vis, *C.* supra] *om. R*[1]*V.* ex] et, *E.* °o, *V*[1]. e, *r.* 23. 24. inungunt, *E.* iungit, *R*[1]. ungunt, *R*[2]. iniungit, *V*[1]. inungit, *V*[2]. 24. audacter, *R.* daticiter, *V.* 28. boe, *E.* vulvae, *E.*

praedicatur ad albugines, suffusiones, caligines, adeps similiter ad claritatem. Aquilae, quam diximus pullos ad contuendum 123
solem experiri, felle mixto cum melle Attico inunguntur nube- 10, 10
culae et caligationes suffusionesque oculorum. eadem vis est
5 et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item in suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant. laudant et gallinae fel, et praecipue adipem, contra pusulas in 124
10 pupillis; nec scilicet eius rei gratia saginant. adiuvat mirifice et ruptas oculorum tuniculas admixtis schisto et haematite lapidibus. fimum quoque earum, dumtaxat candidum, in oleo vetere corneisque pyxidibus adservant ad pupillarum albugines, qua in mentione significandum est pavones fimum suum resorbere tradi
15 invidentes hominum utilitatibus. Accipiter decoctus in rosaceo 125
efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorum putatur, item fimi eius cinis cum Attico melle. laudatur et milvi iocur, fimum quoque columbarum ex aceto ad aegilopia, similiter ad albugines et cicatrices, fel anserinum, sanguis anatum contusis oculis ita
20 ut postea *oe*sypo et melle inunguantur, fel perdicum cum mellis aequo pondere, per se vero ad claritatem. *ex* Hippocratis putant auctoritate adici quod in argentea pyxide id servari iubent. ova perdicum in vase aereo decocta cum melle ulceribus oculo- 126
rum et glaucomatis medentur. columbarum, palumbium, tur-
25 turum, perdicum sanguis oculis cruore suffusis eximie prodest. in columbis masculae efficaciorem putant, vena autem sub ala ad hunc usum inciditur, quoniam suo calore utilior est. superinponi oportet splenium e melle decoctum lanamque sucidam ex oleo ac vino. Earundem avium sanguis nyctalopas sanat et 127
30 iocur ovium, ut in capris diximus, efficacius fulvae. decocto 28, 170

---

4. calligationes, *E.* caligationis, *R*[1]. culicationis, *V.* effusionesque, *E.* que, *V.* 5. et in] ut in, *E.* 6. argema] *d.* alligeata, *E.* algemata, *R*[2]. argeam, *r.* 7. effusiones, *E.* candidis, *C.* gallinaceis, *E.* 8. inlinitum, *E.* inlini//, *V*[1]. inlinit, *F.* illini, *r.* monstrat, *RV.* 9. laudat, *R*[1]*V.* gallinace, *R*[1]*F*[2]. gallinacei, *R*[2]*F*[1]. gallina///, *V*[1]. 10. adlavat, *ER*[2]. et adluat, *r.* et] e, *E.* 11. admixtis] *d.* admixta, *V.* admixto, *r.* schistas, *R*[1]. schistos, *V.* 12. 13. corneisque] sque, *E.* 16. fimum, *R*[1]*V.* 18. quoque] *om. E.* aegilopia] *d.* egelopia, *E.* ecilopia, *V*[1]. epilopia, *r.* 20. oesypo] *Gesner hist. an. 1, 796. 3, 101. 152.* hysopo, *C.* inungantur, *E.* inunguatur, *R*[1]*V.* cum] *.om. R*[1]*V.* 21. ex] *Ianus.* et, *C.* hippocratis] *codd. Barb.* hypocysis, *E.* hypocis, *R.* hipocis, *V.* 22. adicit, *E.* 26. ala] lata, *E.* 27. 28. superponi, *RV.* 29. ac] aut, *E.* 30. ovium] avium, *R*[1]*V.* ut] *om. ER*[2]. decoctae, *E.*

quoque eius oculos abluere suadent et medulla dolores tumoresque inlinere. Bubonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. turturis fimum albugines extenuat, item coclearum cinis, fimum cenchridis. accipitrum generis hanc
128 Graeci faciunt. Argema ex melle omnibus quae supra scripta sunt sanatur. mel utilissimum oculis in quo apes sint inmortuae. Ciconiae pullum qui ederit negatur annis continuis lippiturus, item qui draconis caput habeat. huius adipe et melle cum oleo vetere incipientes caligines discuti tradunt. Hirundinum pullos plena luna excaecant, restitutaque eorum acie capita comburuntur, cinere cum melle utuntur ad claritatem et dolores ac
129 lippitudines et ictus. Lacertas quoque pluribus modis ad oculorum remedia adsumunt. alii viridem includunt novo fictili, et lapillos qui vocantur *cinae*dia, quae et inguinum tumoribus adalligari solent, novem signis signant et singulos detrahunt per dies. nono emittunt lacertam, lapillos servant ad oculorum
130 dolores. alii terram substernunt lacertae viridi excaecatae et una in vitreo vase anulos includunt e ferro solido vel auro. cum recepisse visum lacertam apparuit per vitrum, emissa ea anulis contra lippitudinem utuntur, alii capitis cinere pro stibi ad scabritias. quidam viridem collo longo in sabulosis nascentem comburunt et incipientem epiphoram inungunt, item glaucomata.
131 Mustelae etiam oculis punctu erutis aiunt visum reverti, eademque quae in lacertis et anulis faciunt, serpentis oculum dextrum adalligatum contra epiphoras prodesse, si serpens viva dimittatur. Lacrimantibus sine fine oculis cinis stelionum capitis cum stibi eximie medetur. Aranei muscari tela et praecipue spelunca ipsa inposita per frontem ad duo tempora in splenio aliquo, ita ut a puero inpube et capiatur et inponatur nec is triduo se ostendat ei cui medebitur, neve alter nudis pedibus terram
132 attingat his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicitur, albugines quoque tollere inunctione araneus candidus longissimis ac tenuissimis pedibus contritus in oleo vetere. is etiam cuius

---

1. oculos] *d.* oculorum, *E.* oculis, *r.* 2. inlinunt, *E.* 4. cinis fimum] fimum cinis, *V.* cinis, R^1. accipitur, R^1V. 5. argeam, *V.* argen, R^2. ex] et, R^1. et e, R^2. ex//, *VF.* 6. sanantur, *RV.* sunt, *E.* 14. cinaedia] *Barb.* zenidia, *E.* zenichia, *r.* unguinum, R^2. in unguinum, R^1V. 16. non, *E.* 17. substernant, *RV.* 18. anellos, R^1V^1. annulos, R^2. e] *V.* ef, R^1. et, *r.* 22. item] et item, R^1V. 23. oculis] in oculis, *E.* 26. stelionibus, *E.* stellionum, *R.* 28. in] *om. R.* spelio aquilo, *E.* 29. nec is] ne is, *R.* ne, *E.* 30. cui] qui, R^1V^1. alteruter, *R* (?). 31. dicitur] E^2. dicuntur, E^1. dicunt (dicuntur, *V*) dicitur, *r.* 33. is etiam] sed iam, *E.* cui, *R* (?).

crassissimum textum est in contignationibus fere adalligatus panno epiphoras sanare traditur. Scarabaei viridis natura contuentium visum exacuit, itaque gemmarum scalptores contuitu eorum adquiescunt.

(39.) Aures purgat fel pecudis cum melle, canini lactis 133
instillatio sedat dolorem, gravitatem adeps cum absinthio et oleo vetere, item adeps anserinus. quidam adiciunt sucum cepae, alii pari modo. utuntur et per se ovis formicarum, namque et huic animali est medicina, constatque ursos aegros hoc cibo
sanari. Anserum omniumque avium adeps praeparatur, exemptis- 134
que omnibus venis patina novo fictili operta in sole subdita aqua ferventi liquatur, saccatusque lineis saccis et in fictili novo repositus loco frigido minus putrescit addito melle. Murium cinis cum melle instillatus aut cum rosaceo decoctus aurium
dolores sedat. si aliquod animal intraverit, praecipuum remedium est murium fel aceto dilutum, si aqua intraverit, adeps anserinus cum cepae suco. Gliris detracta pelle intestinisque 135
exemptis discoquitur melle in vase novo. medici malunt e nardo decoqui usque ad tertias partes atque ita adservari, dein, cum
opus sit, strigili tepefacta infundere. constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari aut si terreni vermes cum adipe anseris decocti infundantur, item ex arboribus rubri cum oleo triti exulceratis et ruptis auribus praeclare medentur. Lacerti inve- 136
terati, in os pendentium addito sale, contusas et ab ictu miseras
aures sanant, efficacissime autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam distincti. Milipeda ab aliis centipeda aut multipeda dicta animal est e vermibus terrae pilosum, multis pedibus arcuatim repens tactuque contrahens se, oniscon Graeci vocant, alii iulon. efficacem narrant ad aurium dolores in cortice
Punici mali decoctum vel porri suco. addunt et rosaceum et in alteram aurem infundunt. illam autem quae non arcuatur sepa Graeci vocant, alii scolopendram, minorem perniciosamque.

---

1. gravissimum, *EV*[2]. crassimum, *V*[1]. sectum, *E*. 2. sane, *RV*. 3. scaltori, *R*[1]. scaltores, *R*[2]*V*[1]. sculptores, *V*[2]. 7. adiiciunt, *d*. dicunt, *r*. 11. nova, *EV*. 12. liquatus, *RV*. 16. si — 17. suco] *om*. *R*[1]*V*. 19. partes] *om*. *E*. cum] *om*. *E*. 20. stringil, *E*. stingili, *R*[1]. strigila, *V*[1]. 21. terrae, *R*[1]*V*. cum] aut, *E*. 24. contusis, *E*[1]. contusus, *E*[2]. 26. caudam distincte, *E*. caudis tinctae, *r*.
ab — 27. multipeda] *om*. *R*[1]*V*. 28. arquatim, *E*. arquatum, *V*[1]. arcuatum, *V*[2]. onis quod, *E*. 29. iulon] *ego coll. indice libri I.* tulion, *E*, tullon, *R*[2]. tollen, *R*[1]. tollon, *V*. efficaciter sanant, *E*. 30. vel] *Urlichs vind. 653.* et, *E*. mel, *r*. 31. illam] *d*. illa, *r*. arquatur, *EV*.

137 Cocleae quae sunt in usu cibi cum murra aut turis polline adpositae, item minutae latae fracturis aurium inlinuntur cum melle. Senectus serpentium fervente testa usta instillatur rosaceo admixto, contra omnia quidem vitia efficax, sed contra graveolentiam praecipue, ac si purulenta sint, ex aceto, melius cum felle caprino vel bubulo aut testudinis marinae — vetustior anno eadem membrana non prodest, nec imbre perfusa, ut aliqui
138 putant — aranei sanies cum rosaceo aut per se in lana vel cum croco, gryllus cum sua terra effossus et inlitus. magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retro ambulet terramque terebret, stridat noctibus. venantur eum formica circumligata capillo in cavernam eius coniecta, efflato prius pulvere ne sese condat, ita formicae conplexu ex-
139 trahitur. Ventris gallinaceorum membrana quae abici solet inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps et quaedam pinguitudo blattae, si caput avellatur. hanc tritam una cum rosaceo auribus mire prodesse dicunt, sed lanam qua inclusierit post paulum extrahendam, celerrime enim id pingue transire in animal fierique vermiculum. alii binas ternasve in oleo decoctas efficacissime auribus mederi
140 scribunt et tritas in linteolo inponi contusis. hoc quoque animal inter pudenda est, sed propter admirationem naturae priscorumque curae totum in hoc loco explicandum. plura earum genera fecerunt: molles, quas in oleo decoctas verrucis efficaciter inlini
141 experti sunt. alterum genus myloecon appellavere circa molas fere nascens. his capite detracto adtritas lepras sanasse Musaeum pycten in exemplis reliquerunt. tertium genus et odoris taedio invisum, exacuta clune, cum pisselaeo sanare ulcera alias insanabilia, strumas, panos diebus XXI inpositas, percussa, contusa et cacoethe, scabiem furunculosque detractis pedibus et
142 pinnis, nos haec etiam audita fastidimus. at, Hercules, Diodorus et in morbo regio et orthopnoicis se *de*disse tradit cum resina

---

1. quocliae quae, *R.* coclieque, *V. om. E.* 3. senectus] fracturis, *E.* inlinantur, *E.* rosace, R^1V^1. 3. 4. admixto] V^2 *in ras.* admixta, *ERF.* 4. sed] *om. E.* 5. ac] *E.* et, *r.* purulentiae sunt, ER^2. 7. aut aliquid, *E.* 9. croco] *C.* croco auribus prodest, *v.* 12. circumligata — cavernam] verna, *E.* 13. rius, R^1V. 16. blacte, *E.* blatta, R^1V. 18. panam, R^1V^1. extrahendum, *EV.* 19. id] ad, *E.* 20. terrasvae, *E.* ternasque, *r.* 24. verrucas, *E.* 25. myloecon] *codd. Barb.* mylocon, *E.* milocon, *r.* 26. retracto, *E.* Musaeum] *Ianus.* muscum, *V.* muscam, *r.* *An* Moschum? 27. pictem, *RV.* 29. percusse, R^1. percussae, *V.* 31. haec] *om.* R^1V^1. 32. se dedisse] *Urlichs vind. 654.* residesse, *E.* sedisse, R^2. redisse, *r.*

et melle. tantum potestatis habet ars ea pro medicamento dandi quidquid velit. humanissimi eorum cinerem crematarum servandum ad hos usus in cornea pyxide censuere aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis aut rheumaticis. infixa
5 utique corpori inlitas extrahere constat. Mel utilissimum auribus 143
quoque est in quo apes inmortuae sint. Parotidas comprimit columbinum stercus vel per se vel cum farina hordeacea aut avenacea, noctuae cerebrum vel iocur cum oleo infusum auriculae a parotide, multipeda cum resinae parte tertia inlita, grylli
10 sive inliti sive adalligati. Ad reliqua morborum genera medicinam ex isdem animalibus aut eiusdem generis sequenti dicemus volumine.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXX.

Cap. 1. (Sect. 1.) Magicas vanitates saepius quidem ante- 1
cedente operis parte, ubicumque causae locusque poscebant,
15 coarguimus detegemusque etiamnum. in paucis tamen digna res est de qua plura dicantur, vel eo ipso quod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe plurimisque saeculis valuit. auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola artium tres alias imperiosissimas humanae mentis
20 complexa in unam se redegit. natam primum e medicina nemo 2
dubitabit ac specie salutari inrepsisse velut altiorem sanctioremque

---

1. et] cum, *R*¹*V*¹. 2. humanissimis, *ER*². humanissim, *R*¹. 3. aut tritas] autoritas, *R*¹. auctoritas, *V*. 4. aut] et, *R*¹*V*. 5. illita, *RV*². inlita, *V*¹. constant, *RV*. 6. aemortuae sunt, *E*. 7. palumbinum, *R*¹*V*. vel per] per, *R*¹*V*. 8. abenacea, *E*. arenacea, *R*¹. harenacea, *V*. 10. inlitae, *E*. at, *R*(?). 10. 11. medicina, *E*. 13. 14. antecedentes, *E*¹. antecedentis, *E*². 16. est] *om.* *GR*¹*V*. fraudelentissima, *GV*. fraudendissima, *E*. 17. orbis, *E*. orbi, *GR*¹*V*¹. 19. periosissimas, *GV*. 20. redigit, *GR*¹*V*. primum e] prima, *GV*. 21. dubitabit] *Urlichs vind. 655.* dubitavit, *C*. ac] ae, *GV*¹. a, *R*¹*V*². sanctiorem quam, *E*.

medicinam, ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maxime etiamnunc caligat humanum genus, atque, ut hoc quoque suggesserit, miscuisse artes mathematicas, nullo non avido futura de sese sciendi atque ea e caelo verissime peti credente. ita possessis hominum sensibus triplici vinculo in tantum fastigii adolevit ut hodieque etiam in magna parte gentium praevaleat et in oriente regum regibus imperet.

3 (2.) Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre, ut inter auctores convenit. sed unus hic fuerit an postea et alius non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiae sectas clarissimam utilissimamque eam intellegi voluit, Zoroastrem hunc sex milibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit, sic et Aristoteles.
4 Hermippus qui de tota ea arte diligentissime scripsit et viciens centum milia versuum a Zoroastre condita indicibus quoque voluminum eius positis explanavit, praeceptorem a quo institutum diceret tradidit Agonacen, ipsum vero quinque milibus annorum ante Troianum bellum fuisse. mirum hoc in primis, durasse memoriam artemque tam longo aevo commentariis non intercedentibus, praeterea nec claris nec continuis successionibus
5 custoditam. quotus enim quisque auditu saltem cognitos habet, qui soli nominantur, Apusorum et Zaratum Medos, Babyloniosque Marmarum et Arabantiphocum, Assyrium Tarmoendam, quorum nulla exstant monumenta? maxime tamen mirum est in bello Troiano tantum de arte ea silentium fuisse Homero tantumque operis ex eadem in Ulixis erroribus, adeo ut totum opus non
6 aliunde constet, siquidem Protea et Sirenum cantus apud eum non aliter intellegi volunt, Circe utique et inferum evocatione hoc solum agi. nec postea quisquam dixit quonam modo venisset Telmesum religiosissimam urbem, quando transisset ad

---

1. desiderantissimisque, *EGV*. 2. ad] *om. R¹V*. calligat, *GV*. alligat, *E*. 3. suggerit, *GR¹V*. 5. e] *om. GR¹V*. 6. fastigi, *V²*. fasbi, *G*. fas, *R¹*. fasdi, *V¹*. 7. grecum, *GV*. //reco, *R¹*. 12. zoroasten, *GRV*. 17. azonacen, *E*. agonaecen, *GV*. agoneiscen, *R¹*. az, *R²*. 18. durase, *GV¹*. 19. memoriam] eorum, *GV*. non] *R*(?). *om. r*. 19. 20. intercidentibus, *GR²V*. 20. succisionibus, *GR¹V*. 21. quutus, *G*. quot tulis, *E*. quisque] *ER²*. quisque commi, *r*. habent, *GV*. 22. cognominantur, *ER*. 23. arabantipphochum, *E*. arabantipphocum, *R²*. arabantephocum, *R¹*. asirium, *ER²*. //asirium, *V*. avasirium, *GR¹F*. tarmoenidam, *E*. quorum—24. monumenta (monimenta, *R²*)] *ER²*. *om. r*. 26. totum] *E*. totumque, *R²*. de totum (totumque, *R¹*) *r*. 27. protea] *R²*. prothea, *E*. praeterea, *R¹*. propterea, *r*. 29. quoniam, *GV*. quo, *E*. 30. quandam, *E*.

Thessalas matres, quarum cognomen diu optinuit in nostro orbe aliena. gente Troianis utique temporibus Chironis medicinis contenta et solo Marte fulminante. miror equidem Achillis po- 7
pulis famam eius in tantum adhaesisse ut Menander quoque
5 litterarum subtilitati sine aemulo genitus Thessalam cognominaret fabulam complexam ambages feminarum detrahentium lunam. Orphea putarem e propinquo primum pertulisse ad vicina usque superstitionem a medicina provectum, si non expers sedes eius tota Thrace magices fuisset. primus, quod exstet, 8
10 ut equidem invenio, commentatus est de ea Osthanes Xerxen regem Persarum bello quod is Graeciae intulit comitatus, ac velut semina artis portentosae sparsit obiter infecto quacumque commeaverant mundo. diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroastrem alium Proconnensium. quod certum est, hic maxime
15 Ost*h*anes ad rabiem, non aviditatem modo scientiae eius Graecorum populos egit, quamquam animadverto summam litterarum claritatem gloriamque ex ea scientia antiquitus et paene semper petitam. certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad 9
hanc discendam navigavere exiliis verius quam peregrinationibus
20 susceptis, hanc reversi praedicavere, hanc in arcanis habuere. Democritus Apollobechem Coptitem et Dardanum e Phoenice inlustravit voluminibus Dardani in sepulchrum eius petitis, suis vero ex disciplina eorum editis, quae recepta ab ullis hominum atque transisse per memoriam aeque ac nihil in vita mirandum
25 est. in tantum fides istis fasque omne deest, adeo ut qui cetera 10
in viro probant haec opera eius esse inficientur. sed frustra.

---

1. matres] urbes, *EV*[2]. 2. *dist. ego.* gentis, *ER*[2]. itaque, *ER*[2]. 3. contenta et] *ER*[2]. contentea, *G.* contente et, *R*[1]. contenta ea, *V.* fulminati, *GR*[1]*V*[1]. minor, *V*[2]. mior, *GV*[1]. 4. fame, *G*[1]. fami, *G*[2]. famem, *V*[1]. 5. sine aemulo] sin eadem ulo, *ER*[2]. sin aemulo (mulo, *R*[1]) *r.* 7. propinquorum, *V.* proquinquorum, *G.* intulisse, *ER.* 8. vicinas, *ER*[2]. superstitiones, *E.* superstitutionem, *GV.* a medicina] *Gron.* ac medicinae, *ER.* ae medicine, *G.* ae medicinae, *V.* profectum, *E.* expers//, *V.* expersis, *GR*[1]. 9. tracen, *EGV.* fuissent, *GR*[1]*V*[1]. primum, *GV.* quod] *om. B.* 10. commentitus, *E.* est] *om. E.* 11. regem] regem invenio ex (et, *R*[1]) *GR*[1]*V*[1]. regem ex, *V*[2]. is] his, *ER*[2]. si, *r.* 12. sparsit, *R*[1]. aspersisse, *E.* sparsisse, *R*[2]. isparsit, *r.* interfecto, *E.* inficto, *GV.* 13. commoaverat, *E.* commeaverat, *R ex corr.* cum meaverant, *r.* 15. ostanes, *C.* scientiam, *GR*[1]*V.* 16. animadverso, *GV*[1]. animadver//, *R*[1]. summo, *E.* 17. gloriamus, *GR*[1]. 18. emperpeducles, *GV.* 20. in] *om. GR*[1]*V.* 21. apollonecen, *E.* apollobeche, *R*[1]. apollobechen, *R*[2]. copiten, *R*[1]. captidenent, *E.* capti tenent, *R*[2]. e phenicae, *E.* e phoenicen, *R.* et phonicen, *r.* 25. qui] *om. E.* 26. in] inquit, *E.* hanc, *E.*

hunc enim maxime adfixisse animis eam dulcedinem constat. plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artes effloruisse, medicinam dico magicenque, eadem aetate illam Hippocrate, hanc Democrito inlustrantibus, circa Peloponnensiacum Graeciae bellum quod gestum est a trecentesimo urbis nostrae anno.
11 Est et alia magices factio a Mose et Janne et Lotape ac Iudaeis pendens, sed multis milibus annorum post Zoroastrem. tanto recentior est Cypria. non levem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes comitatu eius exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.

12 (3.) Extant certe et apud Italas gentes vestigia eius in XII
28, 17 tabulis nostris alisque argumentis quae priore volumine exposui. DCLVII demum anno urbis Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio Crasso cos. senatusconsultum factum est ne homo immolaretur, palamque in tempus illut sacra prodigiosa celebrata.

13 (4.) Gallias utique possedit, et quidem ad nostram memoriam. namque Tiberii Caesaris principatus sustulit Druidas eorum et hoc genus vatum medicorumque *per SC.* Quid ego haec commemorem in arte oceanum quoque transgressa et ad naturae inane pervecta? Britannia hodieque eam adtonita celebrat tantis caerimoniis ut dedisse Persis videri possit. adeo ista toto mundo consensere quamquam discordi et sibi ignoto. nec satis aestimari potest quantum Romanis debeatur qui sustulere monstra in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.

14 (5.) Ut narravit Osthanes, species eius plures sunt. namque et aqua et sphaeris et aere et stellis et lucernis ac pelvibus securibusque et multis aliis modis divina promittit, praeterea umbrarum inferorumque colloquia. Quae omnia aetate nostra

---

1. eam] eadem, *GR*[1]*V*. 3. aetate illum] *E*. aetatelle, *G*. etatelle, *V*[1]. et apelle, *r*. hippocratem, *E*. hippogratem, *G*. 6. a mose et] *codd. Gel.* a muse et, *ER in ras.* antset, *G*. amus et, *V*. ianno, *E*. 8. alexandria, *GRV*[1]. 9. professionis, *E*. professione, *GV*[1]. hostanes, *E*. ostanes, *R*[2]. osteanes, *r*. 12. certe] itaque, *E*. italos, *E*. itales, *GV*. in XII] cinxit, *GV*. 13. talibus, *GV*. exposuit, *E*. 14. DCLII, *GR*[1]*V*. P.] *om. ER*[1]. 15. est] *om. ER*[1]. 16. in] *ER*[2]. fit in, *r*. illud, *codd. Gel.* filiut, *R*. siliut, *r*. celebratio, *GR*[1]*V*. 19. per SC.] *Ianus*. ipse, *C*. 20. artem, *GV*. 21. perlecta, *GV*. antonite, *E*. attonite, *R*. 22. ut dedisse] udidisse, *GV*. 23. discordia, *E*. non, *E*. 24. post, *E*. nostra, *E*. 26. saluberrimum] *E*. saluberrimum erat, *r*. 28. et aqua et] ea quae, *E*. et aere] et ex aere, *ER*[2]. et ////, *R*[1]. pelvibusque, *E*. 29. promit, *GV*[1].

princeps Nero vana falsaque comperit, quippe non citharae tragicique cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis, primumque imperare dis concupivit, nec quicquam generosius voluit. nemo umquam
5 ulli artium validius favit. ad hoc non opes defuere, non vires, 15
non discentis ingenium, quae non alia patiente mundo. inmensum, indubitatum exemplum est falsae artis quam dereliquit Nero, utinamque inferos potius et quoscumque de suspitionibus suis deos consuluisset quam lupanaribus atque prostitutis man-
10 dasset inquisitiones eas! nulla profecto sacra, barbari licet ferique ritus, non mitiora quam cogitationes eius fuissent. saevius sic nos replevit umbris.

(6.) Sunt quaedam Magis perfugia, veluti lentiginem haben- 16
tibus non obsequi numina aut cerni. obstet forte hoc in illo?
15 nihil membris defuit. nam dies eligere certos liberum erat, pecudes vero quibus non nisi ater colos esset facile. nam homines immolare etiam gratissimum. Magus ad eum Tiridates venerat Armeniacum de se triumphum adferens et ideo provinciis gravis. navigare noluerat, quoniam expuere in maria aliisque 17
20 mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos secum adduxerat, magicis etiam cenis eum initiaverat, non tamen, cum regnum ei daret, hanc ab eo artem accipere valuit. proinde ita persuasum sit, intestabilem, inritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras, sed in his
25 veneficas artes pollere, non magicas. quaerat aliquis, quae sint 18
mentiti veteris Magi, cum adulescentibus nobis visus Apion grammaticae artis prodiderit cynocephalian herbam, quae in Aegypto vocaretur osiritis, divinam et contra omnia veneficia, sed si tota erueretur, statim eum qui eruisset mori, seque evo-
30 casse umbras ad percunctandum Homerum quanam patria quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri quid sibi respondisset.

---

2. tragique, *GR*[1]*V*. 3. animis, *GV*. 4. concupit, *GR*[1]*V*. valuit, *GRV*. 5. opes] opus est, *E*. 6. dicentis, *E*. discentes, *GV*[1]. 8. poti, *GV*. 10. profecta, *GR*[1]*V*. 12. repleti, *GR*[1]*V*. 14. obstet] non possent, *E*. possent, *R ex corr*. 15. cereos, *GV*. 16. vere, *GV*. culos, *GV*. facile] *d*. facie, *ER ex corr*. faciles, *r*. 17. Tiridates] *Barb*. mitidrates, *E*. mitridates, *r*. 19. noluerunt, *E*. quo, *GV*. mari artis quae, *GV*. 23. valuit] *d*. voluit, *r*. 26. mentiti] mecum tibi, *GV*. aduliscentibus novis, *EGV*. appion, *EGV*. 28. osirites, *ER*[2]. osipitis, *r*. 29. tota] ea, *E*. reveretur, *G*. rueretur, *V*. 29. 30. evocasset, *GV*. vocasset, *R*[1]. 30. quana, *GV*. quam, *E*. 32. respondisset] *Sillig coni*. respondisse (respondit se, *E*[1]) diceret, *C*.

19 3. (7.) Peculiare vanitatis sit argumentum quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur tot modis a rerum natura damnatas, caecitate perpetua, tenebris etiamnum altis defossas sepultisque similes. nullis aeque credunt extis, nullum religionum capacius iudicant animal, ut si quis cor eius recens palpitansque devorarit, divinationis et rerum efficiendarum eventus
20 promittant. dente talpae vivae exempto sanari dentium dolores adalligato adfirmant. cetera ex eo animali placita eorum suis reddemus locis. nec quicquam probabilius invenietur quam muris
29, 89 aranei morsibus adversari eas, quoniam et terra orbitis, ut diximus, depressa adversatur.

21 (8.) Cetero dentium doloribus, ut idem narrant, medetur canum qui rabie perierunt capitum cinis crematorum sine carnibus instillatus ex oleo cyprio per aurem cuius e parte doleant, caninus dens sinister maximus circumscarifato qui doleat aut draconis os e spina, item enhydridis. est autem serpens masculus et albus. huius maximo dente circumscarifant, aut in superiorum dolore duos superiores adalligant, e diverso inferiores.
22 huius adipe perunguuntur qui crocodilum captant. dentes scarifant et ossibus lacertae ex fronte luna plena exemptis ita ne terram adtingant. colluunt dentibus caninis decoctis in vino ad dimidias partes. cinis eorum pueros tarde dentientes adiuvat cum melle. fit eodem modo et dentifricium. cavis dentibus cinis e murino fimo inditur, vel iocur lacertarum aridum.
23 anguinum cor si mordeatur adalligeturve efficax habetur. sunt inter eos qui murem bis in mense iubeant mandi doloresque ita caveri. vermes terreni decocti in oleo infusique auriculae

---

1. peculiari, *GV*[1]. peculiaris, *V*[2]. 3. cecitates, *E*. perpetuas, *EGV*. tenebras, *E*. altis] *ego*. aliis, *ER*. alis, *r*. defossa, *E*. 4. reque, *GV*. extis] exiti in, *E*. 4. 5. religionis, *E*. regionum, *G*. 5. iudicat, *E*. todicant, *G*. //dicant, *V*. ut si quis] *ER*[2] *in ras*. iusse qui, *G*. iussi qui, *V*. 6. devorarit] *E*[2]. devoraret, *E*[1]*V*[2]. devoret, *r*. 7. dente e, *GV*. 8. adalligate, *GR*[1]*V*. adalligata, *R*[2]. cetera id ex, *ER*[2]. celere (cetere, *R*[1]) ex, *r*. animalia, *GR*[1]*V*. placida, *GV*. 9. reddamus, *E*. 10. eas] as, *G*. es, *V*[1]. terram, *E*. orbitis ut] orbitis, *R*[1]. urbiti sunt, *GV*. 12. ceterum, *E*. medentur, *E*. 13. perierunt] *d*. inperferunt, *E*. perferunt, *r*. 14. aurem] partem, *E*. 15. caninus — doleat] *om*. *E*. 16. os e] os, *E*. osse, *V*[2]. 17. 18. superiore, *GR*[1]*V*. 18. dolore] *om*. *E*. 19. adipse (adipe se, *V*[2]) unguentur, *GV*. adipe perunguentur (perungentur, *R*[1]) *R*. 19. 20. scarifant et] escarifan, *GV*[1]. escarifant, *V*[2]. scarifant, *R*[1]. 20. ex] *ego*. e, *ER*. et, *r*. 22. dentis, *GR*[1]*V*. 24. inditam, *E*. 25. morditur, *GR*[1]*V*[1]. adalligeturve] *Ianus*. adalligatur, *ER*[2]. et alligetur *V*[2] *in ras*. ve, *GR*[1]*F*. 27. cavere, *GRV*.

cuius a parte doleat praestant levamentum. eorundem cinis exesis dentibus collectus ex facili cadere eos cogit, integros dolentes inlitus iuvat. comburi autem oportet in testo. prosunt et cum mori radice in aceto scillite decocti ita ut colluantur
5 dentes. is quoque vermiculus qui in herba Veneris labro ap- 24
pellata invenitur cavis dentium inditus mire prodest. nam urucae brassicae eius contactu cadunt, et a malva cimices infunduntur auribus cum rosaceo. harenulae quae inveniuntur in cornibus coclearum cavis dentium inditae statim liberant
10 dolore. coclearum inanium cinis cum murra gingivis prodest, serpentis cum sale in olla exustae cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus, anguinae vernationis membrana cum oleo taedaeque resina calefacta et auri alterutri infusa — adiciunt 25
aliqui tus et rosaceum — eadem cavis indita ut sine molestia
15 cadant praestat. vanum arbitror esse circa canis ortum anguis candidos membranam eam exuere, quoniam neutrum in Italia visum est multoque minus credibile in tepidis regionibus *t*am sero exui. hanc autem vel inveterata*m* cum cera celerrime evellere tradunt, et dens anguium adalligatus dolores mitigat.
20 sunt qui et araneum animal ipsum sinistra manu captum tritum- 26
que in rosaceo et in aurem infusum cuius a parte doleat prodesse arbitrentur. ossiculi gallinarum in pariete servati fistula salva tacto dente vel gingiva scarifata proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt, item fimo corvi lana adalligato vel pas-
25 serum cum oleo calefacto et proximae auriculae infuso. pruritum quidem intolerabilem facit et ideo utilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

4. (9.) Oris saporem commendari adfirmant, murino cinere 27
cum melle si fricentur dentes. admiscent quidam marathi ra-
30 dices. pinna vulturis si scalpantur dentes, acidum halitum fa-

---

1. doleant, *GRV*. 2. exesis] *om. GV*. collectus] *d*. coiectus, *E*. coniectus, *R*². collectis, *r*. facile, *GRV*. 3. iuvant, *E*. iubat, *GV*. 4. scillite] *R*². scillito, *EV*². scillicio, *r*. 6. indutus, *GR*¹*V*. 7. et a] *E*. et e, *R*². e, *r*. 9. induta, *GR*¹*V*. 12. anguine, *E*. anguini, *GR*¹*V*. 14. tus et] tus, *GR*¹*V*. ut — 15. cadant] *om. GR*¹*V*¹. 15. circa] *om. E*. 16. exuere] ex aure, *ER*². ex ere, *R*¹. ex ore, *r*. 17. regionum, *GR*¹*V*. iam, *C*. 18. inveteratae, *E*. inveterate, *r*. 19. minuit, *ER*². 20. et] *om. GR*¹*V*. 21. cuius a] cui in ipsa, *E*. 22. ossiculis, *ER*². servati] *d in ras*. servatis, *r*. fistulas, *C*. 23. salvi, *GV*¹. tactu, *GR*¹*V*. 26. utilius] tolerabilius, *E*. 29. maratina, *E*. maraty, *R*¹. maratyna, *R*². 30. pinna vulturis] *om. E*. pinna vulturi, *V*¹. pinna vulturri (vult, *R*²) *R*. si] *om. GR*¹*V*.

ciunt. hoc idem hystricis spina fecisse ad firmitatem pertinet. linguae ulcera et labrorum hirundinis in mulso decoctae sanant, adeps anseris aut gallinae rimas, oesypum cum galla, araneorum telae candidae et quae in trabibus parvae texuntur. si ferventia os intus exusserint, lacte canino statim sanabuntur.

28 (10.) Maculas in facie oesypum cum melle Corsico quod asperrimum habetur extenuat, item scobem cutis in facie cum rosaceo inpositum vellere — quidam et butyrum addunt — si vero vitiligines sint, fel caninum prius acu conpunctas, ad liventia et suggillata pulmones arietum pecudumque in tenues consecti
29 membranas calidi inpositi, vel columbinum fimum. Cutem in facie custodit adeps anseris vel gallinae. lichenas et murino fimo ex aceto inlinunt et cinere irenacei ex oleo. in hac curatione prius nitro ex aceto faciem foveri praecipiunt. tollit ex facie vitia et coclearum quae latae et minutae passim inveniuntur cum melle cinis. omnium quidem coclearum cinis spissat, calfacit, smectica vi, et ideo causticis miscetur, psorisque et lepris et lentigini inlinitur. invenio et formicas Herculaneas appellari
30 quibus tritis adiecto sale exiguo talia vitia sanentur. buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabaeo longipedi. fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen invenit, devoratumque tacto felle ita inflammat ut rumpat. haec cum hircino sebo inlita lichenas ex facie tollit septica vi, ut supra
29, 95 dictum est. vulturinus sanguis cum chamaeleon*t*os albae, quam
22, 45 herbam esse diximus, radice et cedria tritus contectusque brassica lepras sanat, item pedes locustarum cum sebo hircino triti, varos adeps gallinaceus cum cepa subactus. utilissimum et in facie mel in quo apes sint inmortuae, praecipue tamen faciem purgat atque erugat cygni adeps. stigmata delentur columbino fimo ex aceto.

---

1. histricis, *GV*. stricis, *E*. pinna, *E*. pina, *R*². pinne, *R*¹*V*. penne, *G*. 2. labrorum] *E*. labrarum, *R*². calabrarum, *R*¹. calabrarum ulcera, *r*. 4. in trabibus] *Barb*. intra bulbus (balbus, *G*) *C*. 5. insanabuntur, *GV*. 6. eisopum, *E*. 7. habemus, *ER*². 9. veligines, *E*. vetligines, *GV*¹. vetiligines, *V*². fel] vel, *E*. conpuncta, *E*. ad] *om*. *ER*². 14. praecipuum, *E*¹. praecipuunt, *E*². 16. omnium] cum omnia, *E*. 17. smectica] *R*². zmectica, *E*. smetica, *r*. vi] *R*. vii, *E*. VII, *r*. et lepris] *om*. *GR*¹*V*. 18. lentiginum, *GR*¹*V*. 19. exigui, *GV*. alia, *E*. 20. italia] *E*. athala, *R*. athla, *r*. longipedum, *GR*¹*V*. 22. fellem, *E*. inflammant, *GV*. infamat, *R*. ut] *om*. *GV*. 23. sepaticia, *E*. 24. cameleoneos, *EV*¹. chameleoneos, *GV*². chamaeleoneos, *R*. quam] *om*. *GR*¹*V*. 25. herba, *GV*. cedria] *E*. geria, *r*. concertusque, *E*. 27. varas, *E*. varros, *GV*. ceba, *GV*¹. et] *om*. *GR*¹*V*.

(11.) Gravedinem invenio finiri, si quis nares mulinas 31
osculetur. uva et faucium dolor mitigatur fimo agnorum priusquam herbam gustaverint in umbra arefacto, uva suco cocleae acu transfossae inlita, ut coclea ipsa in fumo suspendatur, hirundinum cinere cum melle. sic et tonsillis succurritur. tonsillas et fauces lactis ovilli gargarizatio adiuvat, multipeda trita, 32
fimum columbinum cum passo gargarizatum, etiam cum fico arida ac nitro inpositum extra. asperitatem faucium et destillationes leniunt cocleae — coqui debent inlotae, demptoque tantum terreno conteri et in passo dari potu. sunt qui Astypalaeicas efficissimas putent — et cinis me*n*arum, gryllus infricatus aut si quis manibus quibus eum contriverit tonsillas attingat.

(12.) Anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime 33
succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto. huius medicinae auctor est Ovidius poeta. sed efficaciores ad omnia quae ex hirundinibus monstrantur pulli silvestrium — figura nidorum eas deprehendit — multo tamen efficacissimi ripariarum pulli. ita vocant in riparum cavis nidificantes. multi cuiuscumque hirundinis pullum edendum censent, ut toto anno non metuatur id malum. strangulatos cum sanguine comburunt 34
in vase et cinerem cum pane aut potu dant. quidam et mustelae cineres pari modo admiscent. sic ad strumae remedia dant et comitialibus cotidie potu. in sale quoque servatae hirundinis ad anginam drachma bibuntur, cui malo et nidus earum mederi dicitur potus. Milipedam inlini anginis efficacissimum putant. 35
ali XXI tritas in aquae mulsae hemina dari per harundinem, quoniam dentibus tactis nihil prosint. tradunt et murem cum verbenaca excoctum, si bibatur is liquor, remedio esse, et corrigiam caninam ter collo circumdatam, fimum columbinum vino

---

1. gravidinem, *GR*[1]*V*. murinas, *E*. 3. arefacta, *GV*. succo, *R*. suc, *V*. sua, *G*. cocleae — 4. ut] *om*. *GR*[1]*V*. 4. transfusae illita, *R*[2]. 5. hirundinem, *GV*. hirundine, *R*[1]. 6. lactens, *E*. ovillis, *R*. uvillis, *GV*. gargaris ratio, *G*. gargarissatio, *r*. *dist. ego*. 7. fimo columbino, *GR*[1]*V*. cum] in, *GR*[1]*V*. 8 sqq. *dist. ego*. asperitate, *GV*. 9. inlatae, *E*. inlote, *GV*. tantum] tantum qui, *GV*. 11. cinis menarum] *ego coll. l. 32, 83. 88. 90 al.* inis (in his, *a*) sima (simma, *G*) earum, *r*. zrillus, *GV*. 12. attingant, *GR*[1]*V*. 17. multi, *GV*. multu, *R*. 18. multi] *R*[1]. si multi, *ER*[2]. multis, *r*. 20. non] *om*. *GR*[1]*V*. strangulato, *E*. cum] *om*. *E*. 21. et] aut in, *E*. 23. cotidie] *om*. *E*. potus, *GV*. potui, *R*[1]. 24. anguinam, *GV*. anguinum, *R*. is in una, *R*[2] *in marg*. angus in ima, *E*. drachmae, *E*. dramma, *GV*. 25. dicunt, *GR*[1]*V*. millipeda, *E*. millipedam, *R*[2]. milipeda, *GV*. anguis, *E*. anguinis, *r*. 26. XXI] *E*. XI, *r*. 28. et] ex, *GV*.

et oleo permixtum. Cervicis nervis et opisthotono ex milvi nido
36 surculus viticis adalligatus auxiliari dicitur, 5. strumis exulceratis
mustelae sanguis, ipsa decocta in vino; non tamen sectis ad-
movetur. aiunt et in cibo sumptam idem efficere, vel cinerem
eius sarmentis conbustae; miscetur axungia. Lacertus viridis 5
adalligatur, post dies XXX alium adalligatum oportet. quidam
37 cor eius in argenteo vasculo servant. ad femina*rum* strumas
et veteres cocleae cum testa sua tusae inlinuntur, maxime quae
frutectis adhaerent, item cinis aspidum cum sebo taurino in-
ponitur, anguinus adeps mixtus oleo, item anguium cinis ex 10
oleo inlitus vel cum cera. edisse quoque eos medios abscissis
utrimque extremis partibus adversus strumas prodest, vel cinerem
bibisse in novo fictili ita crematorum, efficacius multo inter duas
38 orbitas occisorum. Et grillum inlinere cum sua terra effossum
suadent, item fimum columbarum per sese vel cum farina hor- 15
deacia aut avenacia ex aceto, talpae cinerem ex melle inlinere.
alii iocur eiusdem contritum inter manus inlinunt et triduo non
abluunt. dextrum quoque pedem eius remedio esse strumis
adfirmant. alii praecidunt caput et cum terra a talpis excita
tusum digerunt in pastillos pyxide stagnea et utuntur ad omnia 20
quae intumescant et quae apostemata vocant quaeque in cervice
39 sint; vesci suilla tunc vetant. Tauri vocantur scarabaei terrestres
ricino similes — nomen cornicula dedere, alii peduculos terrae
vocant — ab his quoque terram egestam inlinunt strumis et
similibus vitiis et podagris, triduo non abluunt. prodest haec 25
medicina in annum, omniaque his adscribunt quae nos in grillis
38 rettulimus. quidam et a formicis terra egesta sic utuntur, alii
vermes terrenos totidem quot sint strumae adalligant pariterque
40 cum his arescunt. alii viperam circa canis ortum circumcidunt
29, 70, 121 ut diximus, dein mediam comburunt, cinerem eum dant biben- 30
dum ter septenis diebus quantum prenditur ternis digitis, sic
strumis medentur, aliqui vero circumligantes lino quo praeligata
infra caput vipera pependerit donec exanimaretur. Et milipedis

---

1. et] *om.* *GR¹V.* 3. sanguinis, *C.* 4. adiunt, *E.* in] *om.* *GR¹V.* 5. *dist. ego.* axungia — 7. servant] *om.* *E.* 6. post] oportet post, *GV.* 7. argenteo] *d.* argente, *R²*. argento, *r.* *dist. ego.* feminas, *C.* 10. anguinis, *EGV.* oleum, *E.* item — 11. oleo] *om.* *GR¹V.* 11. inlitus] vel inlitus, *GV.* medius, *GR¹V.* abscessis, *E.* abscisis, *GV.* 12. utrumque, *GV.* artibus, *ER²*. 18. pedum, *EGV.* 19. 20. a dalpis excitat ad usum, *E.* 20. degerunt, *GRV.* pastillis, *GR¹V.* 21. intumescunt, *GRV.* 22. sulla, *EGV.* 25. similibus] *R.* si similibus, *r.* 26. omniumque, *E.* 30. media, *GRV.* 33. intra, *GRV.* millipedis, *ER²*. milipedes, *r.*

utuntur addita resinae terebinthinae parte quarta, quo medicamento omnia apostemata curari iubent.

(13.) Umeri doloribus mustelae cinis cum cera medetur. 41
ne sint alae hirsutae formicarum ova pueris infricata praestant,
5 item mangonibus, ut lanugo tardior sit pubescentium, sanguis
e testiculis agnorum, cum castrantur, qui evulsis pilis inlitus et
contra virus proficit.

(14.) Praecordia vocamus uno nomine exta in homine, 42
quorum in dolore cuiuscumque partis si catulus lactens ad-
10 moveatur adprimaturque his partibus, transire in eum dicitur
morbus, idque exinterato perfusoque vino deprehendi vitiato
viscere illo quod doluerit homini, sed obrui talis religio est.
hi quoque quos Melitaeos vocamus stomachi dolorem sedant 43
adplicati saepius. transire morbos aegritudine eorum intellegitur,
15 plerumque et morte. 6. Pulmonum vitiis medentur et mures,
maxime Africani, detracta cute in oleo et sale decocti atque in
cibo sumpti. eadem res et purulentis vel cruentis excreationibus
medetur, (15.) praecipue vero coclearum cibus stomacho. in 44
aqua eas subfervefieri intacto corpore earum oportet, mox in
20 pruna torreri nihilo addito, atque ita e vino garoque sumi,
praecipue Africanas. nuper hoc conpertum plurimis prodesse.
id quoque observant ut numero inpari sumantur. virus tamen
earum gravitatem halitus facit. prosunt et sanguinem excreantibus dempta testa tritae in aquae potu. laudatissimae autem 45
25 sunt Africanae — ex his Iolitanae — Astypalaeicae, Siculae
modicae, quoniam magnitudo duras facit et sine suco, Baliaricae,
quas cavaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur. laudatae
ex insulis et Caprearum, nullis autem cibis gratae neque veteres
neque recentes fluviatiles, et albae virus habent, nec silvestres
30 stomacho utiles, alvum solvunt, item omnes minutae. contra
marinae stomacho utiliores, efficacissimae tamen in dolore sto-

---

1. resina, *GRV*. 2. curare, *RV*. 5. 6. sanguis e] sanguinis et, *E*. 6. cum] qui, *ER*². 9. si] sic, *GV*. lactes, *ER*¹*V*². lactus, *r*. 10. adprimeturque his, *ER*². adprimatisque his, *R*¹. adprimatur qui (quia, *V*) et is, *r*. 11. morbum, *E*. exintrato, *GR*¹*V*. viciato, *E*. *om*. *GR*¹*V*. 12. hominis, et, *v*. 13. melitaeos] *codd. Barb*. melitotos, *E*. melilotos, *R*². melletitos, *r*. 14. morbum, *GV*. 15. pulmonum] *ER*². pulmones quoque (quioque, *R*¹) *r*. et] *ER*². id, *r*. 22. sumant, *E*. 23. faciunt, *E*. 25. olitanae, *E*. iolitat ne, *R*¹. olitat ne, *R*². casicalaeicae, *E*¹. casipalaeicae, *E*². casypalaeicae, *R*². siculae] *ER*². et ne siculae, *r*. 26. magnitudo—27. quoniam] *om*. *GV*¹. 28. ex] *Sillig coni*. et ex, *C*. nulle, *E*. nullae, *R*². grate, *GV*. grece, *ER*². 29. *dist*. *Ianus*. 30. utilem, *E*. 31. tamen] si, *GV*.

46 machi *e* laudatis traduntur quaecumque vivae cum aceto devoratae. praeterea sunt quae aceratoe vocantur, latae, multifariam nascentes, de quarum usu dicemus suis locis. Gallinaceorum ventris membrana inveterata et inspersa potioni destillationes pectoris, et umidam tussim vel recens tosta lenit. cocleae crudae tritae cum aquae tepidae cyathis tribus si sorbeantur, tussim sedant. destillationes sedat et canina cutis cuilibet digito circumdata. Iure perdicum stomachus recreatur.

47 (16.) Iocinerum doloribus medetur mustela silvestris in cibo sumpta vel iocinera eius, item viverra porcelli modo inassata, suspiriosis multipedae ita ut ter septenae in Attico melle diluantur et per harundinem bibantur, omne enim vas nigrescit contactu. quidam torrent sextarium in patina donec candidae fiant, tunc melle miscent, alii centipedam vocant et ex aqua calida dari
48 iubent. cocleae in cibo is quos linquit animus aut quorum alienatur mens aut quibus vertigines fiunt, ex passi cyathis tribus singulae contritae cum sua testa et calefactae in potu datae diebus plurimum novem, aliqui singulas primo die dedere, sequenti binas, tertio ternas, quarto duas, quinto unam. sic et
49 suspiria emendant et vomicas. Esse animal locustae simile sine pennis, quod trixallis Graece vocetur, Latinum nomen non habeat, aliqui arbitrantur, nec pauci auctores, hoc esse quod grilli vocentur. ex his XX torreri iubent ac bibi e mulso contra orthopnoeas. Sanguinem expuentibus cocleae; est qui inlotis protropum infundat, vel marina aqua ita decoquat et in cibo sumat, aut si tritae cum testis suis sumantur cum protropo; sic et tussi medentur. vomicas privatim sanat mel in quo apes
50 sint demortuae. sanguinem reicientibus pulmo vulturinus viti-

---

1. e laudatis] *Ianus*. laudatis, *E*. flaudatis, *GV*[1]. fraudatis, *V*[2]. fraudalis, *R*. vivae] *E*. vive, *R*[2]. ute, *R*[1]. ut, *r*. 2. averatoe, *GR*[1]*V*[2]. everatoe, *V*[1]. gratoe, *E*[2]*R*[2]. groe, *E*[1]. latae] tantae, *GR*[1]*V*. 4. inveteratae, *E*. si inveterata, *r*. 5. humidatam, *ER*[2]. humide, *r*. 6. tritae — tepidae] *om. E*. 9. iocinorum, *E*. iocineris, *r*. 10. viverra] idverura, *GV*. it verura, *R*[1]. procelli, *GRV*. 11. multipeda, *GV*. ita] *R*[2]*a. om. r*. ut ter] *d*. uter, *ER*[2]. ut, *r*. septene, *R*[2]. septini, *GR*[1]*V*. 13. torrent] *d*. torrentis, *ER*[2]. torrens, *r*. candidi, *GV*. 14. centumpedum, *GV*. calda, *R*[2]. *om. GV*[1]*R*[1]. 15. cibo is] cibis, *GR*[2]*V*[2]. 18. aliquis, *GRV*. 19. tertio] *om. GR*[1]*V*. duas] *om. GR*[1]*V*. quinta, *GV*. 20. emendat, *GRV*. 21. tixallis, *E*. tyxallis, *R*[2]. trixalis, *r*. greci, *EGV*[1]. vocatur, *ER*[2]. nomen] *om. GR*[1]*V*[1]. 22. pauci auctores] pauciores, *E*. 23. torreri] *R*[2]. torrei, *E*. torri, *R*[1]. torrenti, *r*. bibent, *GV*. vivi, *EV*[2]. 24 sq. *dist. ego*. est] *om. E*. 25. marinam aquam, *R* (?). 27. tussim (tussi, *G*) emendentur, *GR*[1]*V*. melle, *E*.

gineis lignis conbustus adiecto flore Punici mali ex parte dimidia, item cotoneorum liliorumque isdem portionibus potus mane atque vesperi e vino, si febres absint, si minus, ex aqua in qua cotonea decocta sint.

(17.) Pecudis lien recens magicis praeceptis super dolentem 51
lienem extenditur dicente eo qui medeatur lieni se remedium facere. post hoc iubent in pariete dormitori eius tectorio includi et obsignari anulo ter novies carmenque dici. caninus si viventi eximatur et in cibo sumatur, liberat eo vitio. quidam recentem superinligant. alii duum dierum catuli ex aceto scillite 52
dant ignoranti, vel irenacei lienem, item coclearum cinerem cum semine lini et urticae addito melle, donec persanet. liberat et lacerta viridis viva in olla ante cubiculum dormitorium eius cui medeatur suspensa, ut egrediens revertensque attingat manu, cinis e capite bubonis cum unguento, mel in quo apes sint mortuae, araneus, et maxime qui lycos vocatur.

(18.) Upupae cor lateris doloribus laudatur, coclearum cinis 53
in tisana decoctarum — et per se inlinuntur — canis rabiosi calvariae cinis potioni inspergitur. Lumborum dolori stelio transmarinus capite ablato et intestinis decoctus in vino cum papaveris nigri denarii pondere dimidio eo suco bibitur. lacerti virides decisis pedibus et capite in cibo sumuntur, cocleae tres contritae cum testis suis atque in vino decoctae cum piperis granis XV. Aquilae pedes evellunt in aversum a suffragine ita 54
ut dexter dextrae partis doloribus adalligetur, sinister laevae. multipeda quoque, quam oniscon appellavimus, medetur denarii 29, 136
pondere ex vini cyathis duobus pota. vermem terrenum catillo ligneo ante fisso et ferro vincto inposit*um* aqua excepta per-

---

2. potionibus, *GV*. 3. vesper ter (ten, *G*) sino, *GV*. absit, *E*. 6. lieni se] lineis, *E*. 7. dormitrio, *E*. 7. 8. tecto includitur et, *E*. 8. obsignare, *GR*¹*V*. carmen, *d*. earumquae, *E*. earumque, *r*. 9. existimatur, *GV*. exhistimatur, *R*. eo vitio] evomitio, *GV*. evo initio, *R*¹. 10. scilice, *GV*. scilite, *R*¹. in scililico, *R*². in scillito, *E*. 11. ignoranti] irenanti, *GV*. 12. persanent, *GR*¹*V*. eliberat, *E*. eo libera, *R*². libera, *r*. 14. mederetur, *E*. mediature, *GV*. 17. laudantur, *GR*¹*V*. cinis] cibus, *GR*¹*V*. 18. tipsana, *d*. tisina, *E*. tisna, *R*². tisibina, *r*. 19. potio si, *GV*. inspergitur] insuper, *GV*. stellio, *E*. stelionis, *GR*¹*V*. 20. capite—in] *om*. *GR*¹*V*. 21. lacerte, *GV*. lacertae, *R*. 24. a suffragine] *d*. ac suffragine, *E*. ac sufragine, *R*² *in ras*. usufragine, *r*. 25. dexter] *d*. dextere, *GV*¹. *om*. *r*. laeva, *RV*. leva, *r*. 26. oniscon] *R*². onisquam, *E*. niscon, *r*. 27. vino, *ER*². 28. et] *om*. *E*. ferreo, *E*. inpositivo, *E*. inposito, *r*.

fundere et defodere unde effoderis Magi iubent, mox aquam bibere catillo, mire id prodesse isc*h*iadicis adfirmantes.

55 7. (19.) Dysintericos recreant femina pecudum decocta cum lini semine *ea* aqua pota, caseus ovillus vetus, sebum ovium decoctum in vino austero. hoc et ileo medetur et tussi veteri, 5 dysintericis stelio transmarinus ablatis intestinis et capite pedibusque ac cute, decoctus aeque et cibo sumptus, cocleae duae cum ovo, utraque cum putamine contrita atque in vase novo addito sale et passi cyathis duobus aut palmarum suco et aquae 56 cyathis tribus subfervefactis et in potu datis. prosunt et com- 10 bustae, ut cinis earum bibatur in vino addito resinae momento. 29, 112 cocleae nudae, de quibus diximus — in Africa maxime inveniuntur — utilissimae dysintericis, quinae combustae cum denarii dimidii pondere acaciae; ex eo cinere dantur coclearia bina in vino myrtite aut quolibet austero cum pari modo caldae. 15 57 quidam omnibus Africanis ita utuntur, alii totidem Africanas vel latas infundunt potius et, si maior fluctio sit, addunt acaciam fabae magnitudine. Senectus anguium dysinteriae et tenesmis in stagneo vase decoquitur cum rosaceo, vel si in alio, cum stagno inlinitur. ius ex gallinaceis isdem medetur, sed veteris 20 58 gallinacei vehementius salsum ius alvum ciet. Membrana gallinarum tosta et data in oleo ac sale coeliacorum dolores mulcet — abstinere autem frugibus ante et gallinam et hominem oportet — fimum columbinum tostum potumque. Caro palumbis in aceto decocta dysintericis et coeliacis medetur, turdus 25 inassatus cum myrti bacis dysintericis, item merulae, mel in quo apes sint inmortuae decoctum.

59 (20.) Gravissimum vitium a*l*vi ileos appellatur. huic resisti aiunt discerpti vespertilionis sanguine, etiam inlito ventre sub- 48 veniri. sistit alvum coclea sicut diximus in suspiriosis temperata, 30

---

1. defodere] *E.* fodere, *r.* 2. sciadicis, *ER.* iscidisci, *r.* 4. ea] *ego. om. C.* vetus] seu eius, *GV.* 5. ileo] R^2. hileo, *E.* illio, R^1. illic, *r.* et] et in, *GV.* vetere, GR^1V. 7. ac] *R.* ad, *r.* cutem, EV^2. aeque] que, *E.* 8. contritae, *E.* contra, *GV.* 11. ut] et, *GV.* bibantur, GR^1V. addito] *om.* GR^1V. 13. cum — 14. acaciae] *om.* GR^1V. 18. dysintericae, *C.* tenesmus, *GV.* tenesmos, *R.* 20. stagno] instagno, ER^2. idem, R^1V^2. id est, GV^1. 21. ius salvum, *E.* in salvum, *GV.* membra, *EGV.* 22. posta, GR^1V. mulcent, *C.* 23. abstineri, ER^2. 24. oporteat, *GRV.* tostum] totum, GR^1V. 26. medulae, *V.* medulle, *G.* 27. mortuae, GR^1V. 28. vitium] *E.* vulnus vitium, *r.* alvi ileos] *Ianus.* apuleius, R^1. apus, R^2. apii (apu, *E*) illi eos, *r.* hic, *E.* 29. aiunt discerpti] eos aiunt discerpti eos, GR^1V. ventre] *om.* GR^1V. 29. 30. subvenire resistit, *E.* 30. alvum] *E.* alvum primum, *r.*

item cinis earum quae vivae crematae sint potus ex vino austero,
gallinaceorum iocur assum aut ventriculi membrana quae abici
solet inveterata admixto papaveris suco — alii recentem torrent
ex vino bibendam — ius perdicium et per se ventriculus con- 60
5 tritus ex vino nigro, item palumbus ferus ex posca decoctus,
lien pecudis tostus et in vino tritus, fimum columbinum cum
melle inlitum, ossifragi venter arefactus et potus, his qui cibos
non conficiant utilissimus, vel si manu tantum teneant capientes
cibum. quidam adalligant ex hac causa, sed continuare non
10 debent, maciem enim facit. sistit et anatum masularum sanguis.
Inflationes discutit coclearum cibus, tormina lien ovium tostus 61
atque e vino potus, palumbus ferus ex posca decoctus, adips
otidis ex vino, cinis ibide sine pennis cremata potus. quod
praeterea traditur in torminibus mirum est, anate adposita ventri
15 transire morbum anatemque emori. Tormina et melle curantur 62
in quo sunt apes inmortuae decocto. coli vitium efficacissime
sanatur ave galerita assa in cibo sumpta. quidam in vase novo
cum plumis exuri iubent conterique in cinerem, bibi ex aqua
coclearibus ternis per quadriduum, quidam cor eius adalligari
20 femini, alii recens tepensque adhuc devorari. consularis Aspre- 63
natum domus est in qua alter e fratribus colo liberatus est ave
hac in sibo sumpta et corde eius armilla aurea incluso, alter
sacrificio quodam facto crudis laterculis ad formam camini atque,
ut sacrum peractum erat, obstructo sacello. Unum est ossifrago
25 intestinum mirabili natura omnia devorata conficienti. huius
partem extremam adalligatam prodesse contra colum constat.
Sunt occulti interaneorum morbi de quibus mirum proditur. 64
si catuli priusquam videant adplicentur triduo stomacho maxime
ac pectori et ex ore aegri suctum lactis accipiant, transire vim
30 morbi, postremo exanimari dissectisque palam fieri causas morbi,

---

1. qui, *E.* 2. membra, *GR¹V.* 3. solunt, *GR¹V.* admixti, *ER². om. R¹.* torrentem, *E.* 4. bibendam — 5. vino] *om. GV.* 5. item] *om. GV.* palumbis, *GR¹V.* 10. sistit] si sit, *GV.* 11. inflammationum, *GV.* inflamationum, *R¹.* distulit, *E¹.* disculit, *E².* 12. atips, *E.* adeps, *V².* 13. odis, *GR¹V.* 14. mirum] minus, *E.* 16. in] *om. GR¹V.* aemortuae decoctae, *GV.* emortuae decocte, *R¹.* 18. ex] et, *GV.* 19. coquifaribus, *GV.* quoque fratribus, *R¹.* coci coclearibus, *E.* cor] *om. GR¹V.* 20. devoratur, *C.* 22. sumptus, *GR¹V.* alteri, *GR¹V.* 23. crudas, *GR¹V.* 24. sacrum] *E.* sarificium, *r.* est] erat, *GR¹V.* 26. extrema adalligata, *E.* contra] *om. E.* 27. sunt] *om. GR¹V.* 28. stomachus, *GRV.* 29. pectori] *R².* ceptori, *E.* pectore, *r.* ora egris, *E.* suctum—30. fieri] *om. G.* 29. sucum, *EV.* 30. dissectique, *R¹V.* fieri] *Urlichs vind. 663.* fieri aegri (egri, *V*) *ERV.* morbi] *Ianus.* mori, *C.*

et humari debere eos obrutos terra. Magi quidem vespertilionis sanguine contacto ventre in totum annum caveri tradunt, aut per dolorem si quis aquam pedes *eluentem* haurire sustineat.

65 8. (21.) Murino fimo contra calculos inlinere ventrem prodest. Irenacei carnem iucundam esse aiunt, si capite percusso uno ictu interficiatur prius quam in se urinam reddat. haec caro ad hunc modum occisi stillicidia in vesica emendat, item suffitus ex eodem. quod si urinam in se reddiderit, eos qui carnem comederint stranguriae morbum contrahere traditur.

66 Iubent et vermes terrenos bibi ex vino aut passo ad comminuen-
48 dos calculos vel cocleas decoctas ut in suspiriosis, easdem exemptas testis tres tritasque in vini cyatho bibi, sequenti die duas, tertio die unam, ut stillicidia urinae emendent, testarum vero inanium cinerem ad calculos pellendos, item hydri iocur bibi vel scorpionum cinerem aut in pane sumi, vel si quis *VI* lo-
67 custas edit, lapillos qui in gallinaceorum vesica aut in palumbium ventriculo inveniantur conteri et potioni inspergi, item membranam e ventriculo gallinacei aridam vel, si recens sit, tosta*m*, fimum quoque palumbinum in faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicae, similiter plumarum cinerem palum-
68 bium ferorum ex aceto mulso et intestinorum ex his cinerem coclearibus tribus, e nido hirundinum *fim*um dilutum aqua calida, ossifragi ventrem arefactum, turturis fimum in mulso decoctum vel ipsius discoctae ius. turdos quoque edisse cum bacis myrti prodest urinae, cicadas tostas in patellis, milipedam oniscon bibisse et in vesicae doloribus decoctum agninorum pedum. Alvum ciet et gallinaceorum discoctorum ius et acria mollit, ciet et hirundinum fimum adiecto melle subditum.

69 (22.) Sedis vitiis efficacissima sunt oesypum — quidam

---

1. obrutus terrae (terrace, *G*) *GV*. 2. sanguinis, *GR*¹*V*. toto anno, *GR*¹*V*. 3. per dolorem] *E*. in dolore, *r*. pedes] *ego*. per pedes, *C*. eluentem] *ego*. fluentes, *ER*². fluentis, *r*. 4. calculos] *E*. culos, *R*². oculos, *r*. inline, *GR*¹*V*. 5. iucundo, *GV*. 6. ictu] *om*. *E*. 7. haec — 8. reddiderit] *om*. *E*. 7. occisi] *cod*. *Murb*. occisa, *d*. occisum, *r*. stillicidia] *d*. stillicia, *R*. stillicidi, *r*. vesicam, *RV*¹. vessicam, *r*. 9. ederint, *E*. 10. iuvant, *E*. vivi, *E*. 11. ut in] uti, *E*. 12. tres] *om*. *ER*². vino, *GR*¹*V*. 13. ut] *om*. *GR*¹*V*. stillicidium, *GV*. emendant, *GR*¹*V*. 14. cinere, *EGV*. appellandos, *E*. 15. in] *om*. *ER*². 15. 16. VI locustas] *ego*. ut locusta (lucusta, *E*) *C*. 16. in] *om*. *GR*¹*V*. vaesicae, *E*. versicae, *G*. vesicae, *R*. vessicae, *V*. 17. et potioni] *ER*² *in ras*. in potionum, *r*. 19. testa, *G*. tosta, *r*. 22. fimum] *ego*. grillum, *C*. dirutum, *GRV*. 24. turdis, *GR*¹*V*. 25. milipediam, *C*. 26. decocti, *E*.

adiciunt pomp*holyge*m et rosaceum — canini capitis cinis, senecta serpentis ex aceto, si r*h*agades sint, cinis fimi canini candidi cum rosaceo — aiunt inventum Aesculapii esse eodemque et verrucas efficacissime tolli — murini fimi cinis, adeps cycni, adeps bov*ae*. procidentia ibi sucus coclearum punctis evocatus inlitu repellit. adtritis medetur cinis muris silvatici cum melle, 70 fel irenacei cum vespertilionis cerebro et canino lacte, adeps anserinus cum cerebro et alumine et oesypo, fimum columbinum cum melle, condylomatis privatim araneus dempto capite pedibusque infricatus. Ne acria perurant, adeps anserinus cum cera Punica, cerussa, rosaceo, adeps cycni. hic et haemorroidas sanare dic*i*tur. *Isch*iadicis cocleas crudas tritas cum vino Amin- 71 neo et pipere potu prodesse dicunt, lacertam viridem in cibo ablatis pedibus, interaneis, capite, sic et stelionem adiectis huic papaveris nigri obolis tribus, ruptis, convulsis fel ovium cum lacte mulierum. Verendorum formicationibus verrucisque mede- 72 tur arietini pulmonis inassati sanies, ceteris vitiis vellerum eius vel sordidorum cinis ex aqua, sebum ex omento pecudis, praecipue a renibus, admixto pumicis cinere et sale, lana sucida ex aqua frigida, carnes pecudis combustae ex áqua, mulae ungularum cinis, dentis caballini contusi farina inspersa, testibus vero farina ex ossibus capitis sine carne tusis. si decidat testium alter, spumam coclearum inlitam in remedio esse tradunt. taetris ibi ulceribus et manantibus auxiliantur canini capitis 73 recentes cineres, cocleae parvae latae contritae ex aceto, senectus anguium ex aceto vel cinis eius, mel in quo apes sint inmortuae cum resina, cocleae nudae, quas in Africa gigni diximus, tritae 56

---

1. pompholygem] *Barb.* pompholium, *E.* pophilium, *R*[1]. pophoilium, *R*[2]. pompelium, *r.* cinis] cum, *E.* 2. ragades, *GR*[1]*V.* ragadade, *r.* 3. inventum] *d.* inventu, *ER*[2]. invento, *r.* 4. fimo, *GV.* 5. bove, *C.* evocatis, *EGV.* 6. illitu, *R.* inrita, *r.* depellit, *E.* 7. fel] vel, *E.* cerebro] *om. GR*[1]*V.* canino — adeps] *R*[2]. *om. r.* 8. anserinus — et] *om. E.* 9. condilomati, *E.* condylomatum, *R.* condilomatim, *r.* dempto capite] *ER*[2]. tota pside, *R*[1]. dempto (demto, *V*) ea psite, *r.* 10. agria, *GV.* perutant, *E.* 11. hic] hic et pipere, *GV.* 12. sanari, *GV.* dicitur] *Urlichs vind. 664.* dicuntur, *C.* sciadicis, *C.* 13. et pipere] *om. GR*[1]*V.* dicuntur, *GRV.* 15. felle, *GR*[1]*V.* 20. aquae, *G*[2]*V.* mule, *E.* mulsae, *GV.* 21. cibis, *GV*[2]. cibus, *V*[1]. contusis, *E.* 22. capitis] *R*[2]. capiti, *E.* cani vires capitis, *r.* carne tussis, *ER*[2]. carne (carnae, *V*) care tusi (tussis, *R*[1]) *r.* 24. tetris, *E.* taetrius, *G.* tetrius, *R.* laetrius, *V.* ubi, *E.* visceribus, *GRV.* et] *om. GR*[1]*V.* manantur, *GV.* manant, *R*[1]. 25. senectus — 26. aceto] *om. E.* 26. sint, *E.* 27. triatae, *GV.*

cum turis polline et ovorum albo. XXX die resolvunt; aliqui
74 pro ture bulbum admiscent. Hydrocelicis stelionis mire prodesse tradunt capite, pedibus, interaneis ademptis relicum corpus inassatum — in cibo id saepius datur — sicut ad urinae incontinentiam caninum adipem cum alumine sc*h*is*t*o fabae magitudine, cocleas Africanas cum sua carne et testa crematas poto cinere, anserum trium linguas inassatas in cibo. huius rei auctor est
75 Anaxilaus. panos aperit sebum pecudum cum sale tosto, murinum fimum admixto turis polline et sandaraca discutit, lacertae cinis et ipsa divisa inposita, item multipeda contrita admixta resina terebinthina ex parte tertia — quidam et sinopidem admiscent cocleae contusae, et per se cinis inanium coclearum cerae mixtus discussoriam vim habet — fimum columbarum per sese vel cum farina hordeacia aut avenacia inlitum. Cantharides mixtae calce panos scalpelli vice auferunt, inguinum tumorem cocleae minutae cum melle inlitae leniunt.

76 9. (23.) Varices ne nascantur, lacertae sanguine pueris crura ieiunis a ieiuno inlinuntur. podagras lenit oesypum cum lacte mulieris et cerussa, fimum pecudum quod liquidum reddunt, pulmones pecudum, fel arietis cum sebo, mures dissecti inpositi, sanguis mustelae cum plantagine inlitus et vivae combustae cinis ex aceto et rosaceo — penna inlinatur — vel si cera et rosaceum admisceatur, fel caninum ita ne manu attingatur, sed penna inlinatur, fimum gallinarum, vermium terrenorum cinis
77 cum melle ita ut tertio die solvantur. ali *e*um ex aqua inlinere malunt, ali ipsos — aceto m*acerant* cum mellis c*y*athis tribus — pedibus ante rosaceo perunctis. cocleae latae potae tollere dicuntur pedum et articulorum dolores. bibuntur autem binae in vino tritae. ea*e*dem inlinuntur cum he*l*xines herbae suco. quidam ex aceto intrivisse contenti sunt. sale quidam cum

---

1. die resolvunt] *R*². dierum (die, *E*) solvunt, *r*. 2. admixtum, *GR*¹*V*. stelliones, *E*. stellionis, *G*. 4. in cibo] *E*. cibi, *r*. 5. cum] *om*. *GR*¹*V*. scisso, *C*. tabae magnitudinem, *GV*. 8. panos] *E*. ad panos, *r*. cum] *om*. *R*¹*V*. 11. sinodem, *R*¹*V*. sivodem, *G*. 12. et] *om*. *GR*¹*V*. 14. cum] *om*. *GR*¹*V*. 15. mixtae] *E*. mixte, *R in ras*. mixtum, *r*. calce] caudae, *E*. 18. lenit oesopum, *ER*. lenti oesydum, *r*. 19. quod — 20. pecudum] *om*. *E*. 20. dissecti] *om*. *GR*¹*V*. inpositis, *GRV*. 22. *dist. ego*. penna] *G*. pinna, *R*¹*V*. si pinna (penna, *E*) *r*. 25. ali eum] *ego*. alium, *ER*². aliqui, *r*. 26. *dist. ego*. macerant] *ego*. mensuram, *V*. mensura, *r*. mellis ciatis, *E*. meles (melies, *R*²) iathis, *R*. melle sciatis, *r*. 29. eadem, *C*. exines, *R*. hexines, *r*. herbae, *G*. herba, *r*.

vipera cremata in olla nova saepius sumpto aiunt podagra liberari, utile esse et adipe viperino pedes perungui. et de milvo 78
adfirmant, si inveterato tritoque quantum tres digiti capiant bibatur ex aqua, aut si pedes sanguine *milvi vel columbarum*
5 *unguantur* cum urtica, vel pennis earum cum primum nascentur tritis cum urtica. quin et fimus earum articulorum doloribus inlinitur, item cinis mustelae aut coclearum, et cum amylo vel tragacantha. Incussos articulos aranei telae commodissime curant. sunt qui cinere earum uti malint sicut fimi columbini
10 cinere cum polenta et vino albo. articulis luxatis praesenta- 79
neum est sebum pecudis cum cinere e capillo mulierum. pernionibus quoque inponitur sebum pecudum cum alumine, canini capitis cinis aut fimi murini. quod si pura sint ulcera, cera addita ad cicatricem perducunt vel glirium crematorum
15 favilla ex oleo, item muris silvatici cum melle, vermium quoque terrenorum cum oleo vetere et cocleae quae nudae inveniuntur. ulcera omnia pedum sanat cinis earum quae vivae combustae 80
sint, fimi gallinacei cinis, exulcerationis columbini fimi ex oleo. adtritus calciamentorum veteris soli cinis, agninus pulmo et
20 arietis sanant, dentis caballini contusi farina privatim subluviem, lacertae viridis sanguis subtritus et hominum et iumentorum pedibus sublitus, clavos pedum urina muli mulaeve cum luto suo inlita, fimum ovium, iocur lacertae viridis vel sanguis flocco inpositus, vermes terreni ex oleo, stelionis caput cum viticis
25 pari modo tritum ex oleo, fimum columbinum decoctum ex aceto, verrucas omnium generum urina canis recens cum suo 81
luto inlita, fimi canini cinis cum cera, fimum ovium, sanguis recens murinus inlitus vel ipse mus divolsus, irenacei fel, caput lacertae vel sanguis vel cinis totius, membrana senectutis
30 anguium, fimum gallinaceum; oleo ac nitro cantharides cum

---

1. cremata] *Urlichs vind. 665.* crematus, *C.* 4. sanguine — 5. unguantur] *Urlichs vind. 666.* sanguinem, *C.* 6. fimum, *V.* eorum] *Ianus.* earum, *RV. om. E.* dolorum, *RV.* 8. tragantho, *E.* incusos, *R.* incussis, *V.* 9. cinerem, *E.* earum — 10. cinere] *om. R¹V.* 11. e] et, *R¹V.* 12. semen pediculum, *E.* 13. fimum, *E.* 14. cera] *om. R¹V.* glirium] *Hard.* grillium, *C.* 18. sunt, *R¹V.* gallinarum, *RV.* 19. ad (at, *R¹*) tribus, *R¹V.* soli] *C. Cf. l. 10, 143.* soleae crematae, *v.* soli — 20. arietis] *om. V.* 20. sana, *R¹.* sanat, *V.* dentibus, *C.* 21. sanguis — 23. viridis] *om. R¹.* 21. hominem, *E.* 22. pedibus] *ego.* pedes, *ER².* *om. r.* clavos — 23. inlita] *om. V.* 23. sanguis] *d.* sanguinis, *r.* 24. inponitur, *E.* cum] *om. RV.* 25. tritus, *RV.* 26. verrucarum, *C.* 27. fimi — cinis] fimi (fi, *V*) caninis, *R¹V.* 30. anguinum, *RV.* 30 sq. *dist. ego.* oleo] cum oleo, *R.* ac] et, *RV.* cantharidas, *C.*

uva taminia intritae exedunt, sed ita erosas aliis quae ad persananda ulcera demonstravimus curari oportet.

82 10. (24.) Nunc praevertemur ad ea quae totis corporibus metuenda sunt. Fel canis nigri masculi amuletum esse dicunt Magi domus totius suffitae eo purificataeve contra omnia mala medicamenta, item sanguinem canis respersis parietibus genitaleque eius sub limine ianuae defossum. minus mirentur hoc qui sciunt foedissimum animalium in quantum magnificent ricinum, quoniam uni nullus sit exitus saginae nec finis alia quam morte, diutius in fame viventi. septenis ita diebus durasse
83 tradunt, ad in satietate paucioribus dehiscere; hunc ex aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum. indicivum in augurio vitalium habent, nam si aeger ei respondeat qui intulerit a pedibus stanti interrogantique de morbo, spem vitae certam esse, moriturum nihil respondere. adiciunt ut evellatur ex aure
84 laeva canis cui non sit alius quam niger color. Nigidius fugere toto die canis conspectum eius qui e sue id animal evellerit scriptum reliquit. rursus Magi tradunt lymphatos sanguinis talpae adspersu resipiscere, eos vero qui a nocturnis diis Faunisque agitentur draconis lingua et oculis et felle intestinisque in vino et oleo decoctis ac sub diu nocte refrigeratis perunctionibus matutinis vespertinisque liberari.

85 (25.) Perfrictionibus remedio esse tradit Nicander amphisbaenam serpentem mortuam adalligatam vel pellem tantum eius, quin immo arbori quae caedatur adalligata non algere caedentis faciliusque sic caedere. ista sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens et ante cuculi cantum. aliud est cuculo miraculum: quo quis loco primum audiat alitem illam si dexter pes circumscribatur ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices ubicumque spargatur.

---

1. intrita, *C.* exeunt, *RV.* 6. sanguine, *ER.* respersus, *V.* parientibus, *E.* 6. 7. genitalique, *C.* 7. ianue, R^2. lanave, R^1V. defosso, *E.* 8. foedissimum] foedissimum sciunt (*om. E*) sumunt, *ER.* foedissimunt sciint sumunt, *V.* 9. sit] *om. E.* alia] aliqua, *E.* 10. bibenti, *E.* viventis, *r.* durasse] mirari, *E.* 11. hunc] sunt, *E.* 12. indicivum] *Urlichs vind. 669.* funditium, *C.* 13. si aeger] sic gerint, *V.* si egerint, *r.* qui] et qui, *C.* 16. furere, *RV.* 17. conspectu, *E.* 18. reliquerit, R^1V. 21. 22. perunctos, *RV.* 22. matutinis — 23. Perfrictionibus] *om.* R^1V. 23. perstrictionibus, *E.* 24. vel — 25. adalligata] *om.* R^1V. 25. cedentis, R^2. dentis, R^1V. 26. factusque, *V.* sic caedere] *ego.* sic cedere, *E.* succedere, *R.* succidere, *Vv.* ista] *ego.* ita, *E.* itaque, *r.* frigora, *RV.* 29. ac] *E.* a, *r.* id effodiatur] ut disfodiatur, *E.*

(26.) Paralysim caventibus pinguia glirium decoctorum et 86
soricum utilissima tradunt esse, milipedas ut in angina diximus 35
potas phthisim sentientibus, lacertam viridem decoctam in vini
sextariis tribus ad cyathum unum, singulis coclearibus sumptis
5 per dies donec convalescant, coclearum cinerem potum in vino,
(27.) comitialibus morbis oesypum cum murrae momento et vini 87
cyathis duobus dilutum magnitudine nucis abellanae, a balneo
potum, testiculos arietinos inveteratos tritosque dimidio denarii
pondere in aquae vel lactis asinini hemina. interdicitur vini
10 potus quinis diebus ante et postea. magnifice laudatur et 88
sanguis pecudum potus, item fel cum melle, praecipue agninum,
catulus lactens sumptus abscisso capite pedibusque ex vino et
murra, lichen mulae potus in oxymelite cyathis tribus, stelionis
transmarini cinis potus in aceto, tunicula stelionis, quam eodem
15 modo ut anguis exuit, in potu. quidam et ipsum harundine
exinteratum inveteratumque bibendum dederunt, alii in cibo
ligneis veribus inassatum. operae pretium est scire quomodo 89
praeripiatur, cum exuatur, membrana hiberna alias devoranti
eam, quoniam nullum animal fraudulentius invidere homini
20 tradunt, inde stelionum nomine in maledictum translato. ob-
servant cubile eius aestatibus — est autem in loricis ostiorum
fenestrarumque aut camaris sepulchrisve — ibi vere incipiente
fissis harundinibus textas opponunt casas quarum angustiis etiam
gaudet, eo facilius exuens circumdatum torporem. sed relicto
25 non potest remeare. nihil ei remedio in comitialibus morbis 90
praefertur. prodest et cerebrum mustelae inveteratum potum-
que et iocur eius, testiculi volvaeque aut ventriculus inveteratus
cum coriandro, ut diximus, item cinis, silvestris vero tota in 29, 60
cibo sumpta. eadem omnia praedicantur ex viverra. lacerta
30 viridis cum condimentis quae fastidium abstergeant, ablatis pe-
dibus et capite, coclearum cinis addito semine lini et urticae
cum melle unctu sanant. Magis placet draconis cauda in pelle 91

---

1. paralisin, R^1. paralesim, V. paralisima, E. paralisyma, R^2. decocti, R. decocta, V. 2. milipedas ut] *d.* millipedes ut, E. milipede sunt, r. 4. coclearibus] civitatibus coclearibus, R^1V. 9. aqua, E. aque, r. 13. mulae] *om.* E. 14. transmarinus, R^1V. tuniculam, E. tuniculas, V. 15. modo] modo tanto, R^1V. in potu] pota, ER^2. harundinem, EV. 18. exuerit, R^1V. 18. 19. devorati iam, R^1V. 19. invideri, R^1V. homini] *om.* E. 20. nemine, R^1V. in maledictum] tradunt in maledictum, ER^2. tradunt in male, r. 21. locis, E. 23. testas, R^1V. casas] quassas, C. 24. corpore, E. sed relicto] derelicto, ER^2. 27. testiculi] *om.* V. volveque, ER^2. quoiquaraque, r. 31. et capite] E. ac (a, R^2) capile, r. 32. linctu, V.

dorcadis adalligata cervinis nervis vel lapilli e ventre hirundinum pullorum sinistro lacerto adnexi. dicuntur enim excluso pullo lapillum dare. quod si pullus is detur in cibo, quem primum pepererit, cum quis primum temptatus sit, liberatur eo malo. postea medetur hirundinum sanguis cum ture vel cor recens devoratum. quin et e nido earum lapillus inpositus recreare
92 dicitur confestim et adalligatus in perpetuum tueri. praedicatur et iocur milvi devoratum et senectus serpentium, iocur vulturis tritum cum suo sanguine ter septenis diebus potum, cor pulli vulturini adalligatum. sed et ipsum vulturem in cibo dari iubent et quidem satiatum humano cadavere. quidam pectus eius bibendum censent in cerrino calice, aut testes gallinacei ex aqua et lacte, antecedente quinque dierum abstinentia vini, ob id inveteratos. fuere et qui viginti unam muscas rufas, et quidem a mortuo, in potu darent, infirmioribus pauciores.

93 11. (28.) Morbo regio resistunt sordes aurium aut mammarum pecudis denarii pondere cum murrae momento et vini cyathis duobus, canini capitis cinis in mulso, multipeda in vini hemina, vermes terreni in aceto mulso cum murra, gallina, si sit luteis pedibus, prius aqua purificatis, dein collutis vino quod
94 bibatur, cerebrum perdicis aut aquilae in vini cyathis tribus, cinis plumarum aut interaneorum palumbis in mulso ad coclearia tria, passerum cinis sarmentis crematorum coclearibus duobus in aqua mulsa. Avis icterus vocatur a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt et avem mori. hanc puto Latine vocari galgulum.

95 (29.) Phreneticis prodesse videtur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. nam muris cerebrum dare potui ex aqua aut cinerem mustelae vel etiam inveteratas carnes irenacei quis possit furenti, etiamsi certa sit medicina? bubonis quidem oculorum cinerem inter ea quibus prodigiose vitam ludificantur acceperim, praecipueque febrium medicina placitis eorum re-
96 nuntiat. namque et in duodecim signa digessere eam sole transmeante iterumque luna, quod totum abdicandum paucis

---

1. cervinis] acervicis, R^1. acervinis, R^2V. 2. lacerto] *om.* *E.* 3. capillum, *RV.* in cibo] incipiente in cibo, ER^2. primum] prius, R^1V. 4. pepererit — primum] *om.* R^1V. primus, *E.* 6. quin et e] qui de, *E.* quin et, *V.* 7. et] *om.* *E.* 12. cerino, *C.* 14. inveteratae, *E.* inveterate, *r.* 15. a] *om.* R^1V. potum, *RV.* 16. morbos regios, *RV.* 19. mulso] cum mulso, R^1V. 24. icteris, *V.* isteris, R^1. vocatus, R^1V. sanare, R^1V. 25. galgulaim, *E.* gagulgulum, *V.* 28. vel] verum, *E.* 29. certa sit] forte, R^1V. quidem] certe, *E.* 31. medicinam, *E.* 32. duodecim] *E.* XII, R^2. *om.* *r.* 33. abdicatum, *RV.*

exemplis docebo, siquidem crematis tritisque cum oleo perungui iubent aegros, cum geminos transit sol, cristis et auribus et unguibus gallinaceorum, si luna, radis barbisque eorum, si 97
virginem alteruter, hordei granis, si sagittarium, vespertilionis
5 alis, si leonem luna, tamaricis fronde, et adiciunt sativae, si aquarium, e buxo carbonibus tritis. ex istis confessa aut certe verisimilia ponemus, sicuti lethargum olfactoriis excitari et inter ea fortassis mustelae testiculis inveteratum aut iocinere usto. his quoque pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari
10 putant utile.

(30.) In quartanis medicina clinice propemodum nihil 98
pollet. quamobrem plura eorum remedia ponemus primumque ea quae adalligari iubent: pulverem in quo se accipiter volutaverit lino rutilo in linteolo, canis nigri dentem longissimum.
15 pseudosp*h*ec*e*m vocant vespam quae singularis volitat, hanc sinistra manu adprehensam subnectunt, alii vero quam quis eo anno viderit primam, viperae caput abscissum in linteolo vel cor viventi exemptum, muris rostellum auriculasque summas 99
russeo panno ipsumque dimittunt, lacertae vivae dextrum oculum
20 effossum, m*uscam* capite suo deciso in pellicula caprina, scarabaeum qui pilulas volvit. propter hunc Aegypti magna pars scarabaeos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat Solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suae ritus. sed et ali*um* adalligant Magi cui 100
25 sunt cornicula reflexa, sinistra manu collectum. tertium, qui vocatur fullo, albis guttis, dissectum utrique lacerto adalligant, cetera sinistro, cor anguium sinistra manu exemptum viventibus, scorpionis caudae quattuor articulos cum aculeo, panno nigro, ita ut nec scorpionem dimissum nec eum qui adalligaverit videat
30 aeger triduo, post tertium circuitum id condat. erucam in 101
linteolo ter lino circumdant totidem nodis ad singulos dicente quare faciat qui medebitur, limacem in pellicula vel quattuor

---

1. exemplis] exemplaribus, *E*. e pluribus, *r*. edocebo, *RV*. 2. transeunt, *R*¹*V*. 3. radiis, *R*². diis, *R*¹*V*. barbarisque, *R*¹*V*. 5. diciunt, *V*. ditunt, *R*¹. 7. sicuti] *V*. sicut et, *r*. et] *om*. *ER*². 12. earum, *RV*. 13. alligari, *RV*. in quo] ubi, *R*¹*V*. 15. pseudospen, *E*. pseudospercen, *R*. pseodospecen, *V*. vesperam, *R*¹*V*. 17. abscisum, *RV*. 18. viventis, *ER*². 19. pannum, *RV*. viduae, *E*. 20. muscam] *Urlichs vind. 670*. mox cum, *C*. 21. pilas, *R*¹*V*. 22. lumina, *RV*. 23. hunc, *C*. 24. alios, *C*. 26. guttis] *om*. *E*. 27. sinistra, *RV*. 29. viderat, *RV*. 30. erucam] *R*². uracam, *R*¹. urucam, *V*. uricam, *a*. 32. limacem] *E*. limacum capita, *r*. pelliculam, *E*.

limacum capita praecisa harundine, multipedam lanae involutam, vermiculos ex quibus tabani fiunt, antequam pennas germinent, alios e spinosis frutectis lanuginosos. quidam ex illis quaternos
102 inclusos iuglandis nucis putamine adalligant. cocleas quae nudae inveniuntur, stelionem inclus*os* capsulis subiciunt capiti et sub decessu febris emittunt. devorari autem iubent cor mergi marini sine ferro exemptum inveteratumque conteri et in calida aqua bibi, hirundinum corda cum melle, alii fimum drachma una in lactis caprini vel ovilli vel pass*i* cyathis tribus ante accessiones,
103 sunt qui totas censeant devorandas. aspidis cutem pondere sexta parte denarii cum piperis pari modo Parthorum gentes in remedium quartanae bibunt. Chrysippus philosophus tradidit phryganion adalligatum remedio esse quartanis. quod esset animal neque ille descripsit nec nos invenimus qui novisset. demonstrandum tamen fuit a tam gravi auctore dictum, si cuius cura efficacior esset inquirendi. cornicis carnes esse et nidum
104 inlinere in longis morbis utilissimum putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi, quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso in splen*i*olo resinae ceraeque inposita utrisque temporibus et fronti prosit, aut ipse calamo adalligatus, qualiter et aliis febribus prodesse traditur, item lacerta viridis adalligata viva in eo vase quod capiat, quo genere et recidivas frequenter abigi adfirmant.

105 (31.) Hydropicis oes*y*pum ex vino addita murra modice potui datur, nucis abellanae magnitudine. aliqui addunt et anserinum adipem ex vino myrteo. sordes ab uberibus ovium eundem effectum habent, item carnes inveteratae irenacei sumptae. vomitus quoque canum inlitus ventri aquam trahere promittitur.

106 12. (32.) Igni sacro medetur oes*y*pum cum pompholyge et rosaceo, ricini sanguis, vermes terreni ex aceto inliti, grillus contritus in manibus — quo genere praestat ut qui id fecerit,

---

1. lana, *E*. lane, *R*. 2. tabam fluunt, *E*. germinant, R^1V. 4 sqq. *dist. ego*. 5. inveniunt, *E*. inclusos] *ego*. inclusum, *d*. incluserant, *r* 6. demorari, R^1V. 7. aqua — 8. corda] *E*. *om*. *r*. 9. passo, ER^2. asso, *r*. 13. phriganion, *E*. phryganum, *R*. phrigranion, *V*. adalligandum, *E*. 16. inquirendus, R^2. inquerendus, R^1V. et] *om*. R^1V. nitrum, *R*(?)*v*. 17. longissimis, *E*. 18. experienda, R^1V. miserias copia] miseria, *E*. delectat] *d*. deiecta, *r*. 19. dela, *E*. in] *om*. *E*. spleniolo] *Ianus*. splene (spiene, *E*) toto, *C*. 20. utriusque, *E*. 23. frequentes, *EV*. 24. oesopum, ER^2. hysopum, *r*. 30. oesopum, ER^2. pro hysopum, *r*. cum] *om*. R^1V. 32. quod, *E*. qui id] R^2. quid, *r*.

antequam incipiat vitium, toto eo anno *non* acci*pi*at; oportet autem eum ferro cum terra cavernae suae tolli — anseris adeps, viperae caput aridum adservatum et combustum, dein ex aceto inpositum, senectus serpentium ex aqua inlita a balneo cum
5 bitumine et sebo agnino.

(33.) Carbunculus fimo columbino a*b*oletur per se inlito 107
vel cum lini semine ex aceto mulso, item apibus quae in melle sint mortuae inpositis polentaque inspersa. si in verendis sit ceterisque ibi ulceribus occurrit ex melle oesypum cum plumbi
10 squamis, item fimum pecudum incipientibus carbunculis. tubera et quaecumque molliri opus sit efficacissime anserino adipe curantur, idem praestat et gruum adeps.

(34.) Furunculis mederi dicitur araneus priusquam *stamen* 108
netur inpositus et tertio die solutus, mus araneus pendens
15 enecatus sic ut terram ne postea attingat, ter circumlatus furunculo, totiens expuentibus medente et cui *i*s medebitur, ex gallinaceo fimo quod est rufum maxime recens inlitum ex aceto, ventriculus ciconiae ex vino decoctus, muscae inpari numero infricatae digito medico, sordes ex pecudum auriculis, sebum
20 ovium vetus cum cinere capilli mulierum, sebum arietis cum cinere pumicis et salis pari pondere.

(35.) Ambustis canini capitis cinis medetur, item glirium 109
cum oleo, fimum ovium cum cera, murium cinis, coclearum quoque sic ut ne cicatrix quidem appareat, adips viperinus, fimi
25 columbini cinis ex oleo inlitus, (36.) nervorum nodis capitis 110
viperini cinis in oleo cyprino, terreni vermes cum melle inliti. dolores eorum amphisbaena mortua adalligata, adips vulturinus cum ventre arefactus tritusque cum adipe suillo inveterato, cinis
30 e capite bubonis in mulso potus cum lili radice, si Magis credimus. In contractione nervorum caro palumbina in cibis prodest et inveterata, irenacei spasticis, item mustelae cinis — serpentium senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri

---

1. eo] *E. om. R.* non] *Ianus. om. C.* accipiat] *ego.* accidat, *C.* 6. adoletur, *C.* 7. ex] et, *E.* 8. sunt, *ER*². inspersa] *ego.* inposita inspersa, *C.* si] *E. om. r.* sit] *E. om. r.* 9. oesopum, *ER*². esipum, *R*¹. 11. sit] est, *R*¹*V.* 13. 14. stamen netur] *ego.* nominetur, *C.* 14. inpositus] *R*²*a.* et positus, *r.* 15. ne] et, *a.* circumdatus, *R*²*a.* 16. cui is] cui, *a.* cuius, *r.* 22. ambustis] *a.* ambusta, *R*². Lambusta, *r.* 23. cum oleo] oleo, *R*¹*V.* murtum, *Va.* mustum, *R*¹. 25. nodis] *codd. det.* nodus, *R*². nodos, *a.* modis, *r.* 26. cypreo, *V.* 27. eorum] *a.* eorum adips, *r.* 28. contritusque, *R* (?). inveteratos, *RV.* 29. illi, *R*¹*V.*

prohibet — opisthotonicis milvi iocur aridum tribus obolis in aquae mulsae cyathis tribus potum.

111 (37.) Reduvias et quae in digitis nascuntur pterygia tollunt canini capitis cinis aut vulva decocta in oleo, superinlito butyro ovillo cum melle, item folliculus cuiuslibet animalium fellis, unguium scabritiam cantharides cum pice tertio die solutae aut locustae frictae cum sebo hircino, pecudum sebum. aliqui miscent viscum et porcillacam, alii aeris florem et viscum ita ut tertio die solvant.

112 13. (38.) Sanguinem sistit in naribus sebum ex omento pecudum inditum, item coagulum ex aqua, maxime agninum subductum vel infusum, etiam si alia non prosint, adips anserinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus, coclearum
101 terrena, sed et ipsae extractae testis, e naribus fluentem cocleae contritae fronti inlitae, aranei telae, gallinacei cerebellum vel sanguis profluvia ex cerebro, item columbinus ob id servatus concretusque. si vero ex vulnere inmodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis inpositus mire sistit.

113 (39.) Ulceribus medetur oesypum cum hordei cinere et aerugine aequis partibus, ad carcinomata quoque ac serpentia valet. erodit et ulcerum margines, carnesque exscrescentis ad aequalitatem redigit. explet quoque et ad cicatricem perducit. magna vis et in cinere pecudum fimi ad carcinomata, addito nitro, aut in cinere ex ossibus feminum agninorum, praecipue in his ulceribus quae cicatricem non trahunt, magna et pul-
monibus, praecipue arietum — carnes excrescentis in ulceribus
114 ad aequalitatem efficacissime reducunt; fimo quoque ipso ovium sub testo calefacto et subacto tumor vulnerum sedatur, fistulae purgantur sananturque, item epinyctides — summa vero in canini capitis cinere: excrescentia omnia spodi vice erodit ac persanat. et murino fimo eroduntur, item mustelae fimi cinere. duritias in alto ulcerum et carcinomata persequitur multipeda trita admixta resina terebinthina et sinopide. eadem utilissima sunt

---

1. prohibent, *R*¹*V*. aridum] dandum, *a*. 4. vulvia, *RV*. uliva, *a*. 6. scabritium, *a*. excabriciam, *r*. 7. frictae] *a*. frutae, *R*². *om*. *r*. 8. et—et viscum] *R*²*a*. *om*. *r*. 14. terrenarum, *R*¹*V*. 15. tela, *a*. 16. *dist. Urlichs vind. 674*. ob id] ovi, *R*². ovi de, *a*. 18. crematio cinis, *a*. crematione, *V*. 19. vulneribus, *a*. ysopum, *a*. 21. erodit et] erodet, *R*¹*V*. 22. et ad] ad, *V*. a, *R*. 25. trahant, *a*. 26. praecipue] quoque, *a*. excrescentibus, *R*¹*V*. 28. subiecto, *R*¹. subtecto, *V*. 30. vice] *R ex corr*. *a*. vis, *V*. ac] e, *V*. *om*. *R*(?). 31. duricia, *R*¹. duritia, *V*. 32. alto] *ad*. adultero, *r*. 33. admixta] ad maxima, *a*.

in his ulceribus quae vermibus periclitentur. Quin et vermium 115
ipsorum genera mirandos usus habent. cosses qui in ligno
nascuntur sanant ulcera omnia, nomas vero combusti cum pari
pondere anesi ex oleo inliti. vulnera recentia conglutinant
5 terreni adeo ut nervos quoque abscisos inlitis solidari intra
septimum diem persuasum sit, itaque in melle servandos censent.
cinis eorum margines ulcerum durioris absumit cum pice liquida
vel symphyto et melle. quidam arefactis in sole ad vulnera ex 116
aceto utuntur nec solvunt nisi biduo intermisso. eadem ratione
10 et coclearum terrena prosunt, totaeque exemptae recentia vul-
nera tusae inpositae conglutinant et nomas sistunt. herpes
quoque animal a Graecis vocatur quo praecipue sanantur quae-
cumque serpunt. cocleae quoque prosunt eis cum testis suis
tusae, cum murra quidem et ture etiam praecisos nervos sanare
15 dicuntur. draconum quoque adeps siccatus in sole magnopere 117
prodest, item gallinacei cerebrum recentibus plagis. sale viperino
in cibo sumpto tradunt et ulcera tractabiliora fieri ac celerius
sanari. Antonius quidem medicus cum incidisset insanabilia
ulcera, viperas edendas dabat miraque celeritate persanabat.
20 trixallidum cinis margines ulcerum duros aufert cum melle, item
fimi columbini cinis cum arrhenico et melle ea quae erodenda
sunt. bubonis cerebrum cum adipe anserino mire vulnera dicitur 118
glutinare, quae vero vocantur cacoethe cinis feminum arietis cum
lacte muliebri, diligenter prius elutis linteolis, ulula avis cocta
25 in oleo, cui liquato miscetur butyrum ovillum et mel. ulcerum
labra duriora apes in melle mortuae emolliunt, et elephantiasin
sanguis et cinis mustelae. verberum vulnera atque vibices pel-
libus ovium recentibus inpositis obliterantur.

(40.) Articulorum fracturis cinis feminum pecudis pecu- 119
30 liariter medetur cum cera — efficacius idem medicamentum
fit maxillis simul ustis cornuque cervino et cera mollita rosaceo
— ossibus fractis caninum cerebrum linteolo inlito, superpositis
lanis quae subinde subfundantur, fere XIIII diebus solidat, nec

---

1. qui, *V*. q, *R*¹. 4. anexi, *R*¹*V*. 6. persuasum] *a*. persuasio, *r*. 7. adsumit, *V*. assumit, *a*. quida—8. melle] *om*. *a*. 8. symphyto et] *Ianus*. simpolo et, *R*¹*V*. *om*. *R*². 9. nec] *a d*. ne, *r*. ibiduo, *V*. qui duo, *R*². 10. terrenarum sunt, *R*¹*V*. 11. tusam, *R*¹*V*. 12. vocantur, *R*¹*V*. 12. 13. cumque, *R*¹*V*. 13. quoque] *om*. *a*. eis] et, *R*¹*V*. 18. incidissent, *RV*. 19. ulcera viperis emendas, *R*¹*V*. vipera ulcera sedendas (sedandas, *a*) *r*. persanat, *R*¹*V*. 20. aufert] *d*. aut ferri, *V*. auferri, *r*. 21. cinis] *om*. *R*¹*V*. ea] eadem, *C*. 23. vero] *om*. *R*¹*V*. 24. mulieris, *a*. 25. ulcerum] et ulcerum, *R*¹. et ulcerarum, *V*.

tardius cinis silvestris muris cum melle aut vermium terrenorum, qui et ossa extrahit.

120 (41.) Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, praecipue ex ariete, sebum ex nitro, lacertae viridis cinis, vernatio anguium ex vino decocta, fimum columbinum cum melle, item vitiligines albas ex vino, vitiliginem et cantharides cum rutae foliorum duabus partibus. in sole, donec formicet cutis, tolerandae sunt, postea fovere oleoque perunguere necessarium iterumque inlinire, idque pluribus diebus facere, caventes exulceratio-
121 nem altam. ad easdem vitiligines et muscas inlini iubent cum radice eupatoriae, gallinarum fimi candidum servatum in oleo vetere cornea pyxide, vespertilionis sanguinem, fel irenacei ex aqua. scabiem vero bubonis cerebrum cum aphronitro, sed ante omnia sanguis caninus sedant, pruritum cocleae minutae latae contritae inlitae.

122 (42.) Harundines et tela quaeque alia extrahenda sunt corpori evocat mus dissectus inpositus, praecipue vero lacerta dissecta, et vel caput tantum eius contusum cum sale inpositum, cocleae ex his quae gregatim folia sectantur contusae inpositaeque *cum* testis et eae quae manduntur exemptae testis, sed cum leporis coagulo efficacissime ossa anguium. eadem cum coagulo cuiuscumque quadripedis intra tertium diem adprobant effectum. laudantur et cantharides tritae cum farina hordei.

123 14. (43.) In muliebribus malis membranae e partu ovium
28, 256 proficiunt, sicut in capris rettulimus. fimum quoque pecudum eosdem usus habet. locustarum suffitu stranguriae maxume mulierum iuvantur. gallinaceorum testes *si* subinde a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur. partus conceptos hystricum cinis potus continet, maturat caninum lacte potum, evocat membrana e secundis canum, si terram non attigerit
124 lumbis parturientium *t*actis. fimum murinum aqua pluvia dilutum mammas mulierum a partu tumentes reficit. cinis irenaceorum cum oleo perunctarum custodit partus contra abortus. facilius enituntur quae anserinum cum aquae duobus cyathis sorbuere,

---

7. duobus, *EV*. 10. multam, *ER*². muscam, *RV*. 11. eupatoriae] *Sillig*. lupatoria, *C*. 14. sedat, *R*¹*V*. latae] *om*. *R*¹*V*. 18. tantum] *E*. et antum (ante, *R*¹) *r*. contusa, *R*¹. cum tusa, *V*. 20. cum] *om*. *C*. eae] *d*. hec, *V*. haec, *r*. 21. *dist*. *ego*. anguidum, *E*. 24. e] *V*. ex, *R*¹. *om*. *r*. 27. si] *om*. *C*. 28. conceptus, *EV*. 31. *dist*. *ego*. tactis] *ego*. potus lactis, *R*(?)*v*. lactis, *r*. aqua] quoque, *R*¹*V*. pluvium, *E*. 34. quae] *ego*. quae cum, *C*. aquae] que, *R*¹*V*.

aut ex ventriculo mustelino per genitale effluentes aquas. Vermes 125
terreni inliti ne cervicis scapularumque nervi doleant praestant.
gravis secundas pellunt in passo poti. idem per se inpositi
mammarum suppurationes concocunt et aperiunt extrahuntque
5 et ad cicatricem perducunt. lac evocant poti cum mulso.
inveniuntur et in gramine vermiculi qui adalligati collo continent
partum, detrahuntur autem sub partu, alias eniti non patiuntur.
cavendum et ne in terra ponantur. conceptus quoque causa
dantur in potu quini aut septeni. cocleae in cibo sumptae 126
10 adcelerant partum, item conceptum inpositae cum croco. eaedem
ex amylo et tragacantha inlitae profluvia sistunt. prosunt et
purgationibus sumptae in cibo et vulvam aversam corrigunt cum
medulla cervina ita ut uni cocleae denarii pondus addatur et
cypri. inflationes quoque vulvarum discutiunt exemptae testis
15 tritae cum rosaceo. ad haec Astypalaeicae maxime eliguntur.
alio modo Africanae binae tritae cum feni Graeci quod tribus 127
digitis capiatur, addito melle coclearibus quattuor, inlinuntur
alvo prius irino suco perunctae. sunt et minutae longaeque
candidae cocleae passim oberrantes. hae arefactae sole in tegulis
20 tusaeque in farina*m* miscentur lomento aequis partibus can-
doremque et levorem corpori adferunt. scabendi desideria tollunt
minutae et latae cum polenta. Viperam mulier praegnans si 128
transcenderit, abortum faciet, item amphisbaenam, mortuam
dumtaxat, nam vivam habentes in pyxide inpune transeunt, etiam
25 si mortua sit atque adservata. partus faciles praestat vel mortua.
mirum, *si* sine adservata transcenderit gravida, innoxium fieri,
si protinus transcendat adservatam. Anguis inveterati suffitu
menstrua adiuvant.

(44.) Anguium senectus adalligata lumbis faciliores partus 129
30 facit, protinus a puerperio removenda. dant et in vino bibendam
cum ture, aliter sumpta abortum facit. baculum quo angui rana

---

1. utriculo, *R*. viriculo, *V*. genitalem, *EV*. effluentem, *ER*. 2. ne] in, *E*. cervicis] *d*. cervices, *r*. 3. gravidis, *ER*². 5. lac devocant, *ER*². lac (late, *V*) vocant, *r*. 6. in gramine] *om*. *R*¹*V*. mertuli, *R*¹. merculi, *V*. 7. detrahunt, *V*. autem] una iste, *R*¹*V*. 8. et] ei, *E*. 10. eadem, *C*. 11. profluvie, *RV*. 13. vini, *E*. 14. ospri, *RV*. 15. ad] ut, *R*¹*V*. he, *R*¹. hec, *R*². hae, *V*. 17. additis, *E*. 18. suco] super, *R*¹*V*. minute, *R*². minime, *R*¹*V*. loricae que (quae, *V*) *RV*. 19. candidae] *om*. *R*¹*V*. observantes, *R*¹*V*. factae, *E*. 20. farinae, *V*. farina, *r*. 21. livorem, *E*. 22. lotae, *E*. 25. si] *d*. *om*. *r*. 26. si sine] *Brot*. si non, *R*. sine, *r*. adservatam, *R*. 27. inveterate, *R*¹*V*. 31. iure, *R*¹*V*. sumpserit, *R*¹*V*.

excussa sit parturientes adiuvat, trixallidum cinis inlitus cum
melle purgationes, item araneus qui filum deducit ex alto. capi
debet manu cava tritusque admoveri, quod si redeuntem pren-
130 derit, inhibebit idem purgationes. Lapis aetites in aquilae
repertus nido custodit partus contra omnis abortuum insidias. 5
penna vulturina subiecta pedibus adiuvat parturientes. ovum
corvi cavendum gravidis constat, quoniam transgressis abortum
per os faciat. fimum accipitris in mulso potum videtur fecundas
facere. vulvarum duritias, collectiones adeps anseris aut ciconiae
mollit. 10

131 (45.) Mammas a partu custodit adeps anseris cum rosaceo
et araneo. Phryges et Lycaones mammis puerperio vexatis
invenerunt otidum adipem utilem esse. his quae vulva stran-
gulentur et blattas inlinunt. ovorum perdicis putaminum cinis
cadmiae mixtus et cerae stantes mammas servat. putant et ter 15
circumductas ovo perdicis aut *otidis* non inclinari et, si sor-
beantur eadem, fecunditatem facere, lactis quoque copiam, cum
anserino adipe perunctis mammis dolores minuere, molas uteri
rumpere, scabiem vulvarum sedare, si cum cimice trito inlinantur.

132 (46.) Vespertilionum sanguis psilotri vim habet, sed alis 20
puerorum inlitus non satis proficit nisi aerugo vel cicutae semen
postea inducatur. sic enim aut in totum tolluntur pili aut non
excedunt lanuginem. idem et cerebro eorum profici putant.
est autem duplex, rubens utique et candidum. aliqui sanguinem
133 et iocur eiusdem admiscent. quidam in tribus heminis olei 25
discocunt viperam, exemptis ossibus psilotri vice utuntur evolsis
prius pilis quos renasci nolunt. fel irenacei psilotrum est, utique
mixto vespertilionis cerebro et lacte caprino, item per se cinis.
lacte canis primi partus evolsis pilis vel nondum natis
134 perunctae partes alios non sufficiunt. idem evenire traditur 30
sanguine ricini evulsi cani, item hirundinino sanguine vel felle,

---

2. capite, *RV*. 3. tribusque, R^1V. 3. 4. prenderet, R^1V. 5. abortium, *E*. abortum, *V*. 6. parturientibus, R^1V. 7. transgressus, *E*. 8. per os] per eros, *R*. asperos, *E*. 9. 10. ciconiae mollit] *E*. cient (cigni, R^2) emollit, *r*. 11. a] *om*. R^1V. 12. mammas, *R*. mammes, *V*. 14. blatias, *V*. ablacies, R^1. blates, R^2. 15. servant, *C*. 16. aut] *om*. ER^2. otidis] *Urlichs vind. 678. om. C*. 19. tumper, *E*. sedari, *RV*. cinere, R^1V. 20. aliis, ER^2. 21. proficiunt, *E*. 22. aut non] *E*. non, *r*. 23. excidunt lanugine, *E*. eorum] eodem, R^1V. 24. est] si, R^1V. itaque, *C*. 26. discocturi, *E*. 28. mixtum, R^2. mixtum est, R^1V. 29. partus] parae, R^1V. pilis] *E*. pilis quos renasci nolunt, *rv*. 30. ale, *V*. alii, *r*. item, R^1V. 31. canis, V^2. cinis, V^1. *om*. *R*.

ovis formicarum. 15. Supercilia denigrari muscis tritis tradunt, si vero oculi nigri nascentium placeant, soricem praegnanti edendum, capilli ne canescant vermium terrenorum cinere praestari admixto oleo.

(47.) Infantibus qui lacte concreto vexantur praesidio est 135
agninum coagulum ex aqua potum, aut si hoc vitium coagulato lacte acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. ad dentitionem cerebrum pecoris utilissimum est. ossibus in canino fimo inventis adustio infantium quae vocatur siriasis adalligatis emendatur, rames infantium lacertae viridis admotae dormientibus morsu. postea harundini inligata suspenditur in fumo, tradunt- 136
que pariter cum expirante ea sanari infantem. coclearum saliva inlita infantium oculis palpebras corrigit gignitque. ramitosis coclearum cinis cum ture ex ovi albo suco inlitus per dies XXX medetur. inveniuntur in corniculis coclearum harenaceae duritiae, hae dentitionem facile*m* praestant adalligatae. coclearum inanium cinis cerae mixtus procidentium interaneorum partes extremas prohibet. oportet autem cineri misceri saniem. punctis 137
emissum cerebrum viperae inligatum pelliculae dentitiones adiuvat. idem valent et grandissimi dentes serpentium. fimum corvi lana adalligatum infantium tussi medetur. vix est serio conplecti quaedam, non omittenda tamen, quia sunt prodita. ramiti infantium lacerta mederi iubent. marem hanc prendi, id intellegi e*o* quod sub cauda unam cavernam habeat, id agendum 138
ut per aurum et argentum et ostrum mordeat vitium, tum in calice novo inligatu*m* in fumo poni. urina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. scarabaeorum cornua grandia denticulata adalligata is amuleti naturam obtinent. Bovae capiti 139
lapillum inesse tradunt, quem ab ea expui, si necem timeat, inopinantis praeciso capite exemptum adalligatumque mire

---

1. *dist. ego.* 6. hoc vitium] *E. om. r.* coagulatio, *RV.* 7. lactis, *R.* 10. admoti, *RV.* 11. inligatae, *R.* inligate, *r.* suspenditur] *codd. Gel.* suspenduntur, *C.* 12. expirante] *om.* R^1V. 14. ex ovi] *E.* et ex ovis (ovi R^2) *r.* alvo, *V.* alvi, *E.* 15. in] *om.* R^1V. harenaceae — 16. coclearum] *om. E.* 16. facile, *RV.* 18. *dist. ego.* 19. emissum cerebro vipaere, *E.* emisseam cerebrum vipere, *V.* emissam e cerebro viperae; cerebrum viperae, *Rv.* inligatum] illo cum, R^1V. 19. 20. adiuvant, *E.* 20. grandissimi] grano, R^1V. 23. id] *om.* R^1V. 24. eo quod sub] *ego.* et quod sub, ER^2. *om. r.* habeant, *C.* 25. ut] aut, *E.* aurum] aturum, R^1V. clostrum, ER^2. closirum, R^1. dosirum, *V.* tum] *om. E.* 26. novo] *om.* R^1V. inligatum] *Urlichs vind. 680.* inligatur, *C.* urinam, *EV.* 28. obtinet, *EV.* 30. inopinantem, R^1V. mirum, *E.*

prodesse dentitioni. item cerebrum eiusdem ad eundem usum adalligari iubent et limacis lapillum sive ossiculum; invenitur in dorso. magnifice iuvat et ovis cerebrum gingivis inlitum sicut aures adeps anserinus cum ocimi suco inpositus. sunt vermiculi in spinosis herbis asperi, lanuginosi, hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus, si quid ex cibo haereat.

140 (48.) Somnos adlicit oesypum cum murrae momento in vini cyathis duobus dilutum, vel cum adipe anserino et vino myrtite, avis cuculus leporina pelle adalligatus, ardiolae rostrum in pelle asinina fronti adalligatum. putant et per se rostrum effectus eiusdem esse vino collutum. e diverso somnum arcet vespertilionis caput aridum adalligatum.

141 (49.) In urina virili enecata lacerta venerem eius qui fecerit cohibet. nam inter amatoria esse Magi dicunt. inhibent et cocleae, fimum columbinum cum oleo et vino potum. pulmonis vulturini dextrae partis venerem concitant viris adalligatae gruis pelle, item si lutea ex ovis quinque columbarum admixto adipis suilli denarii pondere ex melle sorbeantur, passeris in cibo vel ova eorum, gallinacei dexter testis arietina pelle adal-
142 ligatus. Ibium cinere cum adipe anseris et irino perunctis, si conceptu*m sit*, partus contineri, contra inhiberi venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe inlitis adalligatisque pelle arietina tradunt, item cuiuscumque galli, si cum sanguine gallinacei lecto subiciantur. cogunt concipere invitas saetae ex cauda mulae, si iunctis evellantur, inter se conligatae in coitu.
143 Qui in urinam canis suam egesserit dicitur ad venerem pigrior fieri. mirum et de stelionis cinere, si verum est, linamento involutum in sinistra manu venerem stimulare, si transferatur

---

2. in] *om.* R^1V. 4. ocimo, *E*. 5. herbis] *om.* *V*. hos] R^2. os, *E*. si hos, *V*. *om.* R^1. 7. allicit, R^2. allicito, *E*. addicit, R^1. adicit, *V*. murtae, *V*. mirte, R^1. 9. adalligatus — pelle] *om.* R^1V. ardioles, *V*. 10. asininae, *C*. fronti] *d.* frontis, *r*. 11. vivo, *E*. 11. 12. somno arcent vespertilionum, R^1V. 13. in] R^2. putant, R^1. *om.* *Va*. necata, *R*. eneca, *V*. 14. inhibent, *RV*. amatoriam, *RV*. inhibet, *v*. 15. cocleae fimum] *E*. fimum cocleae, *r*. fimum cocleae et, *v*. 16. dextrae] *E*. in dextre, *r*. 17. lute, R^1V. quinque] *om.* R^1V. admixta, *EV*. 18. adeps, *E*. adips, *V*. 20. ibicum, R^1V. cineres — anseris] R^2. cinis — anseris, *E*. anseris adips, *V*. anseris, R^1. 20. 21. si conceptum sit] *Ianus*. si (sic, *V*) conceptus, *C*. 21. contineri] tum inhiberi, *E*. 22. inlitus, *E*. 23. galli] *om.* R^1V. 24. setae, *R*. saeta, *E*. sed hac, *V*. 25. mulae si] mulie, si, *V*. mulieri, R^1. mulei, R^2. unctis, *E*. iuxtis, R^1. 26. qui in] qui, R^1V. gesserit, ER^2. 27. in (*om.* *V*) liniamento, *EV*.

in dextra*m*, inhibere, item vespertilionis sanguinem collectum flocco subpositumque capiti mulierum libidinem movere aut anseris linguam in cibo vel potione sumptam.

(50.) Phthiriasim et toti*us* corporis pota membrana senectu- 144
5 tis anguium triduo necat, serum exempto caseo potum cum exiguo sale. Caseos, si cerebrum mustelae coagulo addatur, negant corrumpi vetustate aut a muribus attingi. eiusdem mustelae cinis si detur in offa gallinaceis et columbinis, tutos esse a mustelis. Iumentorum urinae tormina vespertilione
10 adalligato finiuntur, verminatio ter circumlat*o* medis palumbe. mirum dictu, palumbus emissus moritur iumentumque liberatur confestim.

(51.) Ebriosis ova noctuae per triduum data in vino tae- 145
dium eius adducunt. ebrietatem arcet pecudum assus pulmo
15 praesumptus. hirundinis rostri cinis cum murra tritus et vino quod bibetur inspersus securos praestabit a temulentia. invenit Orus Ass*y*riorum rex.

(52.) Praeter haec sunt notabilia animalium ad hoc vo- 146
lumen pertinentium: gromphena — avem in Sardinia narrant
20 grui similem, ignotam iam etiam Sardis, ut existimo — in eadem provincia ophion, cervis tantum pilo similis nec alibi nascens. idem auctores, nomen habere sirulugum, quod nec quale esset animal nec ubi nasceretur tradiderunt. fuisse quidem non dubito, cum et medicinae ex eo sint demonstratae.
25 M. Cicero tradit animalia biuros vocari qui vites in Campania erodant.

16. (53.) Reliqua mirabilia ex his quae diximus: non 147
latrari a cane membranam e secundis canis habentem aut le-

---

1. in dextram] *ego*. in dextra. *ER*². intra, *r*. inhiberi, *RV*. vespertilionis] *om*. *R*¹*V*. 4. phthiriasim et totius] *Ianus*. ptyria semet toti, *R*¹. ptyri emet toti, *R*². ptyria semectati, *V*. pthirie mactati, *a*.
5. potum — 6. caseos] *om*. *V*. 7. negavit, *E*. 8. in offa] *om*. *R*¹*V*.
9. tormine, *E*. vespertilionis, *R*¹*V*. 10. adalligata, *E*. circumdata, *V*. circumlata, *r*. maedis, *V*. verendis, *R*. 14. arcet] *om*. *E*. 15. rostrum, *R*¹*V*. et] *E*. et in, *r*. 16. bibitur, *E*. libetur, *V*. 17. asiriorum, *V*. siriorum, *R*¹. massiriorum, *R*². massiorum, *E*.
19. gromphena] *ego*. gronpphenam, *E*. grophenam, *R*. zromphenam, *V*. *dist*. *ego*. anem, *E*. in] *om*. *R*¹*V*. sardiniam, *C*. narrant] *d*. narratam, *r*. 20. sardis] *d*. nardis, *ER*². sar, *r*. 21. phion, *R*¹*V*.
22. auctores, nomen habere] *ego*. auctor est nomen habere, *ER*². auctores nominavere, *R*¹ (?). auctoris, *V*. surulugum, *R*². subiugum, *R*¹*V*. quod] *om*. *E*. 23. esse, *E*. 25. diuros, *R*¹. habituros, *ER*². 28. a] *om*. *E*.

poris fimum vel pilos tenentem, in culicum genere muliones non amplius quam uno die vivere, eosque qui arborarii pici rostrum habeant et mella eximant ab apibus non attingi, porcos
148 sequi eos a quibus cerebrum corvi acceperint in offa, pulverem in quo se mula volutaverit corpori inspersum mitigare ardores amoris. sorices fugare, si unus castratus emittatur, anguina pelle et sale et farre *et* serpyllo contritis una deiectisque cum vino in fauces boum uva maturescente, toto anno eos valere, vel si hirundinum pulli tres tribus offis dentur, pulvere e vestigio anguium collecto sparsas apes in alvos reverti, arietis dextro
149 teste praeligato oves tantum gigni, non lassescere in ullo labore qui nervos ex alis et cruribus gruis habeant, mulas non calcitrare cum vinum biberint. ungulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam quae non perroderetur a veneno Stygis aquae, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est magna Aristotelis infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia praevertemur.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXXI.

---

1 Cap. 1. (Sect. 1.) Aquatilium secuntur in medicina beneficia, opifice natura ne in illis quidem cessante et per undas fluctusque ac reciprocos aestus amniumque rapidos cursus in-
2 probas exercente vires, nusquam potentia maiore, si verum fateri volumus, quippe hoc elementum ceteris omnibus imperat. terras devorant aquae, flammas necant, scandunt in sublime et caelum quoque sibi vindicant ac nubium obtentu vitalem spiritum strangulant, quae causa fulmina elidit, ipso secum discordante

---

2. arborii pici, *E.* arborare cipi, *V.* 3. monstrum, R^1V. 4. eum a quo, R^1V. 7. et serpyllo] serpyllo, *R.* serpillo, *r.* 10. sparsum, R^1V. alvos] *cod. Tol.* alvo, *C.* 11. lasescere, E^1. lasare, R^1 lassare, *V.* nullo, R^1V. 14. perrodatur, R^1V.
21. exerente, *E.* virus, R^1V. 25. ipse, R^1V.

mundo. quid esse mirabilius potest aquis in caelo stantibus? at illae, ceu parum sit in tantam pervenire altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina, saepe etiam lapides subeuntque portantes aliena pondera. eaedem cadentes omnium terra 3
5 enascentium causa fiunt prorsus mirabili natura, si quis velit reputare, ut fruges gignantur, arbores fruticesque vivant, in caelum migrare aquas animamque etiam herbis vitalem inde deferre, confessione vitae omnes terrae quoque vires aquarum esse beneficii. quapropter ante omnia ipsarum potentia exempla
10 ponemus. cunctas enim enumerare quis mortalium queat?

2. (2.) Emicant benigne passimque in plurimis terris alibi 4 frigidae, alibi calidae, alibi iunctae, sicut in Tarbellis Aquitanica gente et in Pyrenaeis montibus tenui intervallo discernente, alibi tepidae egelidaeque, auxilia morborum profitentes et e cunctis
15 animalibus hominum tantum causa erumpentes. augent numerum deorum nominibus variis urbisque condunt, sicut Puteolos in Campania, Statiellas in Liguria, Sextias in Narbonensi provintia, nusquam tamen largius quam in Baiano sinu nec pluribus auxiliandi generibus, aliae sulpuris vi, aliae aluminis, aliae salis, 5
20 aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acida salsave mixtura. vapore ipso aliquae prosunt tantaque est vis, ut balneas calefaciant ac frigidam etiam in solis fervere cogant. quae in Baiano Posidianae vocantur nomine accepto a Claudii Caesaris liberto obsonia quoque percocunt. vaporant et in mari ipso quae Licinii Crassi
25 fuere, mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare.

(3.) Iam generatim nervis prosunt pedibusve aut coxendicibus, aliae luxatis fractisve, inaniunt alvos, sanant vulnera. 6 capiti, auribus privatim medentur, oculis vero Ciceronianae dignae memoratu. villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus

---

1. aquis in] aquas, R^1V. 3. eos cum, *E*. exanima, *V*. exanime, *E*. subeunt, *E*. 4. pondere, *E*. 5. nascentium, ER^2: enascentum, R^1. 6. refutare, *E*. 8. ferre, *E*. confessione vitae] *ego*. confessione vita (victa, *V*) R^1V. vita confessione, R^2a. confessione ....., *E*. 9. potentiae, *R*(?). 11. pluribus, R^1V. 11. 12. alibi—alibi—alibi] *E*. alie (ale, *V*. alibi, R^2) frigidae (fridae, *V*) aliae calidae aliae in (*om.* R^2) *r*. 12. in] *om.* R^1V. terbellis, *E*. aquitanica—13. pyrenaeis] *om.* R^1. aquitania, *V*. 13. ex, *E*. cireneis, *E*. gentibus, ER^2. discendente, *V*. descendente, R^1. alii, E^1. aliae, RV. 14. confitentes, *E*. 19. vi aliae] *ego*. ut iliae, *E*. utilia, R^2. ut aliae (alie, R^1) *r*. soliis, *E*. 21. tantaque] *ER ex corr.* tantatio, *V*. 22. baiano] *R in ras.* banaiano, *E*. bale, *V*. 22. 23. posidiano, *E*. possidianae, *R*. possidiane, *V*. 24. vaporant] *om.* *E*. 25. mediosque] que mediosque, R^1. quem mediisque, *V*. 27. eloxatis, R^1V. 28. auribusque, *R*. 29. dignae] *ego*. digno, *E*. digna, *R*. dignu, *V*. *dist. ego.*

inposita litori, celebrata porticu ac nemore, quam vocabat M. Cicero Academiam ab exemplo Athenarum ibi compositis voluminibus eiusdem nominis, in qua et monumenta sibi in-
7 stauraverat, ceu vero non in toto terrarum orbe fecisset. huius in parte prima exiguo post obitum ipsius Antistio Vetere pos- 5 sidente eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tulli, qui fuit e libertis eius, ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii. ponam enim ipsum carmen, ubique et non ibi tantum legi:

8 Quo tua, Romanae vindex clarissime linguae, 10
silva loco melius surgere iussa viret
atque Academiae celebratam nomine villam
nunc reparat cultu sub potiore Vetus,
hoc etiam apparent lymphae non ante repertae
languida quae infuso lumina rore levant. 15
nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope,
ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
sint plures oculis quae medeantur aquae.

(4.) In eadem Campaniae regione Sinuessanae aquae ste- 20 rilitatem feminarum et virorum insaniam abolere produntur,
9 (5.) in Aenaria insula calculosis mederi, et quae vocatur Acidula ab Teano Sidicino IIII p. Haec frigida, item in Stabiano quae Dimidia vocatur, et in Venafrano ex fonte Acidulo. idem contingit in Velino lacu potantibus, item in Syriae fonte iuxta 25 Taurum montem auctor est M. Varro et in Phrygiae Gallo flumine Callimachus. sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat, quod in Aethiopia accidere his qui e fonte Rubro biberint Ctesias scribit.

10 (6.) Iuxta Romam Albulae aquae volneribus medentur, 30 egelidae hae, sed Cutiliae in Sabinis gelidissimae suctu quodam

---

1. evocabat, *ER*². 2. M.] *E. om. r.* 3. nominibus, *EV*. in aqua, *E*. 4. non in eo to, *R*¹*V*. non (nen, *E*) exin toto, *r*. fecisse, *C*. 5. exiguo] *om. R*¹*V*. 6. validi, *R*¹*V*. perque, *R*¹. inquam, *V*. 8. haustis, *V*. eius, *E*. ingenii] *d.* ingenam, *R*¹*V*. *om. r.* 9. non ibi tantum] ibi tantum non, *R*¹*V*. 10. quo] *Crus. probabil. crit. 6.* quod, *C*. tua romane, *E*. mane varro, *V*. ////// varro, *R*¹. clarissima, *E*. 13. cultus, *E*. cultos, *R*¹*V*. 20. 21. sterelitatem, *C*. 22. aeraria, *E*. 23. dicino, *E*. 24. acidulos, *R*¹*V*. 24. 25. item contigit, *E*. 27. ne] ne in, *R*¹*V*. 28. in] *om. R*¹*V*. qui e] quae, *E*. 31. hae] haec, *E. om. r.* cutiliae] *d.* cutille, *V*. cutillae, *r*. quidam, *E*. quiddam, *V*.

corpora invadunt, ut prope morsus videri possit, aptissimae stomacho, nervis, universo corpori.

(7.) Thespiarum fons conceptus mulieribus repraesentat, item in Arcadia flumen Elatum. custodit autem fetum Linus fons
5 in eadem Arcadia abortusque fieri non patitur. e diverso in Pyrra flumen quod Aphrodisium vocatur steriles facit.

(8.) Lacu Alphio vitiligines tolli Varro auctor est, Titium- 11
que praetura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciae amnis podagricis medetur, sicut ap-
10 paret epistula Cassi Parmensis ad M. Antonium. contra aquarum culpa in Troezene omnium pedes vitia sentiunt. Tungri civitas 12
Galliae fontem habet insignem plurimis bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intellegitur. purgat hic corpora, tertianas febres discutit calculorumque vitia.
15 eadem aqua igne admoto turbida fit ac postremo rubescit. Leucogaei fontes inter Puteolos et Neapolim oculis et vulneribus medentur. Cicero in admirandis posuit Reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum indurari.

(9.) Eudicus in Hestiaeotide fontes duos tradit esse, Ce- 13
20 ronam ex quo bibentis oves nigras fieri, Nelea ex quo albas, ex utroque varias, Theophrastus Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam bubus ac pecori, (10.) quin et homines 14
sentire differentiam eam; nam qui e Sybari bibant nigriores esse durioresque et crispo capillo, qui e Crathi candidos
25 mollioresque ac porrecta coma, item in Macedonia qui velint sibi candida nasci ad Haliacmonem ducere, qui nigra aut fusca ad Axium. idem omnia fusca nasci quibusdam in locis dicit et fruges quoque, sicut in Messapis, at in Lusis Arcadiae quodam fonte mures terrestres vivere et conversari. Erythris Aleos amnis
30 pilos gignit in corporibus.

(11.) In Boeotia ad Trophonium deum iuxta flumen Ercynnum 15

---

3. thesiarum, *E*. 4. flumina latum, *R*¹*V*. fetum] *Pint.* flatum, *C*. lemus, *V*. le///inus, *R*¹. 6. pirra, *V*. pirrea, *E*. pyrraea, *R*. afrodisium, *V*. afrondisium, *E*. 7. lacus aphio (ahpio, *R*²) *ER*². lacu apio (opio, *V*) *r*. tollit, *E*. 7. 8. titiumquae, *C*. 9. vitium] vinum, *E*. 14. calculorum, *R*¹*V*. 15. admota, *R*¹*V*. ac] ad, *E*.
19. estiae odicae, *E*. hestiae uticae, *V*. 20. Nelea] *Hard.* mellea, *R*¹*V*. melle, *r*. 21. duris, *E*. 22. bubus] ambobus, *R*¹*V*. 24. e crati, *V*. et rati, *R*¹. echatari, *r*. 25. madidioresque, *C*. 26. halacmonem, *ER ex corr.* allimo, *V*. ducere — 27. nasci] *om.* *R*¹*V*. 29. tres, *E*. alios, *R*¹*V*. 31. ercinnum, *E*. er////num, *R*¹ eryc, *V*.

e duobus fontibus alter memoriam alter oblivionem adfert, inde nominibus inventis.

(12.) In Cilicia apud oppidum Cescum rivus fluit Nuus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit, at in Cea insula fontem esse quo hebetes fiant, Zamae in Africa ex quo canorae voces.

16 (13.) Vinum taedio venire his qui ex Clitorio lacu biberint ait Eudoxus, et Theopompus inebriari fontibus his quos diximus,
2, 230 Mucianus Andri e fonte Liberi patris statis diebus septenis eius dei vinum fluere, si auferatur e conspectu templi, sapore in
17 aquam transeunte, (14.) Polyclitus ex Lipari iuxta Solos Ciliciae ungui, Theophrastus hoc idem in Aethiopia eiusdem nominis fonte, Lycos Indis Oratis fontem esse cuius aqua lucernae luceant. idem Ecbatanis traditur. Theopompus in Scotussaeis
18 lacum esse dicit qui volneribus medetur, (15.) Iuba in Trogodytis lacum Insanum malefica vi appellatum ter die fieri amarum salsumque ac deinde dulcem, totiensque et noctu, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum, idem in Arabia fontem exilire tanta vi ut nullum non pondus inpactum respuat,
19 (16.) Theophrastus Marsyae fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum saxa egerere. non procul ab eo duo sunt fontes Claeon et Gelon ab effectu Graecorum nominum dicti. Cyzici fons Cupidinis vocatur ex quo potantes amorem deponere Mucianus credit.

20 (17.) Crannone est fons calidus citra summum fervorem, qui vino addito triduo calorem potionis custodit in vasis. Sunt et Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum haustus triduo fervet, circa margines vero pumicem faciunt aquae.

21 (18.) Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, discat in nulla parte naturae maiora esse miracula, quamquam

---

1. e — alter] *om. V.* 3. cescum] *codd. Gel.* viscum, R^1V. visgum, *r.* novus, R^1V. 4. M.] *E.* P., R^2. *om. r.* ad, *V. om. r.* 8. ait] att, *E.* ad, *r.* 9. statis] *om.* R^1V. 11. ex Lipari] *Urlichs vind. 686.* expleri, *C.* 11. 12. cilicia (cili////, R^1) congui theophilarastus, R^1V. 12. *dist. ego.* hac, R^1. huc, *V.* 13. fontem, *RV.* Indis Oratis] *ego coll. l. 6, 75.* inditis oraeis, *E.* in ditistra eius, *r.* 13. 14. lucernae luceant] *E.* luceat, *r.* 14. Scotusaeis, *Ianus.* scothus sei, R^2. scothissei, *E.* scotusei, *r.* 16. via, *RV.* 17. nocti, R^1V. 21. saxa egerere] *om. E.* 22. claeon] *codd. Barb.* cleon, *E.* cyllon, *r.* gelom, R^1V. dicit, *EV.* 25. cranone, *d.* canone, R^1. cannone, *r.* 26. qui] qui in, *E.* addito triduo] *E.* triduo addito, *r.* 28. hausto, R^1. haustum, *V.* facient, *E.* 29. 30. arbitratur discat (dicat, *E*) — natura, ER^2. arbitratur, R^1. arbitraturae, *V.*

inter initia operis abunde multa rettulimus. Ctesias tradit Siden vocari stagnum in Indis in quo nihil innatet, omnia mergantur, Coelius apud nos in Averno etiam folia subsidere, Varro aves quae advolaverint emori. contra in Africae lacu Apuscidamo 22
5 omnia fluitant, nihil mergitur, item in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque. Saturni templum fons Limyrae transire solet in loca vicina portendens aliquid, mirumque quod cum piscibus transit. responsa ab his petunt incolae cibo, quem rapiunt adnuentes, si vero eventum negent,
10 caudis abigunt. Amnis Alces in Bithynia Brietium adluit — hoc 23 est templo et deo nomen — cuius gurgite periuri necantur rapti velut flamma urente. In Cantabria fontes Tamarici in auguriis habentur. tres sunt octonis pedibus distantes, in unum alveum coeunt vasto amne. siccantur duodecies singulis diebus, 24
15 aliquando vicies, citra suspicionem ullam aquae, cum sit vicinus illis fons sine intermissione largus. dirum est non profluere eos aspicere volentibus, sicut proxime Larcio Licinio legato pro praetore post septem dies accidit. In Iudaea rivus sabbatis omnibus siccatur.

20 (19.) E diverso miracula alia dira. Ctesias in Armenia 25 fontem esse scribit, ex quo nigros pisces ilico mortem adferre in cibis, quod et circa Danuvii exortum audivi, donec veniatur ad fontem alveo adpositum, ubi finitur id genus piscium, ideoque ibi caput amnis eius intellegit fama. hoc idem et in Lydia in
25 stagno Nympharum tradunt. In Arcadia ad Pheneum aqua 26 profluit e saxis Styx appellata, quae ilico necat, ut diximus, 2, 231 sed esse pisces parvos in ea tradit Theophrastus, letales et ipsos, quod non in alio genere mortiferorum fontium. Necari aquis 27

---

1. siden] R^2. side, *E*. siderin, *r*. 3. in — etiam] verno autem, *E*. 5. pinthia, *RV*. Plinthia, *Osann in Philol. 7, 398*. 6. *dist. ego*. templum] *E*. ///emtuni, R^1. temthuni, R^2. themtuni, *V*. 7. limare, *E*. 8. quod] *R*. quo, *V*. que quod, *E*. 10. omnis, *E*. Alces] *ego coll. l. 5, 149*. alchas, R^2. olcas, R^1. holcas, *V*. olachas, *E*. brietcum, *E*. bryacum, R^2 *ex corr*. allunt, *E*. 11. gurgitem, *RV*. necantur] *a*. negantur, *r*. 12. rapti] *ego* parthi, *E*. pati, *r*. flamma urente] *ego*. flammam urentem, *C*. in] *a*. et in, *r*. tamaritiae, *E*. tamamarre, *R*. tamamaricae, *V*. 14. amne. — singulis] *ego*. ammes singulis siccantur duodecies, *E*. singuli amne siccantur (siccantur, *V*) duodecies (duodecim eas, *V*) *r*. 16. illis] *E*. his, R^2. is, *r*. mirum, R^1V. 17. volentibus] non volentibus, ER^2. 17. 18. pro praetore] *Sillig coni*. post praeturam, *C*. 21 nigre, R^1V. 23. adeoque, R^1V. 25. Arcadia] *Barb*. achia, *V*. achaia, *r*. Pheneum] apaneum, *E*. 26. appellata quae] appellatur, R^1. apellatur, *V*. 27. laetiles, *E*. 28. aquas, *RV*.

Theopompus et in Thracia apud Cychros dicit, Lycos in Leontinis tertio die quam quis biberit, Varro ad Soracten in fonte, cuius sit latitudo quattuor pedum. sole oriente eum exundare ferventi similem, aves quae degustaverint iuxta mortuas iacere. namque et haec insidiosa conditio est quod quaedam etiam 5 blandiuntur aspectu, ut ad Nonacrim Arcadiae, omnino enim *non*nulla deterrent qualitate. hanc putant nimio frigore esse
28 noxiam, utpote cum profluens ipsa lapidescat. aliter circa Thessalica Tempe, quoniam virus omnibus terrori est, traduntque
4, 31 aena etiam ac ferrum erodi illa aqua. profluit, ut indicavimus, 10 brevi spatio, mirumque, siliqua silvestris amplecti radicibus fontem eum dicitur semper florens purpu*r*ea. et quaedam sui generis herba in labris fontis viret. In Macedonia, non procul Euripidis poetae sepulchro, duo rivi confluunt, alter saluberrimi potus, alter mortiferi. 15

29 (20.) In Perperenis fons est quamcumque rigat lapideam faciens terram, item calidae aquae in Euboeae Aedepso. nam quae adluit rivus saxa in altitudinem crescunt. in Eurymenis deiectae coronae in fontem lapideae fiunt. in Colossis flumen est quo lateres coniecti lapidei extrahuntur. in Scyretico metallo 20 arbores quaecumque flumine adluuntur saxeae fiunt cum ramis.
30 destillantes quoque guttae lapide durescunt in antris — Corycis ideo no*men* — Mie*z*ae in Macedonia etiam pendentes in ipsis camaris, at in Corinthio cum cecidere, in quibusdam speluncis utroque modo, columnasque faciunt, ut in Phausia Cherrhonesi, 25 Rhodi in antro magno etiam discolori aspectu. Et hactenus contenti simus exemplis.

31 3. (21.) Quaeritur inter medicos cuius generis aquae sint utilissimae. stagnantes pigrasque merito damnant, utiliores quae profluunt existimantes, cursu enim percussuque ipso extenuari 30 atque proficere, eoque miror cisternarum ab aliquis maxime

---

1. cychros] *d.* chicros, *E.* cicros, *r.* 2. die quam quis] quisquam, *E.* 4. gustaverint, *E.* 7. nonnulla] *Sillig coni.* nulla, *C.* 9. virus] *om.* R^1V. 10. ena, *E.* aen, *r.* 12. purpurea] *Urlichs vind. 688.* purpura, *C.* 16. quacumque, *RV.* 17. facit, *ER in ras.* Euboeae Aedepso] *Sillig.* euboe debio, *E.* euboeae aedempro (edebio, R^2, *r.* 18. qua, *RV.* alluit, *codd. Barb. et Gel.* adit, *E.* cadit, *r.* 19. lapides, *ER.* fiant, R^1V. 20. quod, *E.* co, *V.* lapides, *ER.* 21. saxeae] *d.* saxe, *R.* saxae, *r.* 22. gutte, R^2. guttis, R^1V. lapideae, ER^2. coricis, *C.* 23. *dist. ego.* nomen] *ego.* nam, *C.* Miezae] *Barb.* miozae, *V.* mioze, *r.* 24. corintio, *V.* coricio, *E.* 25. phausia] E^2. phaucia, E^1. ipsaia, *R.* ipsaiisia, *V.* 26. Rhodi] *ego.* rhodiorum, *R* (?). rhodo, *r.* 30. existimant, *a.*

probari. sed hi rationem adferunt, quoniam levissima sit imbrium,
ut quae subire potuerit ac pendere in aere. ideo et nives prae- 32
ferunt, nivibusque etiam glaciem velut ad infinitum coacta sub-
tilitate. leviora enim haec esse et glaciem multo leviorem aqua.
5 horum sententiam refelli interest vitae. in primis enim levitas
illa deprehendi aliter quam sensu vix potest, nullo paene mo-
mento ponderis aquis inter se distantibus. nec levitatis in pluvia
aqua argumentum est subisse eam in caelum, cum etiam lapides
subire appareat cadensque inficiatur halitu terrae, quo fit ut
10 pluviae aquae sordium plurimum inesse sentiatur citissimeque
ideo calefiat aqua pluvia. nivem quidem glaciemque subtilissi- 33
mum elementi eius videri miror adposito grandinum argumento,
e quibus pestilentissimum potum esse convenit. nec vero pauci
inter ipsos e contrario ex gelu ac nivibus insaluberrimos potus
15 praedicant, quoniam exactum sit inde quod tenuissimum fuerit.
minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur et rore
nimio scabiem fieri, pruina uredinem, cognatis et nivis causis.
pluvias quidem aquas celerrime putrescere convenit minimeque 34
durare in navigatione. Epigenes autem aquam quae septies
20 putrefacta purgata sit perhibet amplius non putrescere. nam
cisternas etiam medici confitentur inutiles alvo duritia faucibus-
que, etiam limi non aliis inesse plus aut animalium quae faciunt
taedium. confitendum *autem*, nec statim amnium utilissimas esse, 35
sicuti nec torrentium ullius, lacusque plurimos salubres. quaenam
25 igitur et cuius generis aptissimae? aliae alibi. Parthorum reges
ex *Cho*aspe et Eulaeo tantum bibunt, hae quamvis in longinqua
comitantur illos. sed horum placere non quia sint amnes ap-
paret, quoniam neque e Tigri neque Euphrate, neque e multis
aliis bibunt.

30 (22.) Limus aquarum vitium est. si tamen idem amnis 36
anguillis scateat, salubritatis indicium habetur, sicuti frigoris

---

1. brevissima, R^1V. 2. ut] *om.* R^1V. 2. 3. praeferuntur nubibus quae, *E.* praeferunt imbribus nivibusque, *R.* 3. ad] *om. R.* finitum, *E.* 6. repraehendi, *C.* sensus, *V.* sexu, *E.* 7. distantur, R^1V. 8. lapides] *om. E.* 9. subisse, *E.* 10. plurium, *E.* 11. aqua] qua, *E.* 12. elementum, *RV.* adposita, *E.* adpositum, *V.* 14. gelo, *RV.* 17. uridine, *a.* ...dine, *E.* 20. perhibet] *om. EV.* 21. duricia, R^2V. duricias, R^1. duritias, *E.* 22. aut, *E.* ut, *V.* 23. *dist. ego.* confitentum, *E.* confitentes, R^1V. autem] *ego coll. l. 17, 100.* habent, *C.* 24. illius, *E.* vilius, *r.* 25. huius, *E.* 26. quoasphae et, *E.* quo aspectu et (*om.* R^1) *R.* quot asphecto, *V.* 27. sed] et, *E.* 27. 28. apparent, R^1V. 28. e tigri] *V.* tigri, *r.*

taeneas in fonte gigni. ante omnia autem damnantur amarae et quae sorbentem statim implent, quod evenit Troezene. nam nitrosas atque salmacidas in desertis Rubrum mare petentes addita polenta utiles intra duas horas faciunt ipsaque vescuntur polenta. damnantur in primis quae fonte caenum faciunt quaeque 5 malum colorem bibentibus, refert et si vasa aerea inficiunt aut si legumina tarde percocunt, si liquatae leniter terram relinquunt
37 decoctaeque crassis obducunt vasa crustis. est etiamnum vitium non fetidae modo verum omnino quicquam resipientis, iucundum sit illud licet gratumque et ut saepe ad viciniam lactis accedens. 10 aquam salubrem aeris quam simillimam esse oportet. unus in toto orbe traditur fons aquae iucunde olentis in Mesopotamia Chabura. fabulae rationem adferunt, quoniam eo Iuno perfusa sit. de cetero aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet. 15

38 (23.) Quidam statera iudicant de salubritate, frustrante diligentia, quando perrarum est ut levior sit aliqua. certior subtilitas inter pares meliorem esse quae calefiat refrigereturque celerius. quin et haustam vasis, ne manus suspendant, depositisque in humum tepescere adfirmant. ex quonam ergo genere 20 maxime probabilis continget? puteis nimirum, ut in oppidis video constare, sed his quibus et exercitationis ratio crebro
39 haustu contingit et illa tenuitas colante terra. Salubritati haec satis sunt. frigori et opacitas necessaria utque caelum videant. super omnia una observatio — eadem et ad perennitatem per- 25 tinet — ut illa e vado exiliat vena, non e lateribus. nam ut tactu gelida sit etiam arte contingit, si expressa in altum aut e sublimi deiecta verberatum corripiat aera. in natando quidem
40 spiritum continentibus frigidior sentitur eadem. Neronis principis inventum est decoquere aquam vitroque demissam in nives 30 refrigerare. ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis. omnem utique decoctam utiliorem esse convenit, item calefactam magis refrigerari, subtilissimo invento. vitiosae aquae remedium est, si decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida ingesta sistitur sanguis. aestus in balneis arcetur, si quis ore teneat. 35

---

2. sorbem, *E*. 3. salmadicas, *V*. salmaticas, R^1. sed in acidas, *E*. 5. qui, *E*. que, *r*. fontes, ER^2. 6. vas, *E*. aut] et, R^1V. 10. ut saepe] tusae, *E*. vicenam, R^1. vicena, *V*. 11. salubris, R^1V. aerem, *V*. 12. mesopotamiae, E^1. 13. chabillae, *E*. chabylle, R^2. 16. frustante, *C*. 19. et] e, *E*. suspendant] *ego*. pendeant, *C*. 21. probabile, *E*. 22. et] *E. om. r*. 23. continget, *RV*. salubritate, R^1V. 33. refrigerare, *RV*. 34. iniecta, *E*.

quae sint haustu frigidissimae non perinde et tactu esse, alternante hoc bono, multi familiari exemplo colligunt.

(24.) Clarissima aquarum omnium in toto orbe frigoris 41
salubritatisque palma praeconio urbis Marcia est inter reliqua
5 deum munera urbi tributa. vocabatur haec quondam Aufeia,
fons autem ipse Pitonia. oritur in ultimis montibus Paelignorum,
transit Marsos et Fucinum lacum, Romam non dubie petens.
mox in specus mersa in Tiburtina se aperit novem milibus
passuum fornicibus structis perducta. primus eam in urbem
10 ducere auspicatus est Ancus Marcius unus e regibus, postea
Q. Marcius Rex in praetura, rursusque restituit M. Agrippa.

(25.) Idem et Virginem adduxit ab octavi lapidis diverticulo 42
duo milia passuum Praenestina via. iuxta est Herculaneus rivus,
quem refugiens Virginis nomen obtinuit. horum amnium com-
15 paratione differentia supra dicta deprehenditur, cum quantum
Virgo tactu praestet, tantum praestet Marcia haustu, quamquam
utriusque iam pridem urbi perit voluptas, ambitione avaritiaque
in villas ac suburbana detorquentibus publicam salutem.

(26.) Non ab re sit quaerendi aquas iunxisse rationem. 43
20 Repperiuntur in convallibus maxime et quodam convexitatis
cardine aut montium radicibus. multi septentrionales ubique
partes aquosas existimavere, qua in re varietatem naturae
aperuisse conveniat. In Hyrcanis montibus a meridiano latere
non pluit, ideo silvigeri ab aquilonis tantum parte sunt. at
25 Olympus, Ossa, Parnasus, Appenninus, Alpes undique vestiuntur
amnibusque perfunduntur, aliqui ab austro, sicut in Creta Albi
montes. nihil ergo in his perpetuae observationis iudicabitur.

(27.) Aquarum sunt notae iuncus et herba de qua dictum 44
est multumque alicui loco pectore incubans rana. salix enim 26, 30
30 erratica et alnus aut vitex aut harundo aut hedera sponte pro-
veniunt et conrivatione aquae pluviae in locum humiliorem e
superioribus defluentis, augurio fallaci, certiore multo nebulosa
exhalatione ante ortum solis longius intuentibus, quod quidam
ex edito speculantur proni terram adtingente mento. est et 45

---

1. sunt, *R*¹*V*. esset, *E*. 5. deum] *R*. ad eum, *r*. urbi] turbe, *V*. *om*. *E*. 8. mox in] mons, *E*. aperit] *E*. aperinta, *r*. 9. instructis perinductam, *E*. trustis perduc, *V*. primum, *R*¹*V*. in] *om*. *E*. 16. praestat, *RV*. prestet, *V*. praeter, *ER*². 19. re sit] *V*. serit, *R*¹. repsit, *r*. rationem] *om*. *R*¹*V*. 26. sicuti, *R*¹*V*. sic et, *r*. alibi, *E*. 28. quarum, *E*. iuncus] *ego*. iuncus aut harundo, *C*. *Cf*. *v*. *30*. et] *E*. aut, *r*. 29. ranas, *EV*. 31. e] *om*. *E*. 32. certior (cercior, *E*) multo, *ER*². certior pe, *r*.

peculiaris aestimatio peritis tantum nota, quam ferventissimo aestu secuntur dieique horis ardentissimis, qualis ex quoque loco repercussus splendeat. nam si terra sitiente umidior est ille,
46 indubitata spes promittitur. sed tanta oculorum intentione opus est ut indolescant. quod fugientes ad alia experimenta decurrunt, loco in altitudinem pedum quinque defosso ollisque e figlino opere crudis aut peruncta pelvi aerea lucernaque ardente concamarata frondibus, dein terra cooperto, si figlinum umidum ruptumve, aut in aere sudor vel lucerna sine defectu olei restincta aut etiam vellus lanae madidum repperiatur, non dubie promittunt aquas. quidam et igni prius excocunt locum tanto efficaciore vasorum argumento.

47 (28.) Terra vero ipsa promittit candicantibus maculis aut tota glauci coloris. in nigra enim scaturigines non fere sunt perennes. figularis creta semper adimit spes, nec amplius puteum fodiunt coria terrae observantes, ut a nigra descendat
48 ordo supra dictus. Aqua semper dulcis in argillosa terra, frigidior in tofo. namque et hic probatur, dulces enim levissimasque facit et colando continet sordes. sabulum exiles limosasque promittit, glarea incertas venas, sed boni saporis, sabulum masculum et harena carbunculus certas stabilesque et salubres, rubra saxa optimas speique certissimae, radices montium saxosae et silex hoc amplius rigentes. oportet autem fodientibus umidiores adsidue respondere glaebas faciliusque ferramenta de-
49 scendere. Depressis puteis sulpurata vel aluminosa occurrentia putearios necant. experimentum huius periculi est demissa ardens lucerna si extinguitur, tunc secundum puteum dextra ac sinistra fodiuntur aestuaria quae graviorem illum halitum recipiant. fit et sine his vitiis altitudine ipsa gravior aer quem emendant adsiduo linteorum iactatu eventilando. cum ad aquam ventum est, sine harenato opus surgit ne venae obstruantur.
50 Quaedam aquae vere statim incipiente frigidiores sunt, quarum non in alto origo est — hibernis enim constant imbribus —

---

3. utilior, R^2a. 5. aliqua, *E*. 6. aliisque, *E*. 8. cooperto] *ego hoc loco posui, C v. 7 post vocem* aerea. 11. aquis, *RV*. excolunt, *E*. exquocunt, *V*. 15. figuris, *E*. 17. dulcis in] *om. E*. 18. tofa, *E*. tosto, *r*. levisque, *E*. 21. masculi, R^1. masculinum, ER^2. 22. optima, *E*. certissimae] *d*. certissime, *E*. certissima, R^2. certissimas, *r*. montiumque, *RV*. saxosas, R^1V. 23. oporteat, *ER*. 25. velut, *E*. 28. fodiunt, *V*. 31. arena tophus, *a*. 32. aqua, *V*. 33. constat, R^1V.

quaedam a canis ortu, sicut in Macedoniae Pella utrumque. ante oppidum enim incipiente aestate frigida est palustris, dein maximo aestu in excelsioribus oppidi riget. hoc et in Chio evenit simili ratione portus et oppidi. Athenis Enneacrunos
5 nimbosa aestate frigidior est quam puteus in Iovis horto, at ille siccitatibus riget. 4. maxime autem putei circa arcturum non ipsa aestate deficiunt, omnesque quatriduo eo subsidunt, iam vero multi hieme tota, ut circa Olynthum, vere primum aquis redeuntibus. In Sicilia quidem circa Messanam et Mylas hieme 51
10 in totum inarescunt fontes, ipsa aestate exundant amnemque faciunt. Apolloniae in Ponto fons iuxta mare aestate tantum superfluit et maxime circa canis ortum, parcius, si frigidior sit aestas. Quaedam terrae imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate
15 lutum fieri prodens, imbre pulverem.

(29.) Omnis aqua hieme dulcior est, aestate minus, autumno 52 minime, minusque per siccitates. neque aequalis amnium plerumque gustus est magna alvei differentia. quippe tales sunt aquae qualis terra per quam fluunt qualesve herbarum quas lavant
20 suci. ergo idem amnes parte aliqua repperiuntur insalubres. mutant saporem et influentes rivi, ut Borysthenen, victique diluuntur. aliqui vero et imbre mutantur. ter accidit in Bosporo ut salsi deciderent necarentque frumenta, totiens et Nili rigua pluviae amara fecere magna pestilentia Aegypti.

25 (30.) Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos ar- 53 borum alimenta consumebant, sicut in Haemo obsidente Gallos Cassandro, cum valli gratia silvas cecidissent. plerumque vero damnosi torrentes conrivantur detracta collibus silva continere nimbos ac digerere consueta. et coli moverique terram callum-
30 que summae cutis solvi aquarum interest. proditur certe in Creta expugnato oppido quod vocabatur Arcadia cessasse fontes amnesque qui in eo situ multi erant rursus condito post sex annos emersisse, ut quaeque coepissent partes coli.

5. Terrae quoque motus profundunt sorbentque aquas, 54

---

1. quadam, *V.* a] *a. om. r.* ortus, *V.* macedoniae] *codd. Gel.* macedonia, *C.* pella] *a.* appellam, *R.* apellant, *V.* 2. aestate] astae, *V.* palustri, R^1V. 3. oppidis, *R.* opidis, *V.* rigit, R^1V. 6 sq. *dist. ego.* 10. ipsa] *a. om. r.* 12. circa] *a. om. r.* 16. minus] minus autem, *V.* 17. minime] meme, *V.* minusque] persisque, *R ex corr. a.* 19 qualesque, *R.* qualisve, *a.* 23. rigua] *a.* gua, *R.* gna, *V.* 28. conrivantur] *a.* corrigantur, *r.*

sicut circa Pheneum Arcadiae quinquies accidisse constat. sic et
in Coryco monte amnis erupit posteaquam coeptus est coli.
illa mutatio mira, cuius causa nulla evidens apparet, sicut in
Magnesia e calida facta frigida, salis non mutato sapore, et in
Caria, ubi Neptuni templum est, amnis qui fuerat ante dulcis
55 mutatus in salem est. et illa miraculi plena, Arethusam Syracusis
fimum redolere per Olympia, verique simile, quoniam Alpheus
in eam insulam sub maria permeet. Rhodiorum fons in Cher-
roneso nono anno purgamenta egerit. mutantur et colores
aquarum, sicut Babylone lacus aestate rubras habet diebus
56 undecim. et Borysthenes aestatis temporibus caeruleus fertur,
quamquam omnium aquarum tenuissimus, ideoque innatans
Hypani, in quo et illud mirabile, austris flantibus superiorem
Hypanim fieri. sed tenuitatis argumentum et aliud est quod
nullum halitum, non modo nebulam emittit. qui volunt diligentes
circa haec videri dicunt aquas graviores post brumam fieri.

57 6. (31.) Ceterum a fonte duci fictilibus tubis utilissimum
est crassitudine binum digitorum, commissuris pyxidatis ita ut
superior intret, calce viva ex oleo levigatis. libramentum aquae
in centenos pedes sicilici minimum erit, si cuniculo veniet, in
binos actus lumina esse debebunt. quam surgere in sublime
opus fuerit plumbo veniat. subit altitudinem exortus sui. si
longiore tractu veniet, subeat crebro descendatque, ne libra-
58 menta pereant. fistulas denum pedum longitudinis esse legiti-
mum est et si quinariae erunt sexagena pondo pendere, si
octonariae centena, si denariae centena vicena, ac deinde ad
has portiones. denaria appellatur cuius lamnae latitudo, ante-
quam curvetur, digitorum decem est, dimidioque eius quinaria.
in anfractu omni collis quinariam fieri, ubi dometur impetus,
necessarium est, item castella, prout res exigit.

59 (32.) Homerum calidorum fontium mentionem non fecisse
demiror, cum alioqui lavari calida frequenter induceret, videlicet
quia medicina tunc non erat haec quae nunc aquarum perfugio

---

1. fenium, R^1. finium, *V*. praene, R^2. preneum, *a*. arcadiae] aquas aream die, *V*. 2. posteaquam] *a*. posteaquę, *r*. 3. mira, cuius] *ego*. miraculus, *V*. miraculis, *r*. 6. arhethusa, *a*. arethusa, *r*. 8. ea insula, *C*. sub mari, *a*. sub ma, *V*. /// suma, R^1. sumaria, R^2. 13. hispani, R^1V. flatibus, *a*. 14. hispani, R^1V. hypani, R^2. esse, *a*. 15. emittat, *Ra*. 16. hoc, *R*. 20. suilici, R^2a. 25. sexagene, R^1. sexageno, *V*. 26. denariae] nonagenaria, *a*. 29. anfracti, R^2. amfractu, *a*. fracti, R^1. fracto, *V*. collis] *d*. collo, R^1. colli, *r*. quinaria, *Va*. 30. exiget, *RV*. 32. induceret] indiceret et, R^1V. 33. profugio, R^1V.

utitur. est autem utilis sulpurata nervis, aluminata paralyticis aut simili modo solutis, bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia est, bibendo atque purgationibus. plerique in gloria ducunt 60 plurimis horis perpeti calorem earum, quod est inimicissimum, namque paulo diutius quam balineis uti oportet, ac postea frigida dulci, nec sine oleo discedentis, quod vulgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis, quippe et vastitate odoris capita replentur et frigore infestantur sudantia, reliqua corporum parte mersa. similis error, quam plurimo potu gloriantur. vidique iam turgidos bibendo in tantum ut anuli integerentur cute, cum reddi non posset hausta multitudo aquae. nec hoc ergo fieri convenit sine crebro salis gustu. Utuntur 61 et caeno fontium ipsorum utiliter, sed ita si inlitum sole inarescat. nec vero omnes quae sint calidae medicatas esse credendum, sicut in Segesta Siciliae, Larisa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara. nec decolor species aeris argentive, ut multi existimaverunt, medicaminum argumentum est, quando nihil eorum in Patavinis fontibus, ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur.

(33.) Medendi modus idem et in marinis erit quae cale- 62 fiunt ad nervorum dolores, feruminanda a fracturis ossa, contusa, item corpora siccanda, qua de causa et frigido mari utuntur. praeterea est alius usus multiplex, principalis vero navigandi phthisi adfectis, ut diximus, aut sanguine egesto, sicut 24, 28 28, 54 proxime Annaeum Gallionem fecisse post consulatum meminimus. neque enim Aegyptus propter se petitur, sed propter 63 longinquitatem navigandi. quin et vomitiones ipsae instabili volutatione commotae plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris medentur omnibusque propter quae helleborum bibitur. aquam vero maris per se efficaciorem discutiendis tumoribus putant medici, si illa decoquatur hordeacia farina, ad parotidas. emplastris etiam, maxime albis et malagmatis miscent, prodest et infusa crebro ictu. bibitur quoque, quamvis non sine iniuria 64 stomachi, ad purganda corpora bilemque atram aut sanguinem concretum reddendum alterutra parte. quidam et in quartanis

---

3. atquae, *V*. aquae, *R*¹*a*. 6. dulci] *a*. dulcedi, *V*. dulcedine, *R*. 15. in] *om*. *R*¹*V*. 19. deprehendetur, *R*¹. depraehenderetur, *r*. 21. feruminanda] *Sillig*. ferruminata, *C*. 22. siccanda] ad siccanda, *R*¹*V*. 24. adfecti, *C*. sanguinem, *RV*. egeste, *R*¹*V*. 27. sintabili, *R*¹*V*. 28. pluribus, *E*. 30. discutiendis] discutiendis (discuti est, *V*) cavendis, *R*¹*V*. 31. decoqtur, *R*¹ (?). dequoquitur, *V*.

dedere eam bibendam et in tenesmis articularisque morbis adservatam, in hoc vetustate virus deponentem, aliqui decoctam, omnes ex alto haustam nullaque dulcium mixtura corruptam, in quo usu praecedere vomitum volunt. tunc quoque acetum
65 aut vinum *ea* aqua miscent. qui puram dedere raphanos super- 5
mandi ex mulso aceto iubent, ut ad vomitiones revocent. clysteri-
bus quoque marinam infundunt tepefactam. testium quidem tumorem fovendo non aliud praeferunt, item pernionum vitio ante ulcera, simili modo pruritibus, psoris et lichenum curationi. lendes quoque et taetra capitis animalia hac curantur. et liventia 10 reducit eadem ad colores. in quibus curationibus post marinam aceto calido fovere plurimum prodest. quin et ad ictus venenatos salutaris intellegitur, ut phalangiorum et scorpionum, et
66 pt*y*ade aspide respersis, calida autem in his adsumitur. suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. tormina quoque et choleras 15 calida infusa clysteribus sedant. difficilius perfrigescunt marina calefacta. mammas sororientes, praecordia maciemque corporis piscinae maris corrigunt, aurium gravitatem, capitis dolores cum aceto ferventium vapor. rubiginem ferro marinae celerrime exterunt, pecorum quoque scabiem sanant lanasque emolliunt. 20
67 (34.) Nec ignoro haec mediterraneis supervacua videri posse. verum et hoc cura providit inventa ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. illud in ea ratione mirum, si plus quam sextarius salis in quattuor sextarios aquae mergatur, vinci aquam salemque non liquari. cetero sextarius salis cum 25 quattuor aquae sextaris salsissimi maris vim et naturam implet. moderatissimum autem putant supra dictam aquae mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita et nervos excalefaciat et corpus non exasperet.
68 (35.) Inveteratur et quod vocant thalassomeli aequis por- 30

---

1. articularibusque, *ER*². 2. vetustate] ut vetusta, *R*¹*V*. 3. ex alto] *om. R*¹*V*. nulloque, *ER*². ullaque, *r*. 4. usu praecedere] supra cedere, *E*. vomitum — 5. dedere] *om. E*. 5. ea] *Ianus*. ex, *C*. mittent, *C*. 8. tumore, *V*. tumori, *R*. pernione, *R*¹. pernionem, *V*. 10. tenera, *E*. et] *d*. ut, *r*. 14. ptyade] *Barb*. pthiade, *ER*². pthiadeos, *r*. respersos, *RV*. calidam, *V*. caudam, *E*. 15. colera, *E*. cholera, *R*². 16. calidam, *EV*. infusam, *E*. dant, *R*¹*V*. 17. solorientes, *E*. aciemquae, *E*. 22. qui, *E*. 23. facere, *EV*. in ea] ea, *R*¹. ae, *V*. 24. sextarium, *R*¹*V*. in] cum, *E*. sextarios aquae] aquae sextariis, *E*. 25. vinci] unti, *R*¹*V*. loquari, *R*¹*V*. sextarius] *V*². sextario, *E*. sextarios, *r*. 26. sextariis, *E*. sextarios, *V*. vim] umquam, *R*¹*V*. 28. malis, *E*. ista, *RV*. 29. exasperat, *R*¹*V*. 30. et] *om. E*. vocat, *E*.

tionibus maris, mellis, imbris. ex alto et ad hunc usum advehunt fictilique vaso et picato condunt. prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione et sapore grato et odore.

(36.) Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle tem- 69
5 perabatur quondam, quod daretur adpetentibus vini aegris veluti innocentiore potu, damnatum iam multis annis, isdem vitiis quibus vinum nec isdem utilitatibus.

(37.) Quia saepe navigantes defectu aquae dulcis laborant, 70
haec quoque subsidia demonstrabimus. expansa circa navem
10 vellera madescunt accepto halitu maris, quibus dulcis umor exprimitur, item demissae reticulis in mare concavae ex cera pilae vel vasa inania opturata dulcem intra se colligunt umorem. nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit. Luxata 71
corpora et hominum et quadrupedum natando in cuius libeat
15 generis aqua facillime in artus redeunt. Est et in metu peregrinantium ut temptent valitudinem aquae ignotae. hoc cavent e balneis egressi statim frigidam suspectam hauriendo.

(38.) Muscus qui in aqua fuerit podagris inlitus prodest, 72
item oleo admixto talorum dolori tumorique. Spuma aquae
20 adfrictu verrucas tollit, nec non harena litorum maris, praecipue tenuis et sole candens, in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum aut rheumatismos sentientium. Et hactenus de aquis, nunc de aquatilibus. ordiemur autem ut in reliquis a principalibus eorum quae sunt salsa ac spongea.

25 7. (39.) Sal omnis aut fit aut gignitur, utrumque pluribus 73
modis, sed causa gemina, coacto umore vel siccato. siccatur in lacu Tarentino aestivis solibus, totumque stagnum in salem abit, modicum alioqui, altitudine genua non excedens, item in Sicilia in lacu qui Cocanicus vocatur et alio iuxta Gelam. horum ex-
30 tremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, ubi largius coquitur et usque ad medium. aliud etiam in eo mirabile quod tantundem nocte subvenit quantum die auferas. omnis e stagnis sal minutus atque non glaeba est.

---

1. imbribus, R^1V. 2. vase, R(?). 3. et odore] odore, V. *om.* R^1. 5. quodam, RV. 9. demonstravimus, C. 10. accepta, E. 11. idem, R^1. id est, V. remissae, E. ex] et, R^1V. *om. r.* 13. luxata] R *ex corr.* laxata, E. iacta, V. 14. libet, E. 15. est et] est, E. 17. e] a, E. egresis, E. 18. podagra, E. 19. idem, R^2V. ideo, R^1. 23. ut] *om.* E. 26. siccam, R^1V. 27. sale, C. abit] *d.* habet, R^1V. id, *r.* 31. largior, R^1. largio, V. 32. eo] quo, R^1V. quod] *om.* R^1V. 33. e stagnis] *Sillig.* est alnis, R^1V. est, E. est omnis, R^2.

74 Aliud genus ex aquis maris sponte gignitur spuma in extremis litoribus ac scopulis relicta. hic omnis rore densatur, et est acrior qui in scopulis invenitur. Sunt etiamnum naturales differentiae tres. namque in Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus alter ad Arios, sale exaestuant, sicut ad Citium in Cypro et circa Memphin extrahunt e lacu, dein sole siccant.
75 Sed et summa fluminum densantur in salem amne reliquo veluti sub gelu fluente, ut apud Caspias portas quae salis flumina appellantur, item circa Mardos et Armenios. praeterea et apud Bactros amnis Ochus et Oxus ex adpositis montibus deferunt
76 salis ramenta. Sunt et in Africa lacus, et quidem turbidi, salem ferentes. ferunt quidem et calidi fontes, sicut Pagasaei. et
77 hactenus habent se genera ex aquis sponte provenientia. Sunt et montes nativi salis, ut Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo caeditur renascens, maiusque regium vectigal ex eo est quam ex auro atque margaritis. effoditur e terra, ut palam est umore densato, in Cappadocia. ibi quidem caeditur specularium lapidum modo. pondus magnum glaebis quas micas vulgus ap-
78 pellat. Gerris Arabiae oppido muros domosque e massis salis faciunt aqua feruminantes. invenit et iuxta Pelusium Ptolomaeus rex, cum castra faceret. quo exemplo postea inter Aegyptum et Arabiam etiam squalentibus locis coeptus est inveniri detractis harenis, qualiter et per Africae sitientia usque ad Hammonis
79 oraculum, is quidem crescens cum luna noctibus. nam et Cyrenaici tractus nobilitantur Hammoniaco et ipso, quia sub harenis inveniatur, appellato. similis est colore alumini quod schiston vocant, longis glaebis neque perlucidis, ingrato sapore, sed medicinae utilis. probatur quam maxime perspicuus, rectis scissuris. insigne de eo proditur quod levissimus intra specus suos in lucem universam prolatus vix credibili pondere ingra-

---

2. hic omnis] homnis, *E.* 4. Bactris duo] *om.* R^1V. alter— 5. alter] *om.* R^1V. 5. arios] *V.* alios, R^1. darios, *r.* aestuat, *E.* 6. e] *V.* a, *R. om. E.* 7. sed] sic, *E.* sale, *V.* amnem, *V.* ane, *E.* 9. et apud] apud, ER^2. 10. betros, R^1. bætros, *V.* et oxus ex] et oxus ex his, *d.* et ixisses, *E.* et yxisses, R^2. ex his, *r.* 14. montibus, *E.* ornemus, R^1V. 15. regum, *RV.* 16. auro] *E.* auro est, *r.* e terra ut] *E.* et e terra ut, R^2. aut, *r.* 17. densatur, *RV.* caeditur] *E.* ceditur, R^2. et editur, *r.* 19. Gerrhis, *Hard. coll. l. 6, 147.* garris, *E.* carris, *r.* e] *Urlichs vind. 697. om. C.* 20. aque, R^1V. 23. sitdentia usque, *E.* sitientibusque, *V.* 24. et] *E. om. r.* 26. corpore, R^1V. sciston, *C.* 27. ingratus, ER^2. 30. credibile, *EV.*

vescat. causa evidens, cuniculorum spiritu madido sic adiuvante molientes ut adiuvant aquae. adulteratur Siculo quem Cocanicum 73
appellavimus, nec non et Cyprio mire simili. In Hispania quoque 80
citeriore Egelestae caeditur glaebis paene translucentibus cui
5 iam pridem palma a plerisque medicis inter omnia salis genera perhibetur. Omnis locus in quo repperitur sal sterilis est nihilque gignit. et in totum sponte nascens intra haec est. Facticii 81
varia genera, volgaris plurimusque in salinis mari adfuso non sine aqu*ae* dulcis riguis, sed imbre maxime iuvante ac super
10 omnia sole multo, aliter non inarescens. Africa circa Uticam construit acervos salis ad collium speciem, qui ubi sole lunaque induruere, nullo umore liquescunt vixque etiam ferro caeduntur. fit tamen et in Creta sine riguis mare in salinas infundentibus et circa Aegyptum ipso mar*i* influente in solum, ut credo, Nilo
15 sucosum. fit et puteis in salinas ingestis. prima densatio Baby- 82
lone in bitumen liquidum cogitur oleo simile, quo et in lucernis utuntur. hoc detracto subest sal. et in Cappadocia e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt. in Chaonia excocunt aquam e*x* fonte refrigerandoque salem faciunt inertem nec candidum.
20 Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt.

(40.) Hispaniae quadam sui parte e puteis hauriunt muriam 83
appellantes. illi quidem et lignum referre arbitrantur. quercus optima, ut quae per se cinere sincero vim salis reddat, alibi cor*y*lus laudatur. ita infuso liquore salso arbor etiam in salem
25 vertitur. quicumque ligno confit sal niger est. Apud Theophrastum invenio Umbros harundinis et iunci cinerem decoquere aqua solitos donec exiguum superesset umoris. quin et e muria salsamentorum recoquitur iterumque consumpto liquore ad naturam suam redit, vulgo e menis incundissimus.

---

1. madid, *E.* madi, *V.* sicut, R^1V. 1. 2. adiuvantem molientes, *E.* adiuvante, R^1. adiuvantes, *V.* 2. ut] *om. E.* adiuvent, *E.* 3. ciprium, *EV.* 4. egelaeste, *E.* egelastae, R^2. cum, *E.* 5. palmam, *E.* palam, *r.* a] *om. E.* 7. inter, *E.* est] *om.* R^1V. facti, R^1V. 8. pluribusque, R^1V. 9. aquis, *C.* 10. multoque, *RV.* arescens, R^1V. 13. sine] sunt ine, R^1V. 14. mare, *C.* influentem, *E.* 15. sucosum] in sucosum, R^1V. puteus, *E.* 15. 16. babylonae, E^2. babyloniae, E^1. babilonie, R^1. babiloniae, *V.* 16. quod, *E.* 17. hoc] *om. E.* 18. quam, *EV.* caonia, *V.* gaonia, *E.* ex] et, ER^2. *om. r.* 19. faciant, R^1V. 21. hispania, R^1V. haurium, *V.* aurium, *R.* murium, R^1V. 22. appellant et, *E.* appellante et, R^2. apellantes, *V.* 23. cinerem, *E.* 24. corilus, *E.* corulus, *r.* arbor] *E.* carbo, *r.* 25. quicum, *E.* 27. umores, *V.* moris, *E.* 29. maenis, *R.* minis, *Va.*

84 (41.) Marinorum maxume laudatur Cyprius a Salamine, de stagnis Tarentinus ac Phrygius qui Tattaeus vocatur. hi duo oculis utiles. e Cappadocia qui in laterculis adfertur cutis nitorem dicitur facere. magis tamen extendit is quem Citium appella-
74 vimus, itaque a partu ventrem eo cum melanthio inlinunt. 5
85 Salsissimus sal qui siccissimus, suavissimus omnium Tarentinus atque candidissimus est, de cetero fragilis qui maxime candidus. pluvia dulcescit omnis, suaviorem tamen rores faciunt, sed copiosum aquilonis flatus. austro non nascitur. flos salis non fit nisi aquilonibus. In igni nec crepitat nec exilit Tragasaeus 10 neque Acanthius ab oppido appellatus, nec ullius spuma aut ab ramento tenuis. Agrigentinus ignium patiens ex aqua exilit.
86 Sunt et colorum differentiae. rubet Memphi, rufus est circa Oxum, Centuripis purpureus, circa Gelam in eadem Sicilia tanti splendoris ut imaginem recipiat. in Cappadocia crocinus effo- 15 ditur, tralucidus et odoratissimus. Ad medicinae usus antiqui Tarentinum maxime laudabant, ab hoc quemcumque e marinis, ex eo genere spumeum praecipue, iumentorum vero et boum
87 oculis Tragasaeum et *Ba*eticum. Ad opsonium et cibum utilior quisquis facile liquescit, item umidior, minorem enim amaritu- 20 dinem habent, ut Atticus et Euboicus. servandis carnibus aptior acer et siccus, ut Megaricus. conditur etiam odoribus additis et pulmentari vicem implet, excitans aviditatem invitansque in omnibus cibis ita, ut sit peculiaris ex eo intellectus inter in-
88 numera condimenta *cibo*rum in mandendo quaesitus garo. quin 25 et pecudes armentaque et iumenta sale maxime sollicitantur ad pastus multum largiore lacte multoque gratiore etiam in caseo dote. ergo, Hercules, vita humanior sine sale non quit degere, adeoque necessarium elementum est uti transierit intellectus ad voluptates animi quoque. sales appellantur, omnisque vitae lepos 30

---

2. tattaeus] *d.* tateus, *Ra.* tacteus, *V.* 3. humiles, R^1V. e] *V.* et, R^1. ac, R^2a. scutis, R^1V. 5. partum, *E.* parte, *V.* 7. est] *Urlichs vind. 698.* et, *C.* de] *om.* R^1(?). 8. rore, R^1V. 10. igni nec] *E.* igne nec, R^2. igne, *r.* 11. achantius, *E.* achantus, R^2. cantus, R^1. cantis, *V.* ne ullus, R^1V. ab] *ego.* at, *ER ex corr. om. V.* 12. tenuis] *ego.* aut tenuis, *C.* 13. differentia, *R.* differentiam, *V.* 14. centumripis, *RV.* ea, *E.* 15. uti magnitudinem, *E.* 19. piticum, R^1. peticum, *r.* 22. ut] tu, *V. om. E.* 23. excitans] R^2a. exi...., *E. om. r.* 25 sqq. *dist. ego.* 25. ciborum] *ego.* iterum, *RV.* ita, E^1. item, E^2a. madendo, R^1V. 26. armentoque, ER^2. armentatio, *r.* iumento, *E.* 27. largiores, *EV.* lacte multoque] lacteque, R^1. lactoque, *V.* gratiorem, *E.* 30. voluptatem, ER^2. sales] *ego.* nimia sales (sale, R^1V) *C.*

et summa hilaritas laborumque requies non alio magis vocabulo constat. honoribus etiam militiaeque interponitur salaris inde 89
dictis magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine Salariae viae, quoniam illa salem in Sabinos portari convenerat.
5 Ancus Marcius rex salis modios VI in congiario dedit populis et salinas primus instituit. Varro etiam pulmentari vice usos veteres auctor est, et salem cum pane esitasse eos proverbio apparet. maxime tamen in sacris intellegitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa.

10 (42.) Salinarum sinceritas summam fecit suam differentiam 90
quandam favillam salis quae levissima ex eo est et candidissima. appellatur et flos salis in totum diversa res umidiorisque naturae et crocei coloris aut rufi, veluti rubigo salis, odore quoque ingrato ceu gari dissentiens a sale, non modo a spuma. Aegyptus
15 invenit, videturque Nilo deferri. et fontibus tamen quibusdam innatat. optimum ex eo quod olei quandam pinguitudinem 91
reddit. est enim etiam in sale pinguitudo, quod miremur. adulteratur autem tinguiturque rubrica aut plerumque testa trita, qui fucus aqua deprehenditur diluente facticium colorem, cum
20 verus ille non nisi oleo resolvatur et unguentarii propter colorem eo maxime utantur. canitia in vasis summa est, media 90
vero pars umidior, ut diximus. Floris natura aspera, excal- 92
factoria, stomacho inutilis, sudorem ciet, alvum solvit in vino et aqua, acopis et zmecticis utilis. detrahit et ex palpebris pilos.
25 ima faecis concutiuntur, ut croci color redeat. Praeter haec etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago, tota liquida, a marina aqua salsiore vi distans.

(43.) Aliut etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garum 93
vocavere, intestinis piscium ceterisque quae abicienda essent sale
30 maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. hoc olim conficiebatur ex pisce quem Graeci garon vocabant, capite eius usto suffito extrahi secundas monstrantes. 8. nunc e scombro pisce 94

---

1. alia, *E.* vocabula, *E.* 5. modia, *E.* VI] *E.* sex, *R ex corr.* ut, *V.* 7. et] *om. E.* esitasse eos] et casaeos, *E.* 11. quadam, *E.* 14. gari] *d.* cari, *r.* 15. invenitur, *E.* Nilo] nudo, R^1V. differri, ER^2. differi, *r.* 18. trita] tia, *E.* 19. aquam, *RV.* deluente, R^1V. colorem] coherent, R^1V. 21. summa] in summa, R^1V. 24. zmecticis] *Ianus.* zmedicis, R^1. zmeticis, *r.* *dist. ego.* 25. ima fecis, *E.* imae (ime, R^1) ficis (fecis, R^2) *r.* praeter] praeterea, *V.* 27. liquida, a] *ego.* a liquida, *E.* liquida, R^2. *om. r.* salsiore vi] *V.* salsior vi, R^1. salsior cui, *r.* 28. aliut] V^2. alint, V^1. alii ut, *E.* aliud, *R.* 32. suffitu, *RV.* morantes, *E.*

laudatissimum in Carthaginis spartariae cetaris — sociorum id appellatur — singulis milibus nummum permutantibus congios fere binos. nec liquor ullus paene praeter unguenta maiore in pretio esse coepit, nobilitatis etiam gentibus. scombros quidem et Mauretania Baeticaeque Carteia ex oceano intrantis capiunt 5 ad nihil aliud utiles. laudantur et Clazomenae garo Pompeique et Leptis, sicut muria Antipolis ac Thuri, iam vero et Delmatia.

95 (44.) Vitium huius est allex atque inperfectae nec colatae faex. coepit tamen et privatim ex inutili pisciculo minimoque confici. apuam nostri, aphyen Graeci vocant, quoniam is pisci- 10 culus e pluvia nascitur. Foroiulienses piscem ex quo faciunt lupum appellant. transit deinde in luxuriam, creveruntque genera ad infinitum, sicuti garum ad colorem mulsi veteris adeoque dilutam suavitatem ut bibi possit, aliud vero ad * castimoniarum superstitioni etiam sacrisque Iudaeis dicatum, quod 15 fit e piscibus squama carentibus. sic allex pervenit ad ostreas, echinos, urticas maris, mullorum iocinera, innumerisque generi-
96 bus ad saporis gulae coepit sal tabescere. Haec obiter indicata sint desideriis vitae, et ipsa tamen non nullius usus in medendo. namque et allece scabies pecoris sanatur infusa per cutem in- 20 cisam, et contra canis morsus draconisve marini prodest, in
97 linteolis autem concerptis inponitur. Et garo ambusta recentia sanantur, si quis infundat ac non nominet garum. contra canum quoque morsus prodest maximeque crocodili et ulceribus quae serpunt aut sordidis. oris quoque et aurium ulceribus aut 25 doloribus mirifice prodest. Muria quoque sive illa salsugo
92 spissat, mordet, extenuat, siccat, dysintericis utilis, etiam si nome intestina corripit, ischiadicis, coeliacis veteribus infunditur. fotu quoque apud mediterraneos aquae marinae vicem pensat.

98 9. (45.) Salis natura per se ignea est et inimica ignibus, 30 fugiens eos, omnia erodens, corpora vero adstringens, siccans,

---

1. lautissimum, *R*. latissimum, *V*. cetaris] *R*². ceteris, *r*. 3. fere] paene, *E*. nullus, *E*. 4. in] *om. E*. quidem] *R. om. r*. 5. carteia] *R*. et carteia, *r*. 6. alium, *R*¹*V*. utiles] ut ille est, *R*¹. utile est, *r*. pompeiique et, *R*². pompeii, *R*¹. pompei, *V*. 8. est] est et, *E*. inperfectae] *ego*. inperfecta, *C*. colata, *E*. olatae, *R*¹. 9. fex, *C*. et privatim] et, *R*¹. *om. V*. 11. nascatur, *R*¹*V*. 12. luxoria, *RV*. creverunt, *E*. 13. ad] in, *E*. 14. ad] *om. R*. *lac. indicavi ego*. 17. echinas, *E*. ecinus, *V*. urticas] *om. R*¹*V*. multorum, *RV*. iocinere, *E*. 19. nulli, *EV*. 24. mórsum, *RV*. 25. sordidi, *E*. 29. fotu] *d*. fotum, *ER*². foto, *r*.

adligans, defuncta etiam a putrescendi tabo vindicans, ut durent ita per saecula, in medendo vero mordens, adurens, repurgans, extenuans, dissolvens, stomacho tantum inutilis, praeterquam ad excitandam aviditatem, adversus serpentium morsus cum origano, 5 melle, hysopo, contra cerasten cum origano et cedro aut pice aut melle. auxiliatur contra scolopendras ex aceto potus, ad- 99 versus scorpionum ictus cum quarta parte lini seminis ex oleo vel aceto inlitus, adversus crabrones vero et vespas similiaque ex aceto, ad heterocranias capitisque ulcera et pusulas papulasve 10 et incipientes verrucas cum sebo vitulino, item oculorum remediis et ad excrescentes ibi carnes totiusque corporis pterygia, sed in oculis peculiariter, ob id collyriis emplastrisque additus — ad haec maxime probatur *Tattaeus* aut Caunites — ex ictu 100 vero suffusis cruore oculis suggillatisque cum murrae pari pon- 15 dere ac melle aut cum hysopo ex aqua calida, utque foveantur salsugine. ad haec Hispaniensis eligitur, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur, privatim suggillationibus in linteolo involutus crebroque ex aqua ferventi inpositus, ulceribus oris manantibus in linteolo concerpto, gingivarum tumori 20 infricatus et contra scabritiem linguae fractus comminutusque. aiunt dentes non erodi nec putrescere, si quis cotidie mane 101 ieiunus salem contineat sub lingua donec liquescat. lepras idem et furunculos et lichenas et psoras emendat cum passa uva exempto eius ligno et sebo bubulo atque origano ac fermento 25 vel pane — maxime Thebaicus ad haec et pruritus eligitur — tonsillis et uvis cum melle prodest. quicumque ad anginas, hoc amplius cum oleo et aceto eodem tempore extra faucibus inlitus cum pice liquida. emollit et alvum vino mixto innoxio et 102 *taenearum* genera pellit in vino potus. aestus balnearum con- 30 valescentes ut tolerare possint linguae subditus praestat. nervorum dolorem, maxime circa umeros et renes, in saccis aqua

---

1. a] ac, *a*. tabo] *cod. Murb.* ita, *E*. ito, R^2. to, R^1. ta, *V*. duret, *EV*. 2. repugnans, *EV*. 3. stomachum, *RV*. 6. ac melle, *RV*. 7. semine, R^1V. et, *C*. 8. similique, *EV*. 11. excrentes, *E*. decrescentes, R^1V. 12. emplastrisque] *E*. emplastris quoque, *r*. 13. Tattaeus] *Barb.* et deus, *E*. etteus, *r*. 14. murra, *RV*. 15. utquae, *E*. autque, R^1V. 19. concrepto, *V*. correpto, *Ra*. 20. infricatus — fractus] infractus, R^1V. 25. *dist. ego*. 26. ovis, *RV*. 28. emollit] et mollit, R^1V. vino] *Urlichs vind. 701.* in vino, *C*. innoxia, *ER*. 29. tenearum, *C*. 30. possit, R^1V. linguae] linguae positus, R^1V. 31. maxime] maxime usurpanda (usurpandam, *E*) observatione, ER^2.

ferventi crebro candefactus levat, colum torminaque et coxarum dolores potus et in isdem saccis inpositus candens, podagras cum farina ex melle et oleo tritus, ibi maxime usurpanda observatione quae totis corporibus nihil esse utilius sale et sole dixit. itaque cornea videmus corpora piscatorum. sed hoc
103 praecipuum dicatur in podagris. tollit et clavos pedum, item perniones. ambustis ex oleo inponitur aut commanducatus pusulasque reprimit, ignibus vero sacris ulceribusque quae serpant ex aceto aut hysopo, carcinomatis cum uva taminia, phagedaenis ulcerum tostus cum farina hordei, superinposito linteolo madente vino. morbo regio laborantes, donec sudant ad ignem, contra pruritus quos sentiunt ex oleo et aceto infricatus iuvat,
104 fatigatos ex oleo. multi et hydropicos sale curavere fervoresque febrium cum oleo perunxere et tussim veterem linctu eius discussere, clysteribus infudere ischiadicis, ulcerum excrescentibus vel putrescentibus inposuere, crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis ita ut battuerentur ante ulcera. bibitur et contra opium ex aceto mulso, luxatis inponitur cum farina et
105 melle, item extuberationibus. dentium dolori cum aceto fotus et inlitus cum resina prodest. ad omnia autem spuma salis iucundior utiliorque. sed quicumque sal acopis additur ad excalfactiones, item zmegmatis ad extenuandam cutem levandamque. pecorum quoque scabiem et boum inlitus tollit, daturque lingendus et oculis iumentorum inspuitur. Haec de sale dicta sint.

106 10. (46.) [1] Non est differenda et nitri natura, non multum a sale distans et eo diligentius dicenda, quia palam est medicos qui de eo scripserunt ignorasse naturam nec quemquam Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyraga, minus etiam in Thracia iuxta Philippos, sordidum terra quod
107 appellant agrium. nam quercu cremata numquam multum factitatum est et iam pridem in totum omissum. aquae vero nitrosae

---

1. madefactus, *R.* candofactus, *V.* 3. 4. ususpranda observatione, *R¹V.* observanda usurpatione, *r.* 4. sale et sole] *om.* *E.* 5. dixit. itaque] dixitque, *R¹.* dixistique, *V.* hoc] *om.* *R¹V.* 6. pedum item] ite pedum, *R¹V.* 8. ulceribus, *EV.* 10. tostus] *d.* totus, *r.* 11. sudent, *ER.* 12. quod, *ER.* 13. fatigatus, *V.* vatigatus, *E.* 17. ante] *ego.* ante hic, *EV.* ante inc (ictuum, *R²*) *R.* 19. exuberationibus, *RV.* dolore, *R¹V.* 22. smegmaticis, *E.* szmegmatis, *R.* extenuandam] *d.* extenuendam, *R¹V.* extendendam, *r.* 23. datusque, *EV.* 23. 24. lingendos, *RV.* 24. haec est de, *R¹V.* 28. theoprastus, *R¹V.* 29. halmyrhaga, *R.* halmiraga, *r.* 30. quod] qua, *R¹* aqua, *V.* 31. quercu] que aqua, *E.*

plurimis in locis repperiuntur, sed sine viribus densandi.
optimum copiosumque in Clitis Macedoniae, quod vocant Chalestricum, candidum purumque, proximum sali. lacus est nitrosus
exiliente e medio dulci fonticulo. ibi fit nitrum circa canis
5 ortum novenis diebus totidemque cessat ac rursus innatat et
deinde cessat. quo apparet soli naturam esse quae gignat, 108
quoniam compertum est nec soles proficere quicquam, cum cesset,
nec imbres. mirum et illud, scatebra fonticuli semper emicante
lacum neque augeri neque effluere. his autem diebus quibus
10 gignitur si fuere imbres, salsius nitrum faciunt, aquilones deterius, quia validius commovent limum. Et hoc quidem nascitur, 109
[2] in Aegypto autem conficitur multo abundantius, sed deterius.
nam fuscum lapidosumque est. fit paene eodem modo quo sal,
nisi quod salinis mare infundunt, Nilum autem nitraris. hae *ex*-
15 cedente Nilo siccantur, *r*ecedente madent suco nitri XL diebus
continuis, non ut in Macedonia statis. si etiam imbres adfuerunt, minus *ex* flumine addunt, statimque ut densari coeptum
est, rapitur, ne resolvatur in nitrariis. sic quoque olei natura
intervenit, ad scabiem animalium utilis. ipsum autem conditum
20 in acervis durat. Mirum in lacu Ascanio et quibusdam circa 110
Chalcida fontibus summas aquas dulces esse potarique, inferiores
nitrosas. In nitro optimum quod tenuissimum, et ideo spuma
melior, ad aliqua tamen sordidum, tamquam ad inficiendas purpuras tincturasque omnis. Magnus et *in* vitro usus, qui dicetur 36, 193
25 suo loco. [3] Nitrariae Aegypti circa Naucratim et Memphin 111
tantum solebant esse, circa Memphin deteriores. nam et lapidescit ibi in acervis, multique sunt cumuli ea de causa saxei.
faciunt ex his vasa, nec non et frequenter liquatum cum sulpure
coquentes in carnibus quoque quas inveterari volunt illo nitro
30 utuntur. sunt ibi nitrariae in quibus et rufum exit a colore
terrae. Spumam nitri, quae maxime laudatur, antiqui negabant 112
fieri nisi cum ros cecidisset, praegnantibus nitraris, sed nondum

---

1. in] *om. RV.* 7. proferrae, *E.* esset, *E.* 8. et] est, *E.* 9. augere, *E.* fluere, *RV.* 13. 14. quo sal nisi] *om. E.* 14. nihilum, *E.* nitrariis, E^2. nitranis, E^1. monstraris, *r.* hae — 15. madent] *ego.* haec cedente (cedentem, *E*) nilo siccantur decedente (decedentem, *E*) madent, ER^2. haec cedente madant (manant, *V*) *r.* 15. XL] *om. E.* 16. in] *om.* R^1V. 17. ex] et, R^1V. a, R^2. ad, *E.* ut] *om. E.* 20. asanio, *E.* 24. in] *Sillig coni. om. C.* 25. nitrarias, R^1V. nitri egri, R^2a. 27. ea] *om. E.* 28. frequenter] *d.* frequenti, *r.* 29. carnibus] *Ianus.* carbonibus, *C.* 31. terrae] et terrae, R^1V.

parientibus. itaque non fieri incitatis, etiamsi caderet. alii
113 acervorum fermento gigni existimavere. proxima aetas medicorum aphronitrum tradidit in Asia colligi in speluncis *can*alibus destillans — specus *eas* Co*rycias* vocant — dein siccant sole. optimum putatur Lydium; probatio, ut sit minime ponderosum 5 et maxime fricabile, colore paene purpureo. hoc in pastillis adfertur, Aegyptium in vasis spissat*um*, ne liquescat. vasa quo-
114 que ea sole inarescentia perficiuntur. [4] Nitri probatio, ut sit tenuissimum et quam maxime spongeosum fistulosumque. adulteratur in Aegypto calce, deprehenditur gustu. sincerum enim 10 statim resolvitur, adulteratum calce pungit et asperum reddit odorem. vehementer uritur in testa opertum ne exultet, alias igni non exilit nitrum, nihilque gignit aut alit, cum in salinis
115 herbae gignantur et in mari tot animalia, tantum algae. sed maiorem esse acrimoniam nitri apparet non hoc tantum argu- 15 mento sed et illo quod nitrariae calciamenta protinus consumunt, alias salubres oculorumque claritati utiles. in nitraris non lippiunt. ulcera allata eo celerrime sanantur, ibi facta tarde. ciet et sudores cum oleo perunctis corpusque emollit. In pane salis vice utuntur C*h*ale*s*traeo, ad raphanos Aegyptio, teneriores 20 eos facit, sed obsonia alba et deteriora, olera viridiora. in medicina autem calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccat, exulce-
116 rat, utile his quae evocanda sint aut discutienda et lenius mordenda atque extenuanda, sicut in papulis pusulisque. quidam in hoc usu accensum vino austero restingunt atque ita trito 25 in balneis utuntur sine oleo. sudores nimios inhibet cum iride arida adiecto oleo viridi, extenuat et cicatrices oculorum et scabritias genarum cum fico inlitum aut decoctum in passo ad
117 dimidias partes, item contra argema, oculorum ungues. decoctum cum passo in mali Punici calice adiuvat claritatem visus cum 30 melle inunctum. prodest dentium dolori ex vino, si cum pipere colluantur, item cum porro decoctum. nigrescentes dentes

---

2. acervorum] operimentorum, *E*. 3. canalibus] *ego*. malibus, *E*. mollibus, *r*. 4. eas] *ego*. eus, *V*. eos, *r*. Corycias] *ego*. colligans, E^1. colligas, *r*. 6. friabile, *RV*. paene] *d*. pane, R^1V. plene, *r*. 7. spissatum ne] *ego*. spissa omni, *V*. spissatis ne, *r*. 11. persolvitur, R^1V. calce—asperum] *ego*. pungit calce et (*om*. *R*) asperum (aspersu *RV*) *RVa*. 12. honorem vehementem, *a*. 16. et] in, *E*. et in, R^2. 20. scalistreo, *E*. calistraeo, R^2. calistraeae, R^1. calistreo, *V*. 24. extenuenda, *V*. extenuisenda, *E*. pusulisque] *d*. pusilisque, *V*. pusillisque, *r*. 26. iride — 27. viridi] iridi, *E*. 29. argemas, *C*. 29. 30. *dist*. *ego*. 30. claritatem] *R*. ad claritatem, *V*. nitri claritatem, *E*.

crematum dentifricio ad colorem reducit, capitis animalia et lendes necat cum Samia terra inlitum ex oleo. auribus purulentis vino liquatum infunditur, sordes eiusdem partis erodit ex aceto, sonitus et tinnitus discutit siccum additum. vitiligines 118
5 albas cum creta Cimolia aequo pondere ex aceto in sole inlitum emendat. furunculos admixtum resinae extrahit, aut cum uva alba passa nucleis eius simul tritis. testium inflammationi occurrit, item eruptionibus pituitae in toto corpore cum axungia, contraque canis morsus addita et resina, initis cum aceto in-
10 linitur. sic et serpentium morsibus, phagedaenis et ulceribus quae serpunt aut putrescunt cum calce ex aceto, hydropicis cum fico tusum datur inliniturque. discutit et tormina, si de- 119
coctum bibatur pondere drachmae cum ruta vel aneto vel cumino. reficit lassitudines cum oleo et aceto perunctorum,
15 et contra algores horroresque prodest manibus pedibusque confricatis cum oleo. conprimit et pruritus suffusorum felle, maxime cum aceto insufflatum. succurrit et venenis fungorum ex posca potum aut, si buprestis *hausta* sit, ex aqua, vomitionesque evocat. his qui sanguinem tauri biberint cum lasere datur. 120
20 in facie quoque exulcerationes sanat cum melle et lacte bubulo. ambustis tostum donec nigrescat tritumque inlinitur. infunditur urceis et renium dolori aut rigori corporum nervorumve doloribus. paralysi in lingua cum pane inponitur, suspiriosis in tisana sumitur. tussim veterem sanat flore, mixto galbano re- 121
25 sinae terebinthinae, pari pondere omnium, ita ut fabae magnitudo devoretur. coquitur dilutumque postea cum pice liquida sorbendum in angina datur. flos eius cum oleo cypreo et articulorum doloribus in sole iucundus est. regium quoque morbum exterminat in potione vini, et inflationes discutit,
30 sanguinis profluvium e naribus sistit ex ferventi aqua vapore naribus rapto. porriginem alumine permixto tollit, alarum 122
virus ex aqua cottidiano fotu, ulcera ex pituita nata cera permixtum, quo genere nervis quoque prodest, coeliacis infunditur. perungui ante accessiones frigidas nitro et oleo multi praecepere,

---

1. 2. et lendes] dentes, R^1. edentes, *V*. 2. inlinitum, ER^2. 3. infundatur, *E*. 9. inlitis, R^1VV^a. 12. datur] *om*. R^1V. 13. ruta] rqueta R^aV^a. 14. et] ex, *E*. vel, R^aV^a. 17. insufflatum] *ego*. insudatum, *C*. 18. hausta] pasta, ER^2. expasta, *r*. 21. totum, *E*. totumque, *E*. 22. dolore, $R^1R^aVV^a$. rigore, R^aV^a. nervorum vel, RR^aVV^a. 23. paralysi in] *d*. paralisin, ERR^a. peralysin, *r*. 27. eius] ER^2. et uva, *r*. cipreo, *E*. cypereo, R^1V. 29. extenuat, $R^1R^aVV^a$. 32. fato, *ER*. ex — cera] *om*. *E*. 34. accessio, $R^1R^aVV^a$. frigidas] *d*. frigida, *r*.

sicut adversus lepras, lentigines, podagras in balneis uti. solia nitri prosunt atrophis, opisthotonis, tetanis. Sal nitrum sulpuri concoctum in lapidem vertitur.

123 11. (47.) Spongearum genera diximus in naturis aquatilium
9, 148 marinorum. quidam ita distingunt: alias ex his mares tenui fistula spissioresque, persorbentes, quae et tinguntur in delicis, aliquando et purpura, alias feminas maioribus fistulis ac perpetuis, in maribus alias duriores quas appellant tragos, tenuissimis fistulis atque densissimis. candidae cura fiunt, ex mollissimis recentes per aestatem tinctae salis spuma ad lunam et pruinas sternuntur inversae, hoc est qua parte adhaesere, ut
124 candorem bibant. animal esse docuimus etiam cruore inhae-
9, 149 rente. aliqui narrant et auditu regi eas contrahique ad sonum exprimentes abundantiam umoris, nec avelli petris posse, ideo abscindi, ac saniem emittere. quin et eas quae ab aquilone sint genitae praeferunt ceteris, nec usquam diutius durare spiritum medici adfirmant. sic et prodesse corporibus, quia nostro suum misceant, et ideo magis recentes magisque umidas, sed minus in calida aqua minusque unctas aut unctis corporibus
125 inpositas, et spissas minus adhaerescere. mollissimum genus earum penicilli oculorum tumores levant ex mulso inpositi. item abstergendae lippitudini, utilissime ex aqua, tenuissimos esse mollissimosque oportet. inponuntur et spongeae ipsae epiphoris ex posca et ex aceto calido ad capitis dolores. de cetero recentes discutiunt, mitigant, molliunt, veteres non glutinant vulnera, usus earum ad abstergenda, fovenda, operienda a fotu,
126 dum aliud inponatur. ulcera quoque umida et senilia inpositae siccant, fracturae et vulnera spongeis utilissime foventur. sanguis rapitur in secando ut curatio perspici possit. et ipsae vulnerum

---

1. podagras] *ego.* podagris, *C.* *dist. ego.* 2. atrophis] *d.* atropis, *E.* atropiliis, *V.* atropliis, *r.* 4. venturis, *E.* 5. restingunt, *E.* ex his maris, $R^1R^aVV^a$. existimare, *r.* 6. persorbentes quae] *om.* *E.* ex, *E.* inunguntur, *RV.* 8. in] *Sillig coni. om. C.* 9. ex] e, ER^2. et, *r.* 11. seruntur, *E.* teruntur, R^2. 12. etiam] *om.* VV^aR^a. 15. remittere, $R^1R^aVV^a$. 17. nostro] *om. a.* 20. adhaerescentem, R^1R^a. adherescentem, VV^a. 21. penicelli, R^2. paenicelli, *E.* penicilis, R^aV^a. penicinis, *r.* levant] ER^2. sedante, *r.* item] *ego.* idem, VV^a. iidem, *r* (?). 22. lippitudinis, R^aVV^a. utilissime ex aqua] *ego coll. Celso 6, 6, 1.* utilissimae aqua, *E.* utilissime (utilissimae, V^a. utilissima, R^2) ea, *r.* 22. 23. tenuissimos esse mollissimosque] *ego.* tenuissimos (tenuissimo, *E*) et mollissimoque, $ER^2R^aV^a$. tenuissimosque, *r.* 26. aperienda, VV^a. *om.* R^a. 27. adponatur, R^1V.

inflammationibus inponuntur nunc siccae, nunc aceto adspersae,
nunc vino, nunc ex aqua frigida. ex aqua vero caelesti inpositae
secta recentia non patiuntur intumescere. inponuntur et integris 127
partibus, sed fluctione occulta laborantibus quae discutienda sit,
5 et his quae apostemata vocant melle decocto perunctis, item
articulis alias aceto salso madidae, alias e posca, si ferveat
impetus, ex aqua eadem, callo e salsa, at contra scorpionum
ictus ex aceto. in vulnerum curatione et sucidae lanae vicem
implent ex eadem. differentia haec, quod lanae emolliunt,
10 spongeae coercent rapiuntque vitia ulcerum. circumligantur et 128
hydropicis siccae vel ex aqua tepida poscave utcumque blandiri
opus est operireve aut siccare cutem. inponuntur et his morbis
quos vaporari oporteat, ferventi aqua perfusa expressaque inter
duas tabulas. sic et inpositae stomacho prosunt et in febri
15 contra nimios ardores, sed splenicis e posca, ignibus sacris ex
aceto, efficaciores quam aliud. inponi oportet sic ut sanas 129
quoque partes spatiose operiant. sanguinis profluvium sistunt
ex aceto aut frigida, livorem ab ictu recentem ex aqua salsa
calida saepius mutata tollunt, testium tumorem doloremque ex
20 posca. ad canum morsus utiliter concisae inponuntur ex aceto
aut frigida aut melle, abunde subinde umectandae. Africanae
cinis cum porri sectivi suco sanguinem reicientibus haustu salis
ex frigida prodest. idem cinis vel cum oleo vel cum aceto
fronti inlitus tertianas tollit. privatim Africanae ex posca tu- 130
25 morem discutiunt, omnium autem cinis cum pice crematarum
sanguinem sistit vulnerum. aliqui raras tantum ad hoc cum
pice urunt. et oculorum causa comburuntur in cruda olla
figulini operis, plurimum proficiente eo cinere contra scabritias
genarum excrescentesque carnes et quicquid opus sit ibi de-
30 stringere, spissare, explere. utilius in eo usu lavare cinerem. 131
praestant et strigilium vicem linteorumque adfectis corporibus.
et contra solem apte protegunt capita. medici inscitia in duo

---

1. flammationibus, *E.* inflammationes, *r.* inponuntur] *E.* si nec inungitur (inlungitur, *V*) *r.* aceto] *E.* ex aceto, *r.* 2. nunc ex] nunc, *RV.* 3. secta] *E.* siccat, *r.* 4. fluctuationes, *E.* quae] *E.* qua, *r.* 7. inpetus, $R^a V^a$. inp...., *E.* impositus, *a.* imperatus, *r.* eadem] $VR^a a$. eaedem, *r.* 9. emolliunt] *a.* et molliunt, *r.* 11. 12. blandiri opus] *cod. Murb.* blandioribus, *E.* blandiori opus, *r.* 12. operireve] *a.* operive, *V.* operirive, *r.* 13. perfusa] *E.* perfusae, *r.* 14. inposita, *E. om.* R^a. in, *r.* 15. sed] *E.* et, *r.* 21. habunde, *E. om. r.* 26. sistunt, *E.* se sista, R^a. se sistit, V^a. 32. in] ad, *R. om. E.*

nomina eas redegere, Africanas, quarum firmius sit robur, Rhodiacasque ad fovendum molliores. nunc autem mollissimae circa muros Antiphelli urbis repperiuntur. Trogus auctor est circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ablatae sint spongeae, Polybius super aegrum suspensos quietiores facere noctes. Nunc praevertemur ad marina animalia.

1. firmior, *R*. formior, *V*. 2. ad fovendum] *cod. Murb.* adeo fovendum. *E*[1]. adeo vendum (nondum, *R*) *r*. 3. rahippeli, *E*. arantbippeli. *a*. 6. revertemur. *RV*.

Errata.

P. 10 not. 22 *lege:* linit' *pro* linit.
92 not. 15 *lege:* aiunt' *pro* aiunt.
- 181, 31 *lege:* ignes *pro* ignis.
- 199, 4 *lege:* natus *pro* natis
- 248 not. 28 *lege:* boe, *V*. *pro* boe, *E*.
- 255, 2 *lege:* aliena, *pro* aliena.
- 256, 27 *initio pone capitis numerum* 2
- 267, 22 *lege:* cibo *pro* sibo
273 not. 31 *lege:* capite *pro* capile.

Berolini apud Weidmannos (I. Reimer).

Lipsiae typis J. B. Hirschfeld.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02762 6483

DO NOT REMOVE
OR
MUTILATE CARDS